BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
H
19
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

VITRIARII INSTITUTIONUM JURIS PUBLICI

NOVIS NOTIS

A

JOHANNE FRIDERICO PFEFFINGERO

Argentoratenſi,

Sacratiſſimi & Potentiſſimi Magnæ Britanniæ Regis a Conſiliis,

ILLUSTRATARUM TOMUS IV.

LIBRI TERTII TITULOS POSTERIORES, ET INTEGRUM LIBRUM IV.

CONTINENS;

ANNEXIS INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS,

ET RECENTISSIMORUM QUORUNDAM INSTRUMENTORUM PUBLICORUM FORMULIS.

Cum Privilegiis Sacr. Cæſar. Majeſt. Regis Polon. & Elector. Saxoniæ.

GOTHÆ,

Sumptibus JACOBI MEV[illegible]

MDCCXXXI.

EX BIBLIOTH MARGARITIS

12

Digitized by Google

Digitized by Google

GEORGIO
SECUNDO,
MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ,
ET HYBERNIÆ
REGI,
BRUNSVICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM ETC. ETC. DUCI;
SACRI ROMANI IMPERII
ARCHITHESAURARIO
ET
ELECTORI,
PRINCIPI
PIO, FELICI, TRIUMPHATORI,
SEMPER AUGUSTO,

FELICITATEM PERENNEM!

Digitized by Google

R E X!



FLorentiſſimi Seculo, a recuperata mortalium ſalute, decimo, Britannorum Regis EDGARI perennantis gloriæ altitudinem ſolicite in Patriæ Faſtis celebrari, merito annotarunt *Ailredus* (Ethelredus) *Rivallenſis* Abbas,

Digitized by Google

bas, verbis: (a) *Defunčto Rege* EDWINO, *frater Ejus*, *EDGARVS*, *ſucceſſit. Erat enim filius Edmundi, Nobiliſſimi Regis; Qui fuit* EDWARDI SENIORIS, *Chriſtianiſſimi Principis; Qui fuit Elfredi, Victorioſiſſimi Ducis. Iſte EDGARUS, cunctis Prædeceſſoribus ſuis felicior: nulli ſanctitate inferior: omnibus morum ſvavitate præſtantior: quaſi ſtella matutina, in medio nebulæ, & quaſi luna plena, in diebus ſuis luxit. Iſte Anglis non minus memorabilis, quam* CIRUS *Perſis*; KAROLUS *Francis*; ROMULUSVE *Romanis. Hic enim Regnum Anglorum, cœleſti quadam pace, compoſuit, & multarum Linguarum Gentes, unius fœdere Legis, conjunxit; unde Ei cum* SALOMONE *commune vocabulum fuit, ut* PACIFICUS, *quod* SALOMON *interpretantur, communi omnium voce, diceretur*, &, explanatiori ſtylo, *Simeon Dunelmenſis*, (b) inquiens: A DUNSTANO, *Eccleſiæ Vigornenſis Epiſcopo, & cæteris Sapientibus, decenter inſtructus, paſſim improbos oppreſſit: rebelles, ſub aſperitatis correctione, redarguit: juſtos & modeſtos dilexit: deſtructas Dei Eccleſias renovavit & ditavit*, &, (c) *Anglici Orbis Baſileus, flos & decus Anteceſſorum Regum*, PACIFICUS *Rex EADGARUS, non minus*

(a) In Epiſt. ad *Henricum*, Ducem Normanniæ, poſtea Regem, de *Genealogia* Regum *Angliæ*, apud *Seldenum*, de *Scriptorib. Angl.* Edit. Londin. 1652. p. 359.

(b) In Hiſtoria, de *Geſtis Regum Anglorum*, ad An. 959, apud *Seldenum* l. c. p. 157.

(c) ibid. ad An. 975, p. 159. conf. *Henricus Huntindonenſis*, lib. V. *Hiſt. Angl.* apud Savile, de *Scriptorib. Angl.* p. 356: *Rogerus de Hoveden*, Part. I. *Annal.* ad An. 959. ibid. p. 425.

nus memorabilis Anglis, quam ROMULUS *Romanis;* CIRUS *Perſis;* ALEXANDER *Macedonibus;* ARSACES *Parthis;* KAROLUS MAGNUS *Francis*, EO Regnante, *Sol videbatur eſſe ſerenior: maris unda pacatior: terra fœcundior: & totius Regni facies abundantiori decore venuſtior &c.* (d) *nec credebatur melior Rex in Mundo, qui, Deo devotus, bonus, affabilis, Juſtitiamque ſervans, non reſpexit perſonam cujuscunque in Judicio, quin judicaret ſecundum delicti quantitatem, & perſonæ qualitatem.* (e) *Non erat*, per totam Britanniam, tunc *latro, nec raptor, nec prædo, nec qui pacem infringere auderet, quin de eo ſtatim faceret Juſtitiam*, (f) Quare nec mirum, quod, ut *Titus*, olim a *Romanis*, vocabatur: *Amor ac deliciæ Generis humani;* (g) EDGARUS noſter: *Amor ac Deliciæ Anglorum*, ſalutaretur: (h) cujus encomia Epitaphium Ipſius poëtice complectitur, (i) ita ſonans:

Auctor opum, Vindex ſcelerum, largitor honorum,
Sceptriger EDGARUS, Regna ſuperna petit.

Hi

(d) *Ailredus* l. c.
(e) *Henricus de Knygthon*, in Chron. de *Eventibus Angliæ*, ap. *Seldenum* l. c. Lib. I. C. 1. pag. 2313. add. *Joh. Bromton*, Chron. ibid. p. 863.
(f) *Henr. de Knygthon*, l. c.
(g) *Suetonius*, in *Vita Titi*, Cap. 1. & *Sextus Aurelius Victor*, in *Epit. Hiſt. Auguſtæ*, ap. *Sylburgium* T. 1. *Hiſtor. Roman.* p. 535.
(h) *Wilh. Malmesbur.* Lib. 2. de *Geſt. Regum Angl.* C. 8. ap. *Savile*, p. 55.
(i) ap. *Guilielmum Camdenum*, in *Britannia*, Edit. Londin. 1607. p. 167.

Digitized by Google

Hic alter SALOMON, *Legum Pater, orbita pacis,*
Quod caruit bellis, claruit inde magis.
Templa Deo, templis Monachos, Monachis dedit agros,
Nequitiæ lapſum, Juſtitiæque locum.
Novit enim Regno verum perquirere falſo,
Immenſum modico, perpetuumque brevi.

Inter Virtutes autem Heroicas cum haud quaquam ultimo loco ponatur: *aſſimilari poſſe EDGARO;* palam eſt, DOMINE *Sanctiſſime!* quibus digna ſit TVA Majeſtas adoreis, qua Hæres unicus Incomparabilis plane Divi Genitoris, GEORGII *Magni?* Qui, fatente non ſolum *Britannia,* ſed conclamante univerſo Terrarum Orbe, factis ſuis, ad miracula propemodum accedentibus, Celeberrimorum Regum, Anteceſſorum Suorum, gloriæ famam vel excitavit, vel etiam ſuperavit, utpote VORTIGERNO, *Imperio* & *honore,* dignior: EDWINO *juſtior* & *quietior:* ECBERNO, *Clementia* & *manſvetudine,* major: ATHELSTANO, *Eduardi* filio, *literis Illuſtior,* & *Rempublicam legalius adminiſtrans,* nec Eo minus *bello invictus:* EDGARO, propter ſervatam quietem publicam, *Salomonis Secundi* cognomine

gnomine decorato, (tot extantibus in illuſtrationem monumentis, quo Jure ſolennem *Limitum Tractatum*, An. 1715. 15. Nov. cum Auguſtiſſimo *Cæſare*, Potentiſſimaque *Belgii Fœderati* Republica, *Antwerpiæ* initum, referas; pariter ac Fœdera, An. 1717. 4. Januar. *Hagæ Comitum*, cum *Gallis*; An. 1718. 2. Aug. *Londini*, cum *Cæſare*, *Gallis* & *Hollandis*, (vulgo *Quadruple Alliance*; *Siculo* An. eod. 8. Sept. & *Hiſpano* An. 1720. 26. Januar. accedentibus;) An. 1719. 5. Januar. *Viennæ*, cum *Imperatore*, & *Poloniarum* Rege; An. eodem 9-20. Novemb. *Holmiæ*, rurſusque an. 1720. 21. Januar. cum *Svecis*; Anno 1725. 3. Sept. *Hanoveræ*, cum *Galliæ* & *Boruſſiæ* Regibus, contracta,) pacatior, cognataque Genti Suæ arte propria, ſine præviis belli calamitatibus, agendi triumphos, multum Excellentior; (k) de Regibus aliis, *Juſtitia*, *æquitate*, *potentia*, *magnificentia*, *fortitudine*, *clementia*, *munificentia*, *benignitate &c.* eminentibus, ne loquar; ad Cujus etiam exemplum, TE cultior viventium ſocietas *Europæ Statorem*: *Sociorum Propugnatorem*: *Amicorum Defenſorem*: *Æquilibrii*, *indeque pendentis publicæ ſalutis*, *Conſervatorem*: *Hoſtium terrorem*:

(k) Vid. Epiſt. dedicatoria, Tomo III. Commentarii mei præfixa.

rorem: Diverſarum lingvarum Gentium amorem: Civium delicias: Seculi portentum, intuetur, colit, amat, veneratur, admiratur. Ferenda hinc de moderno vaſtiſſimorum Regnorum, cæterarumque Provinciarum, juſſa TUA, Alme PATRIÆ PATER! devotiſſime, alacritate tamen ſumma, excipientium, ſtatu, ſententia.

Si, veterum Philoſophorum arbitratu, ea Reipublicæ conſtitutio FELIX appellanda, *in qua, Rex primus paret Legibus Patriæ*; (l) vel, ubi *maxima Virtutis præmia proponuntur*; (m) vel, *ſi Cives quidem Magiſtratui obediant, Magiſtratus autem Legibus*; (n) vel, *cum Magiſtratui reverentia & honor debiti, integri manent*; (o) vel, *cum Leges, ut decet, obſervantur*; (p) vel, in qua *pro iniquiſſimo habetur: Bonos & improbos in eadem reputatione eſſe*; (q) vel, in qua *Viros bonos honoribus affici; improbos contra pœnis, mos fuerit.* (r) FELICESque REGES nominandi: *Qui juſte imperant:*

):( ):(

(l) *Bias*, apud *Plutarchum*, in *Convivio ſeptem Sapientum*, Tom. 2. *Oper.* Edit. Francof. 1620, *Gulielmo Xylandro* Interprete, p. 152, & ap. *Stobæum*, Serm. 45, de *Regno*, Interprete *Conrado Geſnero*, Medico Tigurino, p. m. 328.

(m) *Socrates*, ap. *Stobæum*, Serm. 41, p. 247. *Thucidides*, in *Epitaphio*, ibid. p. 248.

(n) *Solon*, ap. *Stobæum*, l. c. p. 248.

(o) *Euſebius*, ibid. p. 270.

(p) *Euripides*, ibid. p. 241.

(q) *Iſocrates* ad *Nicoclem*, ibid. p. 246.

(r) *Solon*, ibid. p. 247.

perant: inter linguas ſublimiter honorantium, & obſequia nimis humiliter ſalutantium, non extolluntur: ſe homines eſſe meminerunt: ſuam poteſtatem, ad Dei cultum maxime dilatandum, Majeſtati Ejus famulam faciunt: Deum timent, diligunt, colunt: plus amant illud Regnum, ubi non timent habere conſortes: tardius vindicant: facile ignoſcunt: eandem vindictam, pro neceſſitate regendæ tuendæque Reipublicæ, non pro ſaturandis inimicitiarum odiis, exerunt: quod aſpere coguntur plerumque decernere, miſericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compenſant. (s) *Subditis Jura ita adminiſtrare callent, ut ne quiſpiam plura, quam par ſit, pauciorave, conſequatur, ſed, ut meretur unusquisque, ita vel honore, vel pœna, afficiatur.* (u) Salubriter perpendunt: *quod, Homines exiſtentes, poteſtatem adepti ſint divinam, ut res honeſtas & divinas inſtituant, ſermone autem humano utantur;* (w) ultro fatentur, *ſimilia eſſe debere opera boni paſtoris, & boni Regis. Nam & paſtorem decere id præſtare, ut pecora habeant feliciter, & iis uti; (ſi qua modo pecudum eſt felicitas:) & Regem identidem decere Urbes atque homines felices facere, & iis uti;* (x) *Diotogeni* aſſentiunt, Lib. de *Regno,*

(s) *Xenophon*, Lib. I *Memorabilium Socratis*, ibid. l. c.
(t) *Auguſtinus*, Lib. V. de *Civitate Dei*, Cap. 24, Tom. V. Operum, Edit. Baſil. An. 1542. pag. 327.
(u) *Ecphanta* Pythagoricus, Lib. de *Regno*, ap. *Stobæum*, cit. Serm. 46. p. 336.
(w) *Philippus* Rex, apud *Stobæum* l. c. p. 326.
(x) *Xenophon*, lib. 8. de *Pædia Cyri*, apud *Stobæum* l. c. p. 329.

Digitized by Google

Regno, apud *Stobæum* l. c. ſcribenti: *Sunt officia Regis tria:* IMPERARE, JUDICARE, DEOS COLERE. *Imperare recte poterit, ſi bellum gerere rite ſciat: Judicandi & audiendi ſubditos omnes peritus erit, ſi Juris & Legis naturam, ut par eſt, didicerit; Deorum cultui pio ſanctoque idoneus erit, ſi naturam & virtutem Dei ſecum æſtimaverit.* (y) *Quosve nec ſecundæ res extollunt, nec adverſæ deprimunt;* (z) Longe honeſtius ſibi eſſe arbitrantur: *Beneficiorum, quam trophæorum, multitudinem relinquere;* (aa) Quibusque dictum *Ariſtonis* longe præſtantius videtur dicto *Cleomenis*, qui, interrogatus: *Quid eſſet boni Regis officium?* reſponderat: *Amicis bene, inimicis male facere;* ad quod prior: *Quanto, mi homo! rectius erit Amicis benefacere; ex inimicis autem Amicos reddere.* (bb) Longe pulchrius, quamvis & ſimul difficilius, judicant: Regnum legitime partum, bonis Legibus, ſanctisque moribus, exornare, quam, ad inexplebilis *Alexandri Magni* ambitionis exemplar, Ditionum terminos, titulis, *juſti, æqui bonique* regulas enervantibus, vel plane deſtruentibus,

(y) Apud *Stobæum*, l. c.
(z) *Cicero* L. 1. de *Offic.* C. 66. & 80. *Auguſtinus* l. c. *Æneas Sylvius* L. 4. Comment. de *Rebus geſtis Alphonſi Regis.*
(aa) *Xenophon*, ap. *Stobæum*, cit. Serm. 46, p. 326.
(bb) *Plutarchus*, in *Laconicis Apophthegmatibus*, Tom. 2, Operum, p. 218.

bus, proferre, ferroque Regnum Regno addere; (cc) imo, arcanis Politicis annumerant: *De ſuo Jure nonnunquam paulo decedere, non modo liberale, ſed interdum etiam fructuoſum eſſe,* (dd) eoque non minus intendendum: *Ut ſuum quisque teneat, neque de bonis Privatorum publice fiat diminutio;* (ee) Univerſaliter ſic imperant, *ut venerentur magis, quam metuantur;* reverentiam admiratione; timorem contra odio, comitari ſolitis; (ff) plus quam ſufficientia ſe offerunt argumenta, REX *Invictiſſime!* nullam ANGLICANA feliciorem dari Rempublicam aliam; (gg) nullumque Majeſtate TUA Regem fortunatiorem; Quid ſane TIBI, ſolo creatarum rerum cunctarum Authore *inferior* DOMINE! pietate in Triunum Deum ſanctius? defenſione Chriſtianorum fidei prius? Patrias Leges ſartas tueri tectasque antiquius? æquitatis admirandæ oracula ſpargere, & nobiliſſimis inclareſcere Judiciis, ſvavius? ſubditorum ſalutem, quovis modo licito

(cc) *Plutarchus*, in Orat. 1. de *Alexandri Magni fortuna*, cit. T. 2. p. 331. & 332.
(dd) *Cicero*, 2. de *Offic.* Cap. 64.
(ee) *Cicero*, l. c. Cap. 73.
(ff) *Pythagoras*, apud *Stobæum*, cit. Serm. 46, p. 316. *Philo*, ibid. p. 327. *Chilon*, ibid. pag. 328. *Cicero*, 2. de *Offic.* Cap. 23. & 24.
(gg). Vid. cit. Dedicatio, Tomi III. Commentarii hujus.

Digitized by Google

cito procurare, commerciorumque præſertim, animæ veluti Reipublicæ, ſecuritatem promovere, & inviolabilem ſtabilire, conducibilius? Clementia rigorem Juris, occaſione qualibet, prævertere, jucundius? (dolenda Principum ſorte, ubi, vi dominationis, crudeles eſſe coguntur, ne miſericordiæ lenitas: in miſeriam eis vertat.) Aulam ornate & laudabiliter ordinare, glorioſius? Purpuratos deligere Viros Illuſtres, integros & præclaros, omni exceptione majores, ſolennius? *maxime neceſſarium cum ſit, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & noſtra mirantium*, (hh) notumque vulgo: *promotos ad honores improbos, quo fuerint indigniores, hoc & negligentiores fieri, impudentiaque magis & audacia plenos*; (ii) ut taceam, *Ingenium malum, magnam poteſtatem adeptum, magnas calamitates* utplurimum *efficere*; (kk) Solii, verſa vice, dehoneſtamenta, Miniſtros portentoſos, & perfidos palpones, plures longe malis artibus perdentes, quam hoſtis, fovere, odioſius? hirudinibus, ab inſana per fas nefasque corradendi cupidi-

(hh) *Cicero*, 2. de *Offic.* Cap. 30.
(ii) *Polydicus*, ap. *Stobæum*, cit. Serm. 41, p. 243.
(kk) *Æſchines*, ap. *Stobæum*, l. c. p. 242.

pidine theſauros affectis, deteſtabilius? publicas res habentibus quæſtui, ſceleratius? de Patria bene meritos male feriatis præferre, exoptatius? male in contrarium olentes, & publicæ proſperitati minus bene precantes, ad fortunarum honorumque gradus eminentiores evehere, adverſius? Univerſitatis rationes privatorum commodis poſtponere, damnabilius? Contractus ſolennes ſancte adimplere, nullo modo lacerandos, vel infringendos, religioſius? triumphos agere, ſine Civium ſangvinis effuſione, armorumque ſtrepitu, fortius? Pacem Provinciis TUIS dare, incertisque bellorum eventibus ſemper anteponere, tutius, & chriſtianius? *Cedant* omnino *togæ arma*; (ll) nam

- - - - - - - - - - *Pax, optima rerum*
Quas homini noviſſe datum eſt: pax una Triumphis
Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem,
Et Cives æquare, potens &c. (mm)

Quo nummus reſpicit, in Sereniſſimi Ducis *Friderici*, Proavi TUI, GEORGII, Herois Fortiſſimi, Germani Fratris, memoriam cuſus, altero

(ll) *Cic* 1. *Offic.* C, 77. & *Orat. Philipp.* 2, C. 20.
(mm) *Silius*, 2.

tero laterum defunčti Principis effigiem exhibens, detecto capite, hac inſcriptione addita:

Fridericus, Dux Brunſvic. & Luneb. nat. 28. *Aug. Ao.*74.
denat. æt. 75. *Ao.* 1648.

Alteroque Genium, infanti dextra caduceum porrigentem, ſiniſtra militari galeæ ſuperimpoſita juncta epigraphe:

Pax una triumphis innumeris potior.

Sub Genio extante diſticho:

Veſtrum erit, exemplo, Pacem Gens poſtera, noſtro
Promoviſſe foris, & coluiſſe domi.

Quid monſtroſius homine, *quem diſcordia, quem cædes Civium, quem Civile bellum, delectant? talem profecto nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura, cara habere poſſe, proptereaque ex numero hominum ejiciendum, & ex finibus humanæ Naturæ exterminandum,* in aprico eſt. (nn)

Quam difficile ſit etiam *bene imperare*, (oo) eo *quod multi dentur iniqui, & Regno infideles, paucique ſaltem boni;* (pp) Quis Majeſtate TUA, ſagaciori via, majoribusve cura, vigiliis, labore, auctoritate, conſilio, prudentia, magnanimitate, fortitudine, judicio, æquitate, ſumptibus, tan-

tæ

(nn) *Cicero*, in *Philippica* XV, Cap. I.
(oo) *Diocletiano* Judice, ap. *Flav. Vopiſcum*, in *Vita Aureliani*, Ed. Sylburg.
(pp) *Cicero*, 3. *Offic.* C. 84.

Digitized by Google

tæ Dominationis, quanta TUA, vaſtitati confirmandæ aptior? Quicquid geris, (vel *Hiſpalenſium* Tabularum, anno demum 1729. 29. Nov. cum *Gallis* & *Hiſpanis*, initarum, documento,) in emolumentum Publici, & pro populorum TUORUM ſalute, ſicque optimis auſpiciis, geris; (qq) A Proavis didiciſti: *Non ex crudelitate metum, ſed ex bonitate amorem, Civium animis inſtillare;* quare & *tuto imperas*, (rr) inde fit, quod a ſermone TUO hodie nemo triſtior diſcedat, quam olim a *Tito*, qui diem ſe perdidiſſe credidit, quo nulli Civium aliquid præſtitiſſet boni. (ss)

Exiſtimantur, jure optimo, Virtutes Imperatoriæ: *Labor, in Negotiis: Fortitudo, in periculis: Induſtria, in agendis: Celeritas, in conficiendis: Conſilium, in providendis;* (tt) aſt id miraculo proximum, DOMINE! in Majeſtate TUA, (dictum *Antigoni*, fœdo adulatori: *Omnia Regibus eſſe honeſta & juſta*, profitenti, ſubjicientis: *Omnino, Barbarorum quidem Regibus: Nobis autem ſola Honeſta, pro Honeſtis: ſola Juſta, pro Juſtis, ſunt habenda;* (uu) ſemper auro pretioſius æſti-

(qq) *Cicero*, l. c. ex *Catone*, de *Senectute*, C. XI.
(rr) Ita *Marcus Antonius Verus*, ap. *Herodianum*, L. 1.
(ss) *Svetonio* teſte, in *vita Titi*, C. 8. ap. *Sylburg.* l. c. p. 118.
(tt) *Cicero*, Orat. pro *Lege Manilia*, C. 28, qua Senatui *Pompejum*, in Imperatorem aſſumendum, commendabat
(uu) *Plutarchus*, in *Apophthegmatibus*, T. 2. Operum, p. 182.

Digitized by Google

æſtimante) cumulatim præclara omnia conſpici, quæ, in Anteceſſoribus TVIS ſparſim duntaxat & ſingulatim notabantur.

Quo vero dilabor! quem mearum virium haud eſſe, nullatenus latet, Virtutum TVARVM completos edere indices, quippe qui Regibus panegyres, multo minus TIBI, REX *Incomparabilis!* ſcribere, nec didici, nec id gloriæ privatis hominibus unquam competere, opinor, quia potius in tantum periculoſum, in quantum de Summorum Principum factis, non niſi Ipſorum æqualibus, recte judicare, libereque ratiocinari, fas eſt. Hoc unicum modo addam: Sacratiſſimam Majeſtatem TVAM nominando, genuinam æternæ gloriæ Parentis TVI iconem, ob divina merita, morique neſcias Virtutes, nunquam ſufficientibus commemorandam encomiis, ſatisve devote colendam, repræſentaſſe videri me velle, & una Gentium, quibus tanto REGI obediendi gloria eſt, indicaſſe felicitatem. Ejusdem fortunæ cum & ego particeps ſim, ſummas, pro rata, Omnipotenti Deo ago gratias, quod in felicia hæc tempora me reſervaverit, quibus ſenex, ſub alarum TUARUM

):( ):( ):(

RUM umbra, vitam innumeris rigatam beneficiis, a TVA Clementia & benignitate profluentibus, honeſtiorem, quietiorem & beatiorem agere valeo. TIBI cæterum, inter primos *Univerſi* Rectores Fulgentiſſimo, ex eodem capite totum me devinctum profiteor, ſiquidem tot ſolida clariſſimaque Majeſtatis TUÆ in me mirifice extant beneficia, ut nulla ratione, quamdiu vixero, ſatis a me prædicari, recognoſci, vel reddi queant. Ne tamen ſacratiſſimis Throni TUI ſplendidiſſimi liminibus penitus ingratus advolvar, minimis etiam muneribus inſita vi placandi Deos, ad ſanctiſſimam ſempiternæ Bonitati TUÆ devotam aram, REX! altera vice, revertor intrepide, Majeſtati TUÆ Tomum ultimum Notarum mearum in *Vitriarii* Jus Publicum Romano-Germanicum, (*Judiciorum*, tanquàm *Juſtitiæ*, cujus *Dei Tutelaris* agnomine, juſtiſſimo titulo frui mereris, tuendæ, aſylorum) materiam exponentem, conſecrando, ſpe fretus, Majeſtatem TUAM non inclementiori vultu, quam Tomum Primum, SIBI, *Walliæ* adhuc Principi, Anno 1712. dedicari Clementiſſime paſſa eſt, eum ſuſcepturam. Deus T. O.

M. ſer-

M. ſervet TE, DOMIE! cum tota Stirpe Regia, in omne ævum, incolumen, felicem, beatum. Surge, PRINCIPUM Sapientiſſime! quotidie venerabilior, integrior, magnificentior; quam recte *Stenida*, ex Libro de *Regno:* (ww) *Oportet Regem Sapientem eſſe: Sic enim venerandus erit, ac æmulator ſummi Dei, qui natura primus eſt Rex, & Princeps &c. imitabitur autem Deum quam optime, ſi Magnanimum, Sapientem, & paucorum indigum, ſe præſtiterit, Paternum animum in ſubditos gerens.* Incede, in paludamento TUO purpureo, quotidie glorioſior, benignior, memorabilior; Prudenter *Iſocrates*, in *Nicocle:* (xx) *Metuendus appareas, dum omnia, quæ fiunt, explorata habes: Benignus autem eſto, delictorum pœnas minuendo.* Creſce, in Majeſtate TUA ſplendidiſſima, ſemper æquanimior, mitior, affabilior. Laude digna *Iſæi* doctrina: (yy) *Oportet Leges quidem acriter ſtatui: mitius autem, quam ipſæ jubent, pœnas ſumere.* Siſte TE cœleſti FAMILIÆ TUÆ nunquam gratioſiorem, clementiorem venuſtiorem. Vigeſce, in Virtutum TUARUM nitore, ſemper præclarior, ſpectabilior, valentior. Floreſce, in Corporis TUI prærogativis, quotidie

(ww) apud *Stobæum*. cit. Serm. 46. p. 332.
(xx) apud *Stobæum* l. c. p. 329.
(yy) ibid. p. 327.

Digitized by Google

tidie viridior, vegetior, robuſtior. Paſce Populum TUUM ſemper juſtior, munificentior, humanior. Occurre hoſtibus & inimicis ſemper potentior, formidabilior, victorioſior. Sereniſſimæ Domus *Guelficæ* Gemma! Britannici Orbis diadema! Imperii Romano-Germanici erectiſſima columna, decus & ornamentum! toti Europæ adeo neceſſariæ requiei firmamentum & baſis! univerſæ denique Terrarum peripheriæ, ſupra laudes humanas quaslibet longe ſurgens Oraculum. Clementiſſimæ tandem Tutelæ TUÆ clypeo tege ulterius,

REX,

Sanctiſſimæ Majeſtatis TUÆ

Luneburgi, 20. Aug.
An. 1730.

Servorum humillimum, ſubjectiſſimum, devotiſſimum, fideliſſimum,

AUTHOREM.

Lectori

Digitized by Google

Lectori
Salutem plurimam
AVCTOR.

TAndem aliquando, Benevole Lector! ſiſto Tibi notarum mearum in B. Dn. VITRIARII, Viri Clariſſimi, *Inſtitutiones Juris Publici Romano-Germanici*, TOMVM QVARTVM & VLTIMVM, præter voluntatem hactenus diſtentum. Quod juſto tardius producatur, corporis debilitati, qua, conſtituente ita Deo, indies magis magisque frangor, tribuas, obnixe rogo. In illuſtrando Textu morem ſervavi, qui in anterioribus arriſerat, Tabulis duntaxat Genealogicis conſulto neglectis, cum interea longe completiores in lucem ſint editæ, inſuperque Virum Doctiſſimum, Dn. *Johannem Ludovicum Levinum Gebhardi*, Equeſtris Academiæ Regiæ, quæ hic floret, Profeſſorem famigeratiſſimum, ſtupenda diligentia, & concatenato labore, a primis originibus deductas, perfectiores adhuc, neceſſariis probationibus undique adjectis, inſigni Eruditorum gaudio, propediem vulgaturum noverim; vice tamen earum, Indices confeci locupletiſſimos, qui, (quamvis nulla mea culpa) in duobus prioribus deſiderantur.

Digitized by Google

Cenſoribus meis indiſtincte gratias refero decentes, quod adeo cordate & candide de ſuſcepto periculo animi ſenſa manifeſtaverint. Monita eorum, largiente Domino vitam & ſanitatem, in lucrum aliquando me verſurum polliceor.

Abſit, me ulli male precari, quod ad cenſuram me vocaverit, de rebus præſertim tam varii argumenti, totque Magnatum, diverſa principia, Religionis pariter ac quibus præſunt Regionum intuitu, ſectantium, vix eadem mentis trutina unquam examinanda, Juribus & prærogativis, ſcribentem, ſerioque perpendentem: librum huc uſque apparuiſſe nullum, per omnia, omnibus acceptum, ne quidem ſacro Codice ipſo, (utut Sancti Spiritus gratia & inſtinctu conſcripto,) excepto, vel horrenda *Petri Bembi*, Romanæ Eccleſiæ quondam Cardinalis, reprehenſione teſte, apud Pl. Rev. Dn. *Wincklerum*, Celeberrimi Hamburgenſium Emporii Paſtorem Vigilantiſſimum, in Præfatione, qua Novi Teſtamenti Editionem Græco-Germanicam, Anno 1693 adornavit.

Sat gloriæ, quod, annotationes meas Reipublicæ literariæ plane inutiles haud cenſendas, fateantur omnes, id quod ſolum pro ſcopo habui. Saniora & utiliora proferentes, ut Magiſtros & Doctores, ſemper venerabor, per totam vitam erudiri avens.

Vale nunc, Amice Lector! vive diu, & fave porro ſexaginta quatuor annorum ſeni, acerbis calculi, & neſcio quibus non aliis corporis doloribus, ſubinde vexato, rixarum autem & cavillationum valde pertæſo, & inimico; Tibi cæterum fauſtiſſima quælibet nunquam non animitus apprecanti.

Luneburgi, 20 Aug.
An. 1730.

CAROLUS SEXTUS, Divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ Dux, Comes Tyrolis. Agnoſcimus ac notum facimus tenore præſentium Univerſis, quod Nobis Noſter, ſacrique Romani Imperii fidelis, dilectus Jacobus Mevius, Bibliopola Gothanus humillimè expoſuerit, à Nobis quidem Anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo, Privilegium Impreſſorium ſuper JOANNIS FRIDERICI PFEFFINGERI Corpore Juris publici, ad ductum Inſtitutionum PHILIPPI REINHARDI VITRIARII confecto, in quatuor Tomos diſtributo, ſibi impertitum, ſed Operi huic prius, quam viginti quinque Annorum ſpacio conſumpto plenum finem, adeoque annô proximè præteritô quartum eumque ultimum Tomum Typo à ſe datum fuiſſe: Nobis humillimè ſupplicandô, ut idemmet Privilegium, ad alios decem annos renovare clementiſſimè dignaremur. Ne igitur, cùm labor operis apprimè conſpicui, tùm ſumptus æmulorum invidiâ hanc editionem imitantium fructu ſuô privetur, ſupplicantis ſubmiſſis pariter, ac æquis precibus annuendum cenſuimus, prout iisdem vigore harum clementiſſimè annuimus, & authoritate Noſtrâ Cæſareâ omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuscunque rem librariam ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus & interdicimus, ne quis ſupra nominatum PFEFFINGERI

)(

GERI Corpus Juris publici ad ductum Inſtitutionum PHILIPPI REINHARDI VITRIARII confectum, ſive in quarto, ſive in alio, ut ajunt, formato, iisdem aut aliis Literis cum vel ſine textu VITRIARII, per decem annorum ſpacium, ab hodierno die computandum, intra Sacri Romani Imperii & Regnorum, Ditionumque Noſtrarum hæreditariorum fines recudere, vel aliis ad recudendum dare, aliorſumve impreſſum apportare, citra præfati Impetrantis, ejusdemque hæredum ac Succeſſorum voluntatem & aſſenſum in ſcriptis obtentum auſit vel præſumat. Si quis verò ſecus faciendô Privilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare, contemnereque præſumpſerit, eum non ſolùm ejusmodi exemplaribus, ubicunque locorum repertis, perperam quippe recuſis, ſeu apportatis (quæ dictus Jacobus Mevius, ſive propriâ authoritate, ſive Magiſtratus illius loci auxiliô, ſibi vindicare poterit) de facto privandum, ſed & decem marcarum auri puri pœnâ, ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo & Parti læſæ ex æquo pendendâ omni ſpe veniæ ſublatâ mulctandum decernimus, dum modò tenor hujus Noſtri Privilegii fronte libri impreſſus reperiatur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum ſubditis & fidelibus dilectis, tàm Eccleſiaſticis quam Secularibus cujuscunque Status, gradus, dignitatis aut Ordinis fuerint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu exiſtentes, vel ſuo vel ſuperiorum loco jus, juſtitiamque adminiſtrant, ne quemquam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum violare, ſpernere, aut transgredi patiantur: ſed ſi quos contumaces compererint, conſtituta à nobis mulcta eos puniri

puniri & quibuscunque modis idoneis coerceri curent; quatenus & ipſi graviſſimam Noſtram indignationem prædictamque pœnam evitare voluerint. Harum teſtimonio Literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur in Civitate Noſtra Vienna, die decima tertia Julii, Anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo primo Regnorum noſtrorum, Romani vigeſimo, Hiſpanicorum vigeſimo octavo, Hungarici & Bohemici vigeſimo primo.

CAROLUS mppr.

(L.S.)

Vt. J. A. Comes de Metſch,
mppr.

ad Mandatum Sacr. Cæſ. Majeſtatis
proprium
J. S. Hayeck de Waldſtatten.

Digitized by Google


DEr Allerdurchlauchtigſte, Groſsmächtigſte Fürſt und Herr, Herr FRIDERICH AUGUSTUS, König in Pohlen, des Heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Marſchall und Chur-Fürſt zu Sachſen, auch Burg-Graf zu Magdeburg &c. hat auf beſchehenes unterthänigſtes Anſuchen Jacob Mevii, *Buchhändlers in Gotha, gnädigſt bewilliget, daſs er das* Corpus Juris Publici, vel Pfeffingeri Vitriarium illuſtratum in IV. Vol. in 4to, *unter höchſt gedacht Sr. Königl. Majeſt. und Chur-Fürſtl. Durchl.* Privilegium *drucken laſſen und führen möge, dergeſtalt, daſs in Dero Chur-Fürſtenthum Sachſen, deſſelben* incorporirten *Landen und Stifftern kein Buchhändler noch Drucker oberwehntes Buch in denen nächſten, von untengeſetzten* dato *an, zehen Jahren bey Verluſt aller nachgedruckten* Exemplarien *und Ein hundert Rthlr. Straſe weder nachdrucken, noch auch, da daſſelbe an anderen Orten gedrucket wäre, darinnen verkauffen und verhandelen, worgegen er mehrgemeldtes Buch fleiſſig* corrigiren, *aufs zierlichſte drucken, und gut weiſs Papier darzu nehmen zu laſſen, auch ſo offt es aufgeleget wird, von jedem Druck und Format achtzehen* Exemplaria *in Sr. Königl. Majeſt. und Chur-Fürſtl. Durchl. Ober-*Conſiſtorium, *ehe es verkaufft wird, auf ſeine Koſten einzuſchicken ſchuldig, und diſs* Privilegium *niemanden, ohne Höchſtgedachter Sr. Königl. Majeſt. und Chur-Fürſtl. Durchl. Vorwiſſen und Einwilligung zu* cediren *befugt ſeyn ſoll; Geſtalt er bey ſolchem* Privilegio *auf die bewilligten zehen Jahre geſchützet und gehandhabet, auch da dieſem Jemand zu wider handelen und er um* Execution *deſſelben anſuchen würde, ſolche ins Werck gerichtet, und die geſetzte Straſe eingebracht werden ſoll; Immaſſen und zu Uhrkund deſſen, iſt dieſer Schein, biſs das* Original-Privilegium *ausgefertiget werden kan, und ſtatt deſſelben, in Sr. Königl. Majeſt. und Chur-Fürſtl. Durchl. Kirchen-Rath und Ober-*Conſiſtorio *unterſchrieben und beſiegelt, ausgeſtellet worden, welchen er durch den beſtalten Bücher-*Inſpectoren *Johann Zacharias Treffurthen, denen Buchhändlern zu* inſinuiren, *widrigenfals die* Inſinuation *vor* null *und nichtig erkannt werden ſoll. So geſchehen Dreſsden, den* 23. Maji Anno 1731.

(L.S.)

Chriſtian von Loſs.

Andreas Heinrich Beyer.

Digitized by Google



LIBER III.
TIT. XIX.
DE
REGIMINE UNIVERSI.

POſtquam Princeps in ſingulorum perſonam imperium conſecutus eſt, & per hoc Dominium, atque adeo nihil exemptum eſt ejus arbitrio, palam fit, univerſam multitudinem ſubjectam eſſe ejus poteſtati, & eum habere poteſtatem regendi, gubernandive uniuerſam hanc multitudinem, & diſponendi de iis, quæ ſunt in ipſius territorio.

(I.) Medium, ad hunc finem obtinendum, efficaciſſimum eſt *Homagium.* (a) Unde nulli dubitamus, quin Princeps habeat poteſtatem exigendi homagium à ſuis ſubditis, non tantum propter imperium in caput, ſed & quia habet poteſtatem omnia gubernandi, & diſponendi de omnibus, in Republ. Germanice dicitur hoc, homagium, ſeu hominium, *die Erbhuldigung,* (b) de quo dicunt: *wer Lands Fürſt iſt, dem gebühret die Erb- und Landshuldigung. Webner. in voce Landshuldigung.*

NOTÆ.

(a) HOMAGIUM &c. Huc faciunt: *Jacobus de S. Georgio,* Tr. de *Homagiis,* qui Tom. X. *Tractatus Tractatuum* extat; *Thomas Maulius,* de *Homagio, Reverentia, Obſequio &c.* Gieſſ. 8vo 1614. & 1640, *Georgius Ritter,* de *Homagio*; *Johannes Bruning,* Diſſ. de *Homagio*; *Enno Wilhelmus Rüſſel,* Oſtfriſ. Diſſ. de *Homagio,* Præſide *Henrico Uffelmanno.* Helmſtadii, An. 1675. habita; *Franciſcus Andreas Voigt,* Riddaghuſan Diſſ. de *Homagio,* Præſide *Johanne Eiſenhart,* An 1682 ibidem ventilata; Dn. *Nicol Chriſtoph. de Lyncker,* Diſſ. de *Religione Obſequii,* Jenæ, 1682. *Calvinus,* in *Lexico Juridico,* voc. *Homagium,* p. m. 415. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Huldigung,* p. m. 400 &c. *Webner, Obſervat. Pract.* voc. *Landes- oder Erb-Huldigung,* p. m. 329. &c. *Du Freſne,* Gloſſar. voc. *Homagium* & *Hominium,* p. 753. &c. *Spelman.* Gloſſar. voc. [illegible] *Homagium,* p. m. 294. &c. *Maſcardus,* de *Prob*[illegible] Vol. 4. *Concluſ.* 1405. p. m. 349 &c. *Spe*[illegible] in *Notabilibus Juridicis,* voc. *Huldigung,* p. [illegible] *Mylerus,* de *Principib. & Statibus Imper*[illegible] Part. I, Cap. 38. p. 345. &c. *Reinkingius,* de *Reg*[illegible] *Seculari & Eccleſ.* lib.

lib. I, Claſſ. V, Cap. 4. p. m. 551 &c. *Knipſchildius, de Jurib. & Privileg. Civitatum Imperial.* Lib. 2, Cap. IX, p. m. 351 &c. Idem, de *Juribus & Privileg. Nobil,* Lib. I, Cap. XI, §. 114. & ſeqq. p. 213. &c. & Lib. 3, Cap. 2, §. 31. & ſeqq. p. 19. &c. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 3, Cap. VIII, p. 1012 &c. Dn. *Schützius*, Vol I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. XVII, p. m. 28 &c. Dn. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. 2, Cap. XI, p. m. 884 &c.

Deſcendere putant Vocabulum, a Græca voce ὁμόω, i. e. *unio*, vel ab ὀμόω, ſeu *juro*; quod, mediante homagio, Imperans & ſubditus invicem uniantur, & alter alteri reſpective tutelam & obſequium promittat. Accuratius autem repetitur denominatio hæc ab *Homine*; quia præſtans homagium, *Homo* (id eſt, *Vaſallus*) fit ejus, cui jurat. Hinc, alio nomine, *Hominium* vocatur; vid. *Spelman* l. c. ubi: *Homagium, Hominium, Hominatus, Hominatio, Hominiſcum, Hominiſcatus. Lego hæc omnia: Hominium, antiquius; Homagium, frequentius. Ducta ab Homo, pro Vaſallo &c.* Sic *Du Freſne*, l. c. voc. *Hominium*, p. 753. *Hominium, ſeu Homagium, dicta fuit profeſſio illa fidei & obſequii, quam Homo, ſeu Vaſallus, Domino ſuo feudali præſtat, ratione Feudi, quod ab eo tenet &c.* Nec aliter *Beſoldus* l. c. ajens: *Eſtque dictum Homagium, quaſi Hominium, quia is, qui hoc jus jurandum præſtat, Homo Domini, vel quaſi meus, fieri dicitur; vel, agit ſe Hominem, id eſt, profitetur ſe Subditum. &c.* Add. *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. 8, §. VII, p. 273. Occurrit vox *Hominium*, in *Appendice Marculſi formularum*, apud *Baluzium*, Tom. 2. *Capitular. Franc.* p. 462, §. 48. ibi: *Nec mihi, nec ulli Heredum meorum, nullum impendas ſervitium, nec Hominium, nec libertaticum, nec ullum obſequium, nec patronaticum &c.* ſimiliter, apud *Ingulphum, Croylandenſem* Abbatem, Sec. XI. clarum, in Hiſtor. Angl. *ultra progrediens Inclytus Rex Willielmus* (Conqueſtor) *in Scotiam, eam ſibi ſubjecit, & Maltonium, Regem ejus, ſibi Hominium facere, & fidelitatem jurare, apud Abennithi, coëgit.* Vid. *Savile*, de *Scriptorib. Rer. Anglic.* p. m. 908; Ergo *Ottonem Friſingenſem* primum eandem adhibuiſſe, non ſatis tuto aſſerit *Gerhardus Joh. Voſſius*, lib 3, de *Vitiis Latini Sermonis*, c. 14. p. 464 &c. *Homagii* vocabulo utitur *Rogerus de Hoveden*, Part. poſter. *Annal. Angl.* in vita *Johannis* Regis, ad An. 1200, apud *Savile* l. c. p. 811, ut & *Matthæus Pariſienſis*, ad An. 1188, p. m. 106, verb. *Tunc Rex Anglorum Regi Francorum fecit homagium &c.* de reliquis ſynonymis evolvas *Du Freſne*, l. c.

(*b*) ERB-HULDIGUNG &c. *Beſoldus* l. c. *Nos appellamus: Erb-Pflicht, Huldigung, Holdung, quaſi Geding, Hold und treu zu ſeyn.*

(2) Homagium, eſt Juris vinculum, (*a*) quo Dominus Territorii ſubditos ſibi, ad fidelitatem (*b*) & obedientiam, adſtringit, cujus intuitu, & ipſe quoque fidus (*c*) eſſe jubetur. *Rittershuſ. Tr. de Homag.*

NOTÆ.

(*a*) JURIS VINCULUM &c. Reſpublica ut floreat, fide mutua opus eſt Imperantibus & Subditis; quo magis igitur Imperans de Civium, tanquam multitudinis, qua Reipublicæ potentia maxime nititur, fide reddatur ſecurior, juramenti vinculo ſingulos ſibi devincire ſolet, ſolennibus verbis fidelitatem, obſequium, & quicquid boni, Cives Magiſtratui debent, pollicentes. Verſa vice, reciproco quandoque jurejurando, quandoque ſtipulata duntaxat manu, aliove modo uſu recepto, Imperantes de ſua fide ſubditos præſtant ſecuros; ut adeo Juramentum nihil aliud ſit, quam naturalis obligationis acceſſorium vinculum, quo mortales fidem invicem arctius conſtringunt. Hinc etiam ex ſacramenti formula, in primis obligationis genus cognoſcendum. Vaſallus, qua talis, merum fidelitatis juramentum præſtat; Subditus contra, ſubjectionis; Vaſallus, qui ſimul ſubditus, utrumque. Quo Ill. *Rhetii* locus pertinet, Diſp. de *Statu Germaniæ circa Subditos*, c. 4, §. 53. *In Marchia & Pomerania, omnes Landſaſſii, non ſolum Vaſalli, ſed etiam ſubditi ſunt, &, præter juramentum fidelitatis, homagium quoque & juramentum ſubjectionis, præſtant: ſic quoque in Saxonia, Bavaria, Haſſia, Palatinatu &c.* Conf. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 3. Cap. 8, §. 1. p. 1012, *Knipſchild*, de *Jurib. Civitat.* lib. 2, Cap. IX, §. 2, p. 351.

(*b*) AD FIDELITATEM &c. *Schützio*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. XVII, lit. a, p. 382. *Knipſchildio*, de *Jurib. & Privileg. Nobilium*, lib. I, Cap. XI, §. 115, p. 213; & Dn. *Schwedero* l. c. §. 1. p. 885. *Homagium eſt adſecuratio fidelitatis & obedientiæ, quam ſubditus facit Domino Territorii, ſub cujus Juriſdictione habitat:* Definitionem Dn. Auctoris approbat *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 38, §. 2, p. 346. Undecim ſignificationes vocabuli *Homagii* collegit *Brüning*, de *Homag.* Concl. 3. Conf. *Wehner*, l. c. *Reinking*, l. c. §. 24, p. 555. *Rieſſel* l. c. §. 22.

(*c*) FIDUS

Digitized by Google

(*c*) FIDUS &c. Juxta dicterium: *Getreuer Herr, getreuer Knecht. Hoc namque, in universo Orbe, receptum dogma eſt: Contractum homagialem, inter Magiſtratus & Subditos, reſpectiva conſtare obligatione, & huc tendere, ut & Subditi in ſuo ſtatu, id eſt, Honoribus, Privilegiis, Juribus, Libertatibus, à Magiſtratu: & Magiſtratus, à Subditis, in ſuo ſtatu, conſerventur, & bona fide defendantur.* Hæc *Fritſchius, Exercit. Jur. Publ.* Exerc. XI, §. 58, p. 33. Et licet ſolenni formula Princeps ad reciprocam hanc obligationem ſe non adſtringat, tamen eam homagiali vinculo tacite annexam eſſe, communis doctorum ſententia eſt; arg. 2. F. VI. verb. *Dominus quoque in his omnibus,* (quæ Vaſallus ei promiſit) *vicem Fideli ſuo reddere debet &c.* Vid. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Huldigung, §. Ita Domini*, pag. 401; *Becerus*, de *Regalib.* fol. 484, n. 44. *Struvius, Syntagm. Jur. Feudal.* Cap. 2. Aphor. V, p. 60; Auctor *Declarationis Status Civitatis Bremenſis, ante- ſub- & poſt Pacificationem Oſnabrugenſem*, apud *Gaſtelium, de Statu Publico Europæ*, Cap. 32, §. *Das Ander Argument*, p. 1059. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, §. 20, p. m. 364; *Schwederus* l. c. Ill. Auctor *Collectaneorum Mecklenburgicorum de Annis* 1717 & 1718. Faſcic. I, p. 120.

(3) Homagium eſt duplex, perſonale (*a*) quod Subditus præſtat Domino, ratione Domicilii, (*b*) ac ſe ejus Hominem conſtituit. Reale, (*c*) quod præſtatur à perſonis, Territorii Domino non ſubjectis, etiam immediatis, (*d*) ratione bonorum, quæ in alterius Territorio poſſident. *Pauermeiſter, de Juriſdict. Cap. IX, §. 118.* Hoc poſterius nemo præſtare cogitur, niſi ſimul etiam in hiſce bonis habitet, (*e*) & Domicilium habeat. Perſonam ejus non afficit, (*f*) nec ſubditum facit (*g*) arg. *L. fin.* §. 25, *ff. de Muner. & Honor. Webner*, voc. *Lands-Huldigung.*

NOTÆ.

(*a*) PERSONALE &c. Seu *Plenum*, quo quis ſimpliciter, reſpectu perſonæ ſuæ, ſe alteri ſubjectum profitetur Conf. *Surdus*, Conſil. 313, §. 66; *Gaillius*, de *Pignerationibus, Obſervat.* XV, §. 7, p. m. 200; *Victor*, de *Exemptionibus*, Concluſ. XXIX, p. m. 171; *Knipſchildius*, de *Juribus & Privilegiis Nobilium*, lib. I, Cap. XI, §. 115, p. 213, & §. 160, p. 222, & lib. 3, Cap. 2, §. 35. &c. p. 20; & *de Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. IX, §. 33. & ſeqq. p. 355; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii* l. c. §. 4, p. 348; Dn. *Hertius*, de *Subject. Territor.* §. 14; Dn. *Schilter, Prax. Jur. Roman. in Foro German. Comment. de Landſaſſ.* Cap. 6, §. 9 &c. *Gründlicher Beweiß, daß das Fürſtliche und Gräfl. Hauß Schwartzburg, ein uhralter, freyer, unmittelbahrer Reichs-Stand*, de An. 1710; Cap. VI, §. 94, p. 36.

(*b*) DOMICILII &c. Per *Domicilium*, vulgari ſermone, intelligitur locus, ubi quis, perpetuo morandi animo, habitat; cujus habitationis etiam reſpectu quis ſubditus vocatur, arg. L. 239, §. 2, ff. de V. S. & L. 29, *Incola*, ff. *Ad Municipalem* (Lib. 50, Tit. 1.) & L. 5, *ſi in Patria*, C. *de Incolis*, (lib. 10, T. 39.) Et, in dubio, facta *domicilii* mentione, *habitationis* locus, nec *originis*, intelligendus venit, arg. L. 23, *Municeps*, §. 1. ff. *ad Municipalem &c.* *Gaillius* l. c. *Knipſchild*, de *Jurib. Civitat.* l. c. *Mylerus* l. c. §. 7 & 8, p. 350. Notandum autem, argumentum à *Domicilio*, ad *ſubjectionem perſonalem*, non ſemper ſtringere; Perſonas enim Illuſtres, dignitatem perſonalem immediate ab Imperatore & Imperio recognoſcentes, eis Principibus, in quorum Territoriis bona poſſident, etſi ibidem quoque Domicilium ſeu Aulam, habeant, in perſonalibus non ſubjici, tralatitium eſt. Vid. Art. 44 *Capitul. Leopoldi*, in fine; Art. 43, *Capit. Joſephi*, in fin. Art. 22. *Caroli VI*, §. *So ſoll auch &c.* Quis quæſo, quoad Ipſorum perſonas, Potentiſſimos, Magnæ Britanniæ, Poloniarum, Boruſſiæ &c. Reges modernos, Imperii Romano-Germanici ſubditis unquam aggregaverit, quod *Hanovera, Dreſdæ, Berolini &c.* locis veluti in Imperio ſitis, ſæpius, & reſp. perpetuo, morentur? Ut autem Reges characterem ſuum ubique retinent, non aliter ac Umbra corpus, comitatur; nec unquam ſubditi fiunt; ita nec Imperii Status immedietatem ſuam amittunt, etiamſi Domicilium in ſolo Con-Status alicujus figant. Statum enim Imperii eſſe, perſonæ celſitudo, & maximum dignitatis culmen eſt, cui Domicilii locus fraudi eſſe nequit. *Abſit ergo, ut Illuſtribus dignitatibus emeriti, ob campeſtres aliquot ceſpites, ad laqueos viliſſimi colonatus pertrahantur.* Sunt verba *Victoris* l. c. Concluſ. XXIX, §. 11, p. 173; qui *Concluſ.* XXVII, XXVIII, XXX & XXXI, multis rationibus theſin hanc ſuffulcit. Conf *Ziegler, ad Auream Praxin Nicolai Calvoli*, Concluſ. I. §. *Landſaſſii, in lim.* n. 24. &c. *Struvius*, *Specim. Jur. Publ.* Tit. 29, §. 8; *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. I. Tit. XVII, §. 12, p. 269. cit. *Gründlicher Beweiß, daß das Hauß Schwartzburg ein Uhr-alter, freyer und unmittelbahrer Reichs-Stand*; l. c. §. 114, p. 41 & 42. Add. ſeq lit. c.

(*c*) REALE &c. Seu *minus plenum*, quo quis, ratione

ratione ſaltem bonorum. alterius Imperium agnoſcit. Et hoc juramentum, quia perſonam principaliter non tangit, ſubditum proprie non efficit. Vocari etiam ſolet *aſſecurationis juramentum*, ad quod præſtandum, quilibet bonorum poſſeſſor, utut forenſis, aut perſona alias privilegiata, tenetur. Vid. *Victor* l. c. Concluſ. XXIX, §. 9, 10 & 11, p. 172 & 173; *Knipſchild*, de *Jurib. Civitatum*, l. c. §. 35, p. 355; *Mylerus*, l. c. §. 5. pag. 348; *Schwederus* l. c. §. 2. p. 886.

(*d*) IMMEDIATIS &c. Qualitas enim perſonarum, bona in alterius Territorio poſſidentium, hic non attenditur, utrum poſſeſſor, quoad characterem, major ſit Territorii Domino, an minor? ſed nuda bonorum poſſeſſio. Nec Reges a tali juramento immunes ſunt. Apud *Matthæum Pariſium*, ad An 1188, in vita *Henrici III*, Regis Angliæ, p. m. 106, legitur: *Tunc Rex Anglorum Regi Francorum fecit homagium; quia, in principio hujus guerre, homagium ſuum reddiderat Regi Franciæ &c.* Sic, *Rogerus de Hovedon, Annal. Angl.* part. poſter. in vita *Johannis* Regis, apud *Savile*, de *Scriptorib. Angl.* ad An. 1200, p. m. 811: *Eodem die* (10 Kal. Dec.) *Ipſe* (Johannes Rex) *& Willielmus, Rex Scotorum, convenerunt ad colloquium, extra Civitatem Lincolniæ, ſuper montem arduum, & ibi, in conſpectu omnis Populi, Willielmus, Rex Scotorum, devenit Homo Johannis, Regis Angliæ, de Jure ſuo, & juravit Ei fidelitatem, ſuper crucem Huberti, Cantuarienſis Archi-Epiſcopi, de vita, & membris, & terreno honore ſuo, contra omnes homines, & de pace ſervanda ſibi & Regno ſuo, ſalvo Jure ſuo - - - - Facto itaque homagio ſuo, Willielmus, Rex Scotiæ, petiit à Johanne, Rege Angliæ, Domino ſuo, totam Northumbriam, & Cumbriam, & Weſtmerland, ſicut jus & hereditatem ſuam &c.* Nec tamen confundi nallem *Homagium*, cum *Vaſallagio*, quorum diſcrimen vel ipſa *Aurea Bulla* Cap XXV. §. 2, *decernimus &c.* verb. *Terra, diſtrictus, Homagia, Vaſallagia &c.* agnoſcit. Differunt enim, (1) nomine; quandoquidem *Homagium* proprie, *Erb- oder Land-Huldigung*: *Vaſallagium* vero, *Lehens-Eyd, Lehens-Pflicht, Lehens-Huldigung*, vocantur; (2) Homagium præſtantes ut plurimum jurant: *Treu, hold, gehorſamb, gewärtig und unterthänig, zu ſeyn*: Vaſalli contra, nude: *treu und hold zu ſeyn.* (3) Illud exigitur proprie, reſpectu *ſubjectionis perſonalis*; hoc, *reſpectu bonorum*: (4) Illud, præſtatur ab ipſo ſubdito; hoc, etiam a Procuratore: (5) Illud, regulariter pro objecto habet *bona propria*; hoc, *bona feudalia*: (6) Illud ſolvitur, quamdiu quis tutela & protectione Territorialis Domini gaudet; hoc, non diutius, quam *beneficium* durat; (7) Illud involvit *ſubjectionem ſimplicem*; hoc, *conventionalem*, ſeu *pactitiam*; (8) Illud & filios obligat; hoc, non ſemper; (9) Illud *corporaliter* præſtandum; hoc, *ſtipulata* quoque *manu*, vel formulis teſtibus, quibus *Daniæ* Regis Legati Sereniſſ. Domui Brunſuic. & Luneb. pro inveſtitura *über die Statt und Budjadinger Land*, cum annexis (apud Dn. *Stryckium*, Exam. Jur. Feudal. in Appendice, §. 18, p. 429,) ſimiliter Electorum Plenipotentiarii, ab Epiſcopo *Bambergenſi*, debita Feuda ſuſcipientes, (vid. præc. Lib. I, Tit. XIV. §. 15, p. 1101 &c.) nec non ipſius Sereniſſimæ Domus Brunſuic. & Luneburg. Legatis *Werdano* Abbati, fidelitatem pollicentur. (10) Illud regulariter ſubditos obſtringit ad jus ſequelæ, luſtrationis, caſuque neceſſitatis, ad ſuppeditandas opes; quo *Capitulationes Leopoldi*, Art. 18; *Joſephi*, Art. 17, & *Caroli VI*, Art. 19, reſpiciunt; hoc, non itidem &c. Conf. *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Huldigung*, §. *Subjectionis*, p. m. 401; *Joh. Chriſt. Tenzel*, Diſſ. Inaug. de *Jure Subjectionis*, §. 59 & 60, Vol. 2 *Fritſchiano*; *Knipſchildius*, de *Jurib. Civitat.* lib 2, Cap. IX, §. 51 & ſeqq. p. 357; & de *Juribus Nobil.* lib. I, Cap. XI, §. 105 &c. p. 212 &c. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, §. 22 &c. p. 365 & 366; Dn. *Bohmer, Introduct. in Jus Publ. Univerſale*, Part. ſpec. lib. I. Cap. 4, §. 16 & 17, p. 246 &c.

(*e*) HABITET &c. Idem tradunt *Mylerus* l. c. §. 5, p. 348 & 349, *Knipſchild*, l. c. §. 33 &c. p. 355 &c. ibique citati. Hodie vero præſumptio eſt pro Territoriali Domino, quod ab omnibus, bona in ipſius Territorio habentibus, *homagium reale* exigere queat, ſive & ibidem habitet, ſive non, (niſi quis titulum docere poſſit, quod, ad illud præſtandum, non ſit adſtrictus;) citra tamen deminutionem ſtatus ſui liberi; ut enim nexus, quo Reges *Hiſpaniarum*, ratione *Burgundiæ* Ducatus &c. *Magnæ Britanniæ*, ratione Electoratus *Brunſuicenſis & Luneburgenſis*, aliarumque Terrarum, quas in Imperio tenent; *Daniæ*, reſpectu Ducatus *Holſatiæ*, Comitatus *Oldenburgici &c. Sueciæ*, nomine Ducatus *Pomeraniæ &c. Boruſſiæ*, qua Elector *Brandenburgicus*, totque aliorum Principatuum, Comitatuum &c. Dominus, Imperatori & Imperio devincti ſunt, *perſonalem ſubjectionem* non involvit; ita nec de Statibus Imperii dici poteſt, quod alter alterius fiat ſubditus, cum bona in ejus Territorio poſſideat, aut ibi plane domicilio utatur; niſi *æquivoce* loqui ames, vocemque *ſubditi*, de *ſubjectione bonorum* interpreteris; hæc autem neminem *proprie & ſimpliciter* ita dictum ſubditum conſtituit. Conſ. *Victor* l. c. *Concluſ.* XXIX; *Gaillius*, de *Arreſtis*, Cap. VI, §. 15 & 16, p. 236 &c. Ill *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. 4, §. 26; *Hertius*, Diſſ. de *Subject. Territor.* §. 3. *Gründlicher Beweiß, daß das Fürſtl. und Gräfl. Hauß Schwartzburg ein uhralter, freyer, unmittel-*

mittelbahrer Reichſtand. Cap. VI, §. 108, ad 114, p. 40 & 41. Add. præced. lit. b.

(*f*) NON AFFICIT &c. Simpliciter, & proprie; ſed improprie tantum, reſpectu nimirum bonorum.

(*g*) NEC SUBDITUM FACIT &c. Proprie ſcil. & ſimpliciter ita dictum, i. e. quoad perſonam; ſed ſaltem *realem*, ut Dn. *Hertius* l. c. eos appellat.

(4.) Utrum autem *ein Stand des Reichs, ſo unter eines Fürſten Lands-Obrigkeit Güter hat,* eo nomine *die Erbhuldigung zu erſtatten ſchuldig ſey?* ſemper valde controverſum fuit: *vide ea, quæ acta ſunt, inter Comitem Ortenburgenſem, (a) & Electorem Bavariæ; (b) inter Comitem Waldecciæ, (c) & Landgravium Haſſiæ; quorum uterque Principi, in cujus territorio bona poſſidet, hoc juramentum denegavit.* Plurimum hoc in caſu *conſvetudini* (*d*) tribuendum eſt. *vid. Beſold. verb. Huldigung. Thom. Maul. de homag. cap. 1. n. 16.*

NOTÆ.

(*a*) ORTENBURGENSEM &c. Argumenta Comitis, (ceu ex Actis Ejus contra Bavarum patet,) fuerunt, fol. 24. (1.) *Daß Er Ihrer Fürſtl. Gn. Regiment mit Subjection nicht zugethan, ſonſten wüßte Er nicht zu ſehen, was Ihme ſeine Grafliche Praeminentz fürtragen ſolle;* (2.) fol. 112. *Daß Er nicht der einzige Reichſtand wäre, welcher im Land zu Bayern gelegene Güter hat, ſondern es ſeind derſelben von Biſchœffen und Prælaten noch mehr: es werde aber in Ewigkeit nicht kœnnen erwieſen werden, daß dieſelben, von ihrer Landgüter wegen, mit ihren Perſohnen, ſich zu der Bayeriſchen Subjection bekennet, oder verpflichtet, und, in den* Perſonalibus, *ſich, von der Bayeriſchen Güter wegen,* pro Hominibus ligiis Ducis Bavariæ *gemacht, auch Ihn für ihren natürlichen Erbherren, oder Landes-Fürſten, geachtet und agnoſcirt hatten.* (3.) Fol. 113. *Wann ein jeder Reichsſtand, der in einem Fürſtenthum Güter hat, deſſelben Fürſten Landſaß, auch* in Perſonalibus, *ſeyn müßte, ſo würden zwey* abſurdiſſima inconvenientia *erfolgen; erſtlich, daß die Kayſerl. Maj. gar wenig Fürſten, Grafen, Herren und Stände, in Ihrer unvermittelten Subjection behalten, dann die Begüterten in anderer Stände Landen, würden,* ratione ſubjectionis, *Landſaſſen ſeyn; Hernach, daß ſolche Reichsſtände auch in* perſonalibus ſimul & ſemel, eodem tempore, & in ſolidum, *mehr Herren und Obrigkeiten hatten, cum tamen verum & ligium homagium includat in ſe perſonalem ſubjectionem, ſecundum Matth. de Afflict. in Tit. Qual. Vaſall. Jur. ac. quia Comes, in hac qualitate perſona ſua, homagio eſt obligatus Imperatori, non poteſt ſic obligatus eſſe & ſubjectus Ducis Bavariæ, quia ipſa natura docet, neminem poſſe eſſe hominem ligium duorum in ſolidum ſimul &c.*

(*b*) BAVARIÆ &c. Argumenta Bavari ſunt l. c. fol. 88. (1.) *Weil* Juris, *daß, wo einer den meiſten Theil ſeiner Güter, daſelbſt auch das* Jus domicilii *habe;* (2.) *der Graf auch je bißweilen Mattighoven, und andere Güter, abwechſele, ſelbſt beſitzt, und aufs wenigſt ſeine* Familiares Domeſticos, *gebrœtte Diener, wie ers,* in tertio mandato Religions-*Frieden, nennet, daſelbſt ſitzen hat; ſo kœnten je, weder der Graf ſelbſt, oder ſeine gebrœtte Diener,* ratione habitationis & domicilii, *niemand anders unterworffen ſeyn, als deme das* Territorium *der enden gehœrt;* (3.) *Es auch nicht ſeltzam, ſondern geſchicht viel, daß einer* duas habitationes, *und* duo domicilia, *zugleich hat, in einem perſœhnlich ſitzt, im andern auf ein andere Zeit wohnet &c.* (4) *So iſt es* indubitati Juris, *quod, ratione domicilii, quis dicatur ſubditus, & ſubjectus ſit conſuetudinibus loci, in quo habitat, ibi forum ſortiatur, & legibus loci alligetur, ſive præſens, ſive abſens ſit, teneturque, ratione Jurisdictionis, homagium, ſeu juramentum præſtare &c.* (5.) fol. 208. *daß in den hœchſten der Chriſtenheit Häuptern* non ſolum duplices perſonæ, *ſondern* reſpective *vierfache erfunden, und conſiderirt werden, als da, in una eademque perſona, Imperator, Rex N.N. Regnorum, Archidux, Princeps, Marchio, Comes, Dominus, hujus & hujus Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Dominii &c. beſtehen, und* diverſo jure *gehalten werden mag. &c.*

(*c*) WALDECCIÆ &c. *Von der Waldeckiſchen Unterthanen* Eventual-*Erbhuldigung, und wieweit ſich ſelbige erſtrecke?* Vid. *Waldeckiſche Ehrenrettung,* Part. I, Cap 13, fol. 58 &c. ibi: *Daß ſolche Huldigung keine gegenwertige Unterwürfflichkeit würcken kœnne, weil alles auf einen künfftigen ungewiſſen Fall verſchoben &c.*

(*d*) CONSVETUDINI &c. Diſtinguere ſolent inter *Territoria clauſa,* quo Archiducatus Auſtriæ; Electoratus Bavaricus, Saxonicus, Brandenburgicus, Palatinus, atque Brunſvicenſis & Luneburgenſis, nec non Landgraviatus Haſſiæ &c. referuntur & *Non clauſa;* in illis, regulam valere tradunt, quod omnes, bona ibidem poſſidentes, ad homagium quoque adſtringi poſſint; ſecus ac in poſterioribus, ubi non ſtatim bona, quæ in Territorio reperiuntur, etiam de Territorio iſto eſſe, cenſenda; *Hamburgi* exemplo, quæ potens Civitas in Stormaria

maria quidem ſita, aſt non ſimul de Stormaria eſſe judicatur. Faciunt huc Capitulationes *Leopoldi* Imp. Art. 44, in fin. *Joſephi*, Art. 43, in fin. & *Caroli* VI, Art. 22. Conf. *Schrader*, Conſil. 23, §. 149 & 150. *Magerus, de Advocatia Armata*, Cap. IX, §. 164, p. m. 351. *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Diſp. VI, §. 12, lit. A. p. 373. *Mylerus, de Principibus & Statib. Imper.* P. 2. Cap. 38, §. 6, p. 349.

(5.) Homagium exigunt, (*a*) Electores, Principes, & reliqui Status Imperii; imo, ex generali conſuetudine Imperii, Nobiles (*b*) quoque Immediati (*c*) hoc jus in Pagis ſuis exercent, dum ſubditos ſuos juramento ſubjectionis, juxta naturam & qualitatem Jurisdictionis, quam in Pago poſſident, ſibi devinciunt. *Knipſchild. de Civitat. Cap. IX. §. 23.*

NOTÆ.

(*a*) EXIGUNT &c. Conf. *Ritter.* de *Homagio*, Cap. 4. §. 61 & ſeqq. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Huldigung, §. Notiſſimum eſt*, p. m. 402; *Webner* l. c. voc. *Landes-oder Erb-Huldigung*, § *Wer nun ein Landes-Fürſt iſt*, p. m. 329; *Mylerus* l. c. §. 3, p. 347; *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. IX, §. 20 & 21, p. 353; & de *Jurib. Nobil.* lib. 3, Cap. 2, §. 34. &c. p. 20. ibique allegati; generalis namque regula eſt, quod omnes, qui Superioritate Territoriali gaudent, etiam homagium a ſubditis exigere queant. vid. *Knipſchild*, de *Jurib. Nobil*, l. c. §. 31, p. 19. Conf. ſeq. §. 9, lit. b.

(*b*) NOBILES &c. Ex eadem ratione; quia Nobiles hi Superioritate Territoriali fruuntur. vid. præced. Tit. XV, §. 12, lit. a. p. 1136, &c. Theſin approbant: *Beſoldus* l. c. *Joh. Bruning*, de *Homagio*, Concluſ. 319; *Mylerus* l. c. §. 3, p. 347 & 348; *Knipſchild*, de *Jurib. Nobil.* l. c. §. 33. p. 20, & de *Jurib. Civitat.* lib. 2, Cap. IX, §. 22, p. 353; *Hippolytus von Troiſſpach* (ſub quo nomine laudatus Knipſchildius latet) *in ſeinem unfürgreifflichen Bedencken. über etliche Fragen, der Freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben, Francken, und am Rheinſtrohm, Stand und Seſſien betreffend*, Quæſt. 2, §. 146, apud Dn. *Burgermeiſterum*, Tom. I. *Bibliotheca Equeſtris*, p. 829. Conf. ſeq Tit. XXI, §. 3, lit. m, v. 13.

(*c*) IMMEDIATI &c. Imo Vaſallos quoque & Nobiles mediatos, in caſtris pagisque feudalibus, a ſubditis homagium exigere poſſe, non quidem tanquam dominos Territoriales, attamen ut Feudi poſſeſſores, tradit *Mingius*, de *Superioritate Territoriali*, Concluſ. 77; Conf. *Knipſchild*, de *Jurib. Civitat.* lib. 2, Cap. IX, §. 23. p. 353; & de *Jurib. Nobil.* lib. 3, Cap. 2, §. 36, p. 20. Idem dicendum de *Civitatibus Provincialibus*, ſeu *Municipiis* (*Land-Staſten*) ex ſpeciali Territorialis domini gratia, aliove juſto titulo, v. g. emptionis, donationis, permutationis, conſuetudinis, vel præſcriptionis, merum Imperium & omnimodam Jurisdictionem in ſubditos exercentibus; palam namque eſt, Jurisdictionis hujusmodi reſpectu, Conſules & Senatus ab omnibus, qui in numerum Civium cooptari cupiant, homagium (*den Bürger-Eyd*) ſuſcipere ſolere, qui etiam debitam obedientiam polliceri, Legibusque ac moribus receptis conformes ſe exhibituros, ſub fidei ſacramento, promittere tenentur. vid. *Knipſchild*, de *Jurib. Civitat.* l. c. §. 24. p. 353 & 354. Conf. ſeq. §. 9. lit. b.

(6.) Homagium regulariter præſtare tenentur omnes, qui in Territorio reperiuntur, ut ibi habitent, ac domicilium conſtitutum habeant, (*a*) *Maulius, de Homagio, Concluſ. 93.*

NOTA.

(*a*) HABEANT &c. Uno verbo, præſtant homagium omnes, qui ſubditorum, vere ita dictorum, (i. e. quoad perſonam,) cenſii veniunt, cujuscunque dignitatis & conditionis ſint, niſi quis titulum exemptionis docere queat; quo caſu tamen nihilominus Territoriali domino fidelitate & obedientia obſtricti manent. Vid. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. V, Cap. 4, §. 8. ad 12, p. m. 552 & 553; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 38, §. 7. p. m. 349 & 350; *Beſoldus* l. c. voc. *Huldigung*, §. *Homagium* p. 400, & §. *Homagium à ſubditis*, p. 401; *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitat.* lib. 2, Cap. IX, §. 29, p. 354, ibique allegati; & de *Jurib. Nobil.* l. e. §. 34, & 35. p. 20, ibique citati; *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. IX. §. 163. p. m. 351; *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 17, lit. a, pag. 382; *Webner* l. c. §. *Hoc igitur juramento*, p. 329; *Schweder* l. c. Part. ſpec. ſect. 2, Cap. XI, §. 3. p. 886 & 887.

(7.) Homagium perſonale ſubditi, non rei, ſed perſonæ, nomine, præſtant, in fidem ſubjectionis, quo domino ſuo in omnibus, & per omnia, ſeſe fideles adſtringunt: *Daß ſie ihrem angebohrnen Herrn, und deſſen Erben*, (*a*) *wollen getreu, hold, gehorſamb und unterthanig ſeyn*,

ſeyn, (*b*) Regulariter Dominus Territorii formulam homagii antiquam, pro lubitu, mutare non poteſt; (*c*) quoniam homagia non tam Jure communi, quam conſuetudinariis, judicantur & æſtimantur.

NOTÆ.

(*a*) *ERBEN &c.* Non ſolum heredes ſanguinis hic intelliguntur, ſed & ii, qui vigore certorum pactorum, aliove juſto titulo, Territorialis Domini legitimi Succeſſores exiſtunt, ſic, intuitu Pacti confraternitatis inter domos Saxonicam & Haſſiacam (de quo ſeq. Tit. XX, §. 85.) jurant in Saxonia: *Und im Fall der gantze männliche Stamm der Chur- und Fürſten zu Sachſen, Todes abgangen und verſterben weren, (welches GOtt gnadiglich verhüten wolle,) alſodann den Landgrafen zu Heſſen, und Ihr. Fürſtl. Gn. Männlichen Leibes-Lehens-Erben, alles mit Unterſcheid, gebrachter Gewohnheit, und vermöge Ihrer Chur- und Fürſtl. Durchl. auch Fürſtl. Gn. allerſeits Erbtheilung, Erb-Verbrüderung &c.* Vid. Ill. Dn. *Stryckius*, Exam. Jur. Feud. in Append. p. 409 & 410. Pari ratione præſtant *eventuale homagium* Electoralis Pomeraniæ ſubditi, Regi Sueciæ; vid. ibid. p. 403; nec non ſubditi Waldecenſes Landgravio Caſſellano. vid. *Lundorpius* P. 2, lib. 6, c. 120.

(*b*) *UNTERTHÆNIG SEYN &c.* Ut plurimum licet formula: *Getreu, hold, gewärtig, gehorſam und unterthänig zu ſeyn*, ſubjectionem arguat perſonalem, attamen indubitatum inde argumentum ad plenam ſubjectionem deduci haud poteſt; cum notum ſit, (1) vocem *Unterthanigkeit*, non minus ac voces *Erbhuldigung*, & *Homagium*, æquivocam eſſe, & quandoque de iis duntaxat intelligendam, qui *ratione bonorum* alicui ſubjecti ſunt, immediate cæterum Imperatorem agnoſcentes ſuperiorem: quo ſenſu Art. V. *Inſtr. Pac.* §. *Libera*, 28. Immediati Nobiles Imperii *ſubditi* vocantur Statuum, in quorum Territoriis Bona, vel domicilium, habent, verb. *Niſi forte, in quibusdam locis, ratione bonorum, & reſpectu Territorii, vel domicilii, aliis Statibus reperiantur ſubjecti &c.* (2) Obligationis vinculum non ex nuda juramenti homagialis formula, ſed ex aliis quoque circumſtantiis cognoſcendum, vel documento teſte, quo, ſub dato *Berlin, am Montag der eylff tauſend Megde*, An. 1415, Wendorum Principes, *Balthaſar* & *Wilhelmus* fratres, eorumque Agnatus, *Chriſtopherus*, ſe Vaſallos *Friderici I*, Electoris Brandenburgici, fatebantur (*in der kurtzen Hiſtoriſchen Information, von dem Urſprung und Verfolg der Konigl. Preuſſiſchen und Marggraſl. Brandenb. Eventual Succeſſions-Rechts, an denen ſamptlichen Mecklenburgiſchen Reichs-Lehen*, §. 4. & *Beylage*, lit. A; nec non, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, IV *Abtheilung, 3 Abſatz*, §. 1, p. 3 & 4.) ubi: *So haben wir recht und redlichen, für Uns, und alle Unſere Erben, Unſer Herrſchafften gantz, und alle Unſere Lande und Leuthe, nichts ausgenommen, von dem obgenannten Unſerm Herrn Marggraffe Friderichen, zu rechtem Leben empfangen, alſo, daß wir, und alle unſere Erben, dieſelben unſer Herrſchafft gantz, und alle unſer Lande und Leuthe, nichts ausgenommen, wie das Nahmen hat, oder haben mag, klein und groß, ſamentlich und ſünderlich, fürbaſſer ewiglichen, von demſelben unſerm Herrn, dem Marggrafe, ſeinen Erben, und der Marggrafſchaffte, zu Leben haben und empfahen ſollen und wollen, und von Ihn, und der Marggrafſchaffte, ewiglichen, ohn alles Widerruffen und Widerſprechen, zu Leben geben ſoll, und auch unſer zu Rechte, als andere Ihrer Herren, gantz mechtig ſeyn ſollen; und haben auch demſelben unſerm Herren rechte Erb-Huldigung gethan, und, mit guten Treuen, gelobet, und zum Heiligen geſchworen, deſſelben unſers Herren, Seiner Erben, und der Marggrafſchafft, Frommen zu werben, Schaden zu wenden, ſolche unſere Leben getreulichen, alsdann Lehen-Rechte iſt, zu verdienen, und Ihn, als unſern rechten Erbe- und Lehen-Herren, getreue, gewertig und gehorſam, zu ſeyn &c.* Pariter ac *Megapolitanus* Dux *Johannes*, an. 1427, laudato Electori juravit: *Getreuwe und Gewerr zu ſein, alsdann ein Mann ſeinem Erb-Herrn, von Rechtswegen pflichtig iſt &c.* vid. præced. Tit. XV, §. 10, lit. a, voc. *Ducatus Mecklenburgicus* &c. p. 1128; ne dicam de homagio, quo Sereniſſ. & Illuſtriſſ. Principes & Comites *Schwartzburgici*, Sereniſſimæ Domui Saxonicæ, promittere ſolent, *Ihro Chur- und Fürſtl. Durchl. getreu, hold, gewärtig und gehorſam, auch nicht in dem Rath, vielweniger bey der That zu ſeyn, da, wider Ihre Chur- und Fürſtl. Durchl. gehandelt, oder gerathſchlaget werde &c.* citra quod inde ſubjectio perſonalis probari queat. (3) Palam eſſe, reſpectu obligationis, qua Domino Feudi tenentur, etiam nudos Vaſallos Senioris ſui *ſubditos* vocari. Vid. *Gründlicher Beweiß, daß das Fürſtl. und Gräſl. Hauß Schwartzburg, ein uhr-alter, freyer, unmittelbahrer Reichs-Stand*, Art. VI. §. 99. &c. p. m. 37. & 38; (4) nominationem: *Gewartig und gehorſamb*, per ſe, nullam ſubjectionem, niſi urgentiora concurrant, involvere, per tradita *Bruningi, de variis univerſitatum ſpeciebus*, Concluſ. 35, ſed ſæpius verba hæc non niſi honoris & *curialitatis* gratia, adjici. Vid. *Speidelius Specul.* voc. *Gewartig und gehorſamb &c.* p. m. 427 & 428.

(*c*) MUTARE NON POTEST &c. Retinendas eſſe priſtinas homagiorum formulas, con-

corr. Pr. ...ctorum ſententia. Vid. *Schrader*, de *Feudis*, ...X. Sect. V, §. 98, p. 170; Auctor *des gründlichen Berichts, von der H. Reichs-Stadt Friedberg*. C V, §. 151, &c. *Beſoldus* l. c. voc. *Huldigung*, p. 400, §. *Hocque genus*; & p. 402, §. *Notiſſimum &c.* *Knipſchildius*, *de Jurib. Civitatum*, lib. 2, Cap. IX, §. 44. p. 356; *Mylerus*, de *Princip. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap 38, § 11, p. 353. ibique allegati; *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. 3. Cap. 8, §. 1, v. 16, p. 1013. Hinc adhuc hodie *Colonienſis* Civitas non aliud præſtat homagium, recens Electo Romanorum Regi, quam: *Deſen Dach hüde, ind deſen Dach all, ind van deſen Dage vort, hulden Wyr vrye Burgere van Coelne Unſem Heren, N. Roemſchen Konynge, hoult ind getruwe tzo ſyn, Behelthniß Unß, Unſen Wyven, ind Unſen Kynderen, Unſſer Stat van Coelne, alle Privilegien, Brieve, Gracien ind Genaden, Ordinancien ind Verleynongen, dye Wyr, van ſeligeren Reemſchen Keyſern ind Konyngen, ūrın Vürfahren, yre Reichte, Vryheit, gode Gewoende, ind alt Herkommen, biſshertzo gehat hain, ind verleynt ſyn, vaſt tzo blyven ind daeby tzo layſſen &c. Sunder Argeliſt, ſo Uns GOtt helpe, ind die Heiligen &c.* Vid. *Goldaſtus, in den Reichs-Handlungen*; Tit. *Eyde der Reichs-Stadt Coellen*, de An. 1494. p. 44; *Beſoldus*, diſſ. de *Jure & Imperio Imperialium Civitatum*, §. 5; *Knipſchildius* l. c. §. 49. p. 357. Sic Cives *Spirenſes* jurant Epiſcopo ſuo: *Wir ſchwören, daß wir Unſerm Herrn Biſchoff N. getreu und hold ſeyn, und Ihme beholffen ſeyn, und ſein Recht ſprechen, wann er das an Uns fordert, oder ſeine gewiſſe Botten, als Freybürger Ihrem Herrn billich ſollen, ohn alle Gefehrde: alſo bitten Wir Uns GOtt helffen, und alle Heiligen &c.* Vid. ex *Lehmanni Chronico Spirenſi*, lib. 4. Cap. 23. circa finem, p. m. 378, *Knipſchild* l. c. §. 50. Caſus excipitur, ubi inter Principem & ſubditos de nova formula convenerit. Attamen Principi ſemper fas eſt, dilucidius exprimere, quæ obſcura ſunt, nec veram mutationem ſecum trahunt. Vid. Dn. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, §. 20, p. 364.

(8.) Niſi Dominus ſit in quaſi poſſeſſione Juris exigendi Homagium, quamdiu inter Dominum & Subditos, ratione Superioritatis Territorialis, litigatur, etiam ſubditi (*a*) Homagium non præſtant; Poſſeſſor enim, lite pendente, ſuper privilegii aſſertione, ſua poſſeſſione privandus non eſt, ſed in ea quiete relinqui debet. *Maulius, de Homagio, Cap. I, §. 15. Actum hoc eſt, in cauſa Ducis Brunſvicenſis, contra Civitatem Brunſvigam. It. in cauſa Ortenburg, contra Bayern.*

NOTA.

(*a*) SUBDITI &c. Neceſſarium itaque requiſitum eſt, ſi, (durante lite cum ſubditis, utrum homagium ab eis ſit exigendum?) Territorialis dominus illud exigat, ut titulo quaſi poſſeſſionis hujus juris ſe tueri valeat; quem ſi probare non poſſit, nec ſubditi ad illud præſtandum jure adſtringuntur; quoniam poſſeſſione ſua, vel quaſi, nemo decedere cogitur, ante cauſæ cognitionem, arg. L. 1, C. *Si per vim*, (Lib. 8. Tit. 5,) & L. 28, C. de *Rei vindicatione* (Lib. 3, Tit. 32.) Nec refert, num quia juſtam, an injuſtam, habeat poſſeſſionem? quia poſſeſſionis commodum in hoc ipſo conſiſtit, ut poſſeſſor in ea maneat, donec interpellans in Judicio probet, eam ad ſe, aliumve ſpectare; arg. cit. L. 28. C. de R. V. & L. 2, ff. de *Probationibus*, (lib. 22, Tit. 3,) Conf. *Bechthold, Theſaur. Jurisprud.* Lib. XIV. *Axiomatum*, Cap. 64. de *Poſſeſſione*, Axiom. XI, p. m. 329; Add. *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, Lib. 2, Cap. IX, §. 40, p. m. 356; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 38, §. 12, p. 353 & 354, ibique citati.

Num ſubditi homagium præſtare teneantur, ante Confirmationem Privilegiorum Juriumve ſuorum; an demum poſt? In *cauſa Braunſchweig, contra Braunſchweig*, plurimum de hac re diſputatum, P. I, §. 258; Ex conſuetudinibus autem cujusque Provinciæ, vel conventionibus, judicandum eſt. Vid. *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. X, §. *de cætero*, 16; & Art. XIII, §. 4 & 5; Conf. *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. I, Claſſ. V. Cap. 4, §. 13. p. 554; *Kleckius*, Vol. I, *Conſil.* 19; *Cothman*, lib. 3, *Reſponſ.* 42, §. 18 &c. *Stephani*, de *Juriſdict.* P. I, lib. 2. Cap. 7, §. 269; *Myler.* l. c. §. 13. p. 355; &c. Plerumque tamen ſubditi prius jurant, idque rationi magis conſentaneum, cum Territorialis dominus non clarius, quam ex actibus Superioritatis Territorialis, inter quos homagii exactio primum facile locum obtinet, dignoſcatur. Vid. *Reinking* l. c. §. 1, p. 552; Ill. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, §. 20. p. 364; ſecus fit, ubi vel conſuetudo, vel Pacta conventa, contrarium volunt; exemplum ſuppeditat, *Erb-Landes Vereinigung des Ertz-Stiffts Cölln*, Archi-Epiſcopi *Ruperti*, & Ordinum Provincialium, de An. 1463. confirmata, An. 1550, 12 Maji, ab Archi-Epiſcopo, *Adolfo*, & Provinciæ Ordinibus, apud *Fabrum*, Tom. VI, *der Staats-Cantzley*, Cap. 8, §. 8. v. *Das nemlich*, p. 477, ubi: *Daß Wir, Dechant und Capittel, auch Grafen, Herren, Ritterſchafft, Stette und gemeine Landſchafft, ſambt, noch beſonder, keinen zukommenden Herrn des Ertz-Stiffts von Collen,* *in zu-*

Digitized by Google

in zukemmenden Ziden, zu laſſen, eder empfangen, nech Ihme Eyde, Huldung, eder Geloſde, donn ſellen, He en have erſt dieſelve Stücke, nnd Pnncten fürbewilligt, belieſſt und zugelaſſen: nnd ſe viel Ihn dieſelve Stücke nnd Pnncten antreffen, und bereren, geloſſt, und zu den Heiligengeſchweren; nnd darauf jecklichem Stande ſein Siegel und Breve geven ſall, dat zn dein, zu halden und gentzlichen zu velnziehen, na Lüde der Vereinignngen &c. Conf. *Erneſti* Archi-Epiſcopi confirmatio eorundem Pactorum, de An. 1590, 6 Julii, ibid. §. IX. p. 506, v. 1. *Daß nemlich &c. An vere hujusmodi cenfirmatienem petentes, Privilegiorum ſuorum eriginalia Domine Territeriali prius exhibere teneantur?* alia quæſtio eſt, apud *Klockium* l. c. affirmative reſpondentem, ventilata; in quam etiam ſententiam JCtos *Jenenſes* aliquando iviſſe, ibidem habetur, verb. *Und, bey ſelcher Beſchaffenheit &c. Ew. Gn. als Erb-und Lands-Herr, obbemelte Bürgermeiſter und Rath zn W. und zwar, noch vor Leiſtung der Erb-Huldigung, ihre bißhere angezogene Privilegia, zu deſſen ſicherer und beſtandiger Confirmation, eriginaliter zu exhibiren, und vorzulegen ſchuldig; es welten dann Ew. Gn. zu deſte ſchleuniger Beferderung der Huldigung, nnd Abſtellung weiter beſorgenden Mißtranens, zwiſchen Obrigkeit und Unterthanen, angedentete Privilegia, gegen Ihrer Erb-Unterthanen zu W. Verpflichtung, daß ſie ſolche jedesmahl, auf Begehren, gegen Revers, unverweigerlich vorzeigen wolten; nur derweilen in gemeiner Form beſtatigen: Solches ware Ew. Gn. geſtalten Sachen nach, nicht zu wiederrathen; und kœnte darauf ſo bald mehrerwehnte Huldigung, ohne Verfang, vergenommen werden, V. R. W. &c.* Conf. Dn. *Schweder* l. c. Part. ſpec. Sect. 2, Cap. XI, §. 5. pag. 888 & 889.

(9.) Homagium ita *præſtitum*, à parte præſtantis, eſt fundamentum ſubjectionis: *(a)* à parte vero recipientis, Superioritatem (*b*) arguit: & inde eſt, quod ex homagio præſtito probetur *ſubjectio*, & quod homagium ſit prima agnitio & confeſſio ſubjectionis. *Reink. lib. 1. cl. 4. num. 3. Dann aus der Land- und Erbhuldigung entſpringt die Landſaſſerey,* (*c*) *und ein Landſaß,* qui alius non eſt, quam homo jurisdictionalis, (*d*) cui in omnibus & per omnia imperari & præcipi poteſt. *Paurmeiſt. lib. 2. c. 8. n. 111. & 112.* & inde obſtringitur Domino *zu allem unterthanigem Gehorſam.* Item, *zur Reiß,* (*e*) *Folg, Muſterung und Frondienſten.*

NOTÆ.

(*a*) SUBJECTIONIS &c. Regulariter homagii præſtatione denotari ſubditum, & juramentum hoc eſſe confeſſionem ſubjectionis, ex Actis *Ortenburg contra Bayern,* f. 465, liquet. Conf. *Gylman,* Lib. I. *Deciſ.* 46, n. 13; *Gaillius* de *Arreſtis,* Cap. VII, §. 10, p. 241. *Reinking,* de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. I. Claſſ. 2. Cap. 2, §. 88, p. m. 63. & V, Cap. 4. §. 3, p. m. 552; *Mylerus,* de *Principib. & Statib. Imperii,* Part. 2, Cap. 38, §. 14, p. 355; *Thomas Michaël,* de *Jurisdict.* Concluſ. 57; *Knichen,* de *Sublimi & Regio Territorii Jure,* Cap. 3, §. 240 & ſeqq. p. m. 83 &c. & §. 260, 261 &c. p. 85 & 86; *Knipſchild,* de *Jurib. Civitatum,* lib. 2. Cap. IX, § 35, p. 355; Idem, de *Jurib. Nobilium,* lib. I, Cap. XI, §. 114 & 115, p. 213; & lib. 3, Cap. 2, §. 32, p. 19. Attamen non ſemper homagium *ſubjectionem* importare, documento ſunt *Colonia Agrippina, Spira Nemetum, Wormatia &c.* Præſulibus ſuis homagia præſtantes, cætera vero Imperatori & Imperio immediate ſubjectis. Vid. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Huldigung,* §. *Nec etiam,* p. 401; nuda proinde homagii præſtatio pro infallibili ſubjectionis teſſera haberi nequit, niſi ſimul & reliqui characteres, quibus veri ſubditi dignoſcuntur, appareant.

(*b*) SUPERIORITATEM &c. Homagium eſſe *Territorialis Superioritatis* effectum, communis doctorum ſententia eſt; Vid. *Reinking* l. c. lib. I, Claſſ. V, Cap. 4. §. 2, p. m. 552, ubi docet, primum etiam Superioritatis hujus actum exerceri ſolere in Homagii exactione. *Knichen* l. c. §. 237, p. 83. & §. 252 & 253, p. 85; *Ritter,* de *Homagio,* Concluſ 48; *Matth. Stephani,* de *Jurisdict.* Lib. 2. Part. I, Cap. 7, §. 209; *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Landes oder Erb-Huldigung,* §. *Wer nun ein Lands-Fürſt iſt &c.* p. m. 329. *Vultejus, Marpurg. Conſil.* 35, §. 30. Vol. 3; *Knipſchild,* de *Jurib. Nobil.* lib. 3. Cap. 2. §. 31 & 32, p. 19; & de *Jurib. Civitatum,* cit. lib. 2, Cap. IX, §. 19. p. 353; *Mevius,* ad *Jus Lubecenſe,* lib. I. Tit. 2, §. 33. p. 87; *Mylerus* l. c. §. 14, p. 355; *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, § 18, p. 363 &c. Territorialem Dominum Jure ab omnibus in Territorio ſuo degentibus, homagium exigere poſſe, niſi exemptio doceatur, recte tradens; Ill. Baro de *Lyncker,* Diſſ. de *Superioritate Territoriali,* An. 1686. m. Dec. Jenæ habita, annoque 1699. recuſa, §. *Recenſentur hæc fere Jura Superioritatis;* p. 25, ubi, primo loco ponit: *Jus Homagium exigendi.* His autem non obſtantibus, nondum ſequitur, eum, cui homagium præſtatur, ſtatim etiam Dominum Territorialem eſſe ejus, qui illud præſtat; in Germania namque homagium quandoque præſtari Domino Juriſdictionem baſſam duntaxat habenti (*dem Erb-*

Erb- und Gerichts-Herren) tralatitium eſt. Ergo, ſi alicui præſtatur ut Domino Territorii, tunc demum arguit Superioritatem Territorialem; alias ad Superioritatem hanc extendi nequit. Vid. *Mevius* l. c. §. 74, p. 87; Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 3, Cap. 8, §. 4, v. 108 & ſeqq. p. 1019; Dn. de *Lyncker* l. c. §. *De Homagio admonendum eſt &c.* p. 71. add. præced. §. 5, lit. c.

(c) LANDSASSEREY &c. Deducitur vocabulum hoc, *von des Lands ſitzen: wan einer in einem Land geſeſſen.* Vid. *Meichſner*, Tom. 2. Part. I. Deciſ. 8, §. 4. f. 798; *Webner*, l. c. voc. *Landſäſſerey*, p. m. 330; *Beſoldus*, Differt. de *Proceſſu Judiciario*, Cap. I, §. IX, lit. p.

(d) HOMO JURISDICTIONALIS &c. Sicque Landſaſſius agnoſcit Territorialem Dominum, *vor ſeinen rechtmäſſigen Erb-Herrn, und Landes-Obrigkeit*, cui omnem obedientiam debitam promittit. Vid. *Webner* l. c. *Mylerus* l. c. §. 14. p. 356. *Knipſchild*, de *Juribus Civitatum*, lib. 2, Cap. V, §. 62, p. 280.

(e) ZUR REISS, &c. Locum parallelum ſuppeditat *Mylerus* l. c. Conf. Dn. *Rhetius* l. c. §. 23 & 24. p. 366. *Knichen* l. c. §. 259, p. 86.

(10.) Homagium enim habetur pro actu univerſali Juriſdictionis, ſub quo, de neceſſitate, omnes alii actus (a) continentur. *Knichen. de Jure Territor. Cap. 3. per tot.*

NOTA.

(a) ALII ACTUS &c. Puta: Collectarum, Tributorum, aliarumque functionum & onerum præſtatio. Quando enim Princeps jurare facit ſubditos obedientiam, tunc eſt in quaſi poſſeſſione Juriſdictionis & conſequentiæ. Vid. *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. XX, §. IX, v. 331. p. 502; *Knipſchild*, de *Jurib. Nobil.* lib. 3, Cap. 2, §. 32, p. 20.

Præſtandum autem eſt homagium, quoties novus Dominus Regiminis faſces ſuſcipit; *ſo offt ein neuer Landes-Herr die Regierung antritt.* Niſi conſuetudo aliud velit. In Civitatibus ſane Imperialibus homagium plerumque ſingulis annis præſtari, notum eſt. vid. *Knichen* l. c. §. 245, p. 84. *Reinking*, l. c. §. 2 p. 552. *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Huldigung*, §. *Homagium à ſubditis*, p. 401; *Knipſchild*, de *Jurib. Civitatum*, lib. 2, Cap. IX, §. 54. p. 357 & 358.

(11.) Hinc Subditi inobedientes, (a) & contumaces, pro ſeditioſis habentur, & variis mandatis pœnalibus, (b) imo doloſi refractarii publicatione bonorum, puniri poſſunt. *Stephani, in Conſtit. Caroli Criminalem, Art. 127. Klock. Vol. I, Conſil. X, §. 272.*

NOTÆ.

(a) INOBEDIENTES &c. Hoc vero titulo onerari nequeunt Subditi, qui Domino, homagium illicitum, aut inſolitum, contra morem hactenus receptum, imperanti, præſtare recuſant; Vid. *Reinking*, l. c. lib. I, Claſſ. V. Cap. 4, §. 9 & 10, p. m. 553. Qualiſcunque enim ſit poteſtas Principum, eam tamen conditionem ſemper habet annexam, ut conſuetudines & jura ſubditis ſervet. *Mevius*, Part 5. Deciſ. 187, in notis, § 8, p. m. 378. *Ziegler*, de *Jurib. Majeſt* Lib. I, Cap I, §. 23. & Cap. 12, §. 14. Niſi enim hoc eſſet, brevi humana ſocietas foret peritura, quippe quæ ſine fide publica ſubſiſtere nullo modo poteſt. Hinc etiam Imperii Leges conſuetudinum pactorumque obſervantiam toties inculcant; arg. *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. V. §. 33; Art. VII; *Rec. Imper. Ratisb.* An. 1654. § 105, *benebens ſollen Cammer-Richter &c.* It. *Ordnung des Cammer-Gerichts zu Wormbs* de An 1495, §. 26. Item, *ein Jeder &c.* R. I. *Auguſtan.* An. 1555, § 24 *Wo aber Unſere &c.* verb. *Wie es eines jeden Orts, von Alters her, üblich herbracht, und gehalten werden iſt &c.* Conf. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, §. 1, pag. 357; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. LXI, §. 2, p. 686; Dn. Auctor *Collectaneorum Mecklenburgicorum*, de An. 1718, Faſc. I, p. 130 & 131. Add. præced. Tit. XVII, §. 16. lit. a & b. p. 1153 & 1154; Legi hic meretur integra diſputatio Dn. Cancellarii Megapolitani, *Kleinii*, de *Inobedientia impuni.*

(b) POENALIBUS &c. Idem docent: *Maulius* de *Homagio*, Tit. I, § 27; *Reinkingius* l. c. §. 8, p. 552; *Mylerus* l. c. §. 15, p. 357. Mandatum ſine clauſula, hoc titulo, evolaſſe, in Cauſa *der Grafen von Hohenzollern*, contra *die Haigerlochiſche Dorffſchafften*, de An. 1592, teſtatur *Rudingerus*, in *Singularibus Obſervationibus*, Centur. 2. Obſervat. XXX, §. 4, p. m. 606. Ex adverſo, concludere quis poteſt, Homagium à non-Domino, vi, minis, aliove modo illicito, extortum, per Mandatum Caſſatorium ſine clauſula iterum aboleri poſſe. Vid. *Votorum Cameralium*, cum Præfatione *Deckeri* editorum, *Relatio* X, §. final.

(21.) Poſt-

Digitized by Google

(12.) Poſtquam hoc vinculo adſtricti ſunt Subditi ſuis Principibus, reliqua facile ordinat in univerſa Republica, ſeu in Territorio ſuo.

(13.) Hoc regimen univerſale, ſecundum ditionem objectorum, ſpecialius dividimus, tum in ea, quæ in civitate, tum in ea, quæ extra civitatem ſuſcipiuntur.

(14.) In civitate, territorii Dominus ordinat univerſaliter divina & humana. Ad humana, referri poſſunt omnis generis leges univerſales, inprimis, quæ perſonam ſubditi, aut poſſeſſionem, tanquam objectum, non concernunt: ſtringunt tamen iſtum, circa res, univerſæ Reipublicæ conducentes, Nomothesia, *ſupra explicata*, quæ in caput ſubditi, & ejus actiones tendebat, determinata erat, circa perſonam aut bona civium: Hic, legis univerſalis nomine, intelligimus maxime proviſionem generalem, quæ communem utilitatem, aliquo civili inſtituto adjuvat. Ideo vocamus hanc proviſionem, proviſionem utilium; quod citra alium reſpectum, commodum univerſi promoveat.

(15.) Hæc, licet interdum tam ingentis momenti non ſint, ac reliqua, eximiam nihilominus præſtant utilitatem, &, ſi neglectius tractentur, incommodo poſſunt privatos onerare.

(16.) In horum numero ponimus, exempli gratia (nam indefinita ſunt, nec poſſunt certa ſerie comprehendi) *proviſionem generalem annonæ*; Proſpicere enim de rebus, ad victum neceſſariis, illius eſt, qui communis Pater civium eſt. Unde eſt, quod in bene ordinatis Rebuspublicis habeamus granaria publica, *allgemeine Speicher, Herrn-Speicher, allgemeine Kaſten.*

(17.) Huc pertinet Jus nundinarum, quo mercatus certo loco & tempore ordinatur, in emolumentum publicum. *vid. Frid. Horn. de civit. l. 2. c. 5. n. 2.*

(18.) Quamvis jus inſtituendi nundinas publicas & ſolennes, quales ſunt, *die Meſſen zu Franckfurt, Straßburg, Leipzig*, quæ interdum etiam *Marckt* dicuntur, exempli gratia *Naumburger Marckt*, Imperatori ſit proprium; *de quo ſupra diximus*, tamen Status Imperii, vi regiminis, quod habent in ſuis territoriis, poſſunt inſtituere nundinas provinciales, *(a) Jahrmarckt anſtellen.* Ad exemplum Electoris Saxoniæ, qui civitati Lipſienſi conceſſit *einen Viehmarckt;* Minores enim mercatus diverſi ſunt, tam ratione temporis, quam inſtituti, ita ut etiam non in ſimplici nomine mercatus ſubſiſtant, ſed in aliud tranſeant, ut *Viehmarckt.*

NOTA.

(*a*) PROVINCIALES &c. Vid. præced. Tit. 2. §. 38, lit. c. circa finem.

(19.) Qui iterum ſunt celebriores vel minus celebres; Celebriores ſunt, ad quos ex longinquis terris etiam, ut ex Polonia, vel aliunde, aguntur animalia. Tales ſunt: *die Vieh- oder Ochſen-Marckt*, qui habentur Lipſiæ, in Miſnia; Budſtadiæ, in Thuringia; Bambergæ, in Franconia. Minus celebres ſunt, ad quos ſolum animalia ex vicinis fere locis adveniunt, quales ſunt, *die Vieh-Merckt auf der Moßwieſen, in dem Fürſtenthum Onoltzbach, der Pferd-Marckt in der Grafſchafft Oettingen, &c.* & alibi *Schmaltzmarckt.* (*a*)

NOTA.

(*a*) SCHMALTZ-MÆRCKT &c. Alibi: *Butter-Märckte*, cujusmodi quatuor habentur *Oſchitzii &c.* (1) *auf Maria Heimſuchung.* (2) *auf Septuageſima,* (3) *auf Galli,* (4) *auf Aller Heiligen.* Adde: *Krahm- Lein- Henff-Saamen und Erbſen-Marckt, zu Dahlenburg,* in Ducatu Luneburgico, *auf Philippi Jacobi;* *Flachs-Marckt, zu Hetſtadt, Dienſtag vor Galli.* *Wollen-Marckte zu Haarburg,* ibidem, *Montag vor Viti, und Montag nach Aller Seelen.* *Honig- Wachs- und Flachs-Marckte,* ibidem, *am Montag vor Matthai, und Montag nach Catharina.* *Jahr- Vieh- und Holtz-Marckte, zu Hoya,* (1) *Montag nach Latare,* (2) *Montag nach erſten Trinitatis, Montag vor Simon Juda.*

(20.) Quam-

(20.) Quamvis autem, *ut dictum*, ex his mercatibus quidam ſint celebriores, non tamen ſunt nundinæ ſolennes; neque eò venientes, iisdem omnino privilegiis gaudent, quibus gaudent iſti, qui conveniunt in nundinis ſolennibus. Neque etiam neceſſario requiritur, ut Imperatoris conſenſu confirmentur; quamvis, ſi forte accedat, melius ſit.

(21.) Ad claſſem minorum mercatuum, referri quoque debent *die gemeine Jahrmärckt, und Kirchweihen in den Stædten und Dœrffern*. Item, *die Wochenmärckte*, quando ruſtici, ex vicinis pagis, annonam, & alia nonnulla ad civitatem ferunt, publicoque in foro venum exponunt. Ad hos adeo Imperatoris conſenſu non opus eſt, ut, ſecundum quosdam, Civitates municipales eos inſtituere poſſint, ſine conſenſu Domini. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. cap. 1. pag. 1. membro 2. num 104.*

(22.) Ad evitandas *fraudes & lites* in foro publico, conſtituuntur certi Magiſtratus, qui ejus rei curam agunt, e. g. *Marckmeiſter.*

(23.) Faciunt præterea Principes Statuta, contra Propolas, *die Vorkauffer*; & de aliis rebus ad utilitatem ſubditorum ſpectantibus. Vid. de his *Limn. lib. 4. Jur. Publ. Cap. 8 §. 311. Fritſchius, de Nundinis, Cap. 4. §. 10. Stamler, de Reſervatis Imperatoris, §. 61, num. 7 & 8.*

(24.) Ad Regimen univerſi, pertinent etiam Curſus publici, *die Poſten, (a)* Poſtæ univerſales, *die Reichs-Poſten*, ordinantur ab Imperatore, *(b)* & Juribus ac privilegiis harum poſtarum derogari quidem nihil poteſt ab Imperii Statibus; in reliquis tamen, quæ non faciunt contra has poſtas univerſales, Status Imperii habent jus ordinandi poſtas provinciales, *(c) Land-Poſten, Statt-Poſten, Neben-Poſten, Metzger-Poſten, und Bothen zu beſtellen.* De quibus *vid. Hornick, lib. 2, de Jur. Poſtar. cap. 29, §. 1, p. 297 & ſeq.*

NOTÆ.

(*a*) DIE POSTEN &c. Qui de Poſtarum jure, ſcripta ediderunt, habentur, præced. Tit. 2, v. 51, lit. 2. p. 207 &c. ubi ſimul dictum aliquid de vocabuli Etymologia, nec non de Poſtarum origine.

(*b*) AB IMPERATORE &c. Vid. ſupr. l. c. lit. b. pag. 208.

(*c*) PROVINCIALES &c. Vid. ibid.

(25.) Tandem, in genere huc pertinent omnia negotia, quæ, pro indole hujus vel iſtius Territorii, ſurgere poſſunt, & quæ hanc generalem diſpoſitionem, ex titulo utilitatis, pro fundamento habent, nec ex alio Jure immediate trahunt originem: quæ omnia nec eadem ſunt in omnibus Territoriis, nec prævideri à nobis hic poſſunt: & exercitatus in iſtiusmodi negotiis, caſu exiſtente, ea aliquando, facili negotio, in ſuam ſedem reponet. Satis enim habemus, hic monuiſſe, ejusmodi negotia, ex generali Regimine & poteſtate in univerſum Territorium, quatenus univerſum quid eſt, promanare.

(26.) Magis neceſſaria, ex hoc Jure profluentia, ſunt Divina, quæ comprehendunt Sacrorum *(a)* & Religionis, *(b)* tum Scholarum curam. *(c)*

NOTÆ.

(*a*) SACRORUM &c. Competere ſummis Rerumpublicarum Rectoribus Imperium non ſolum in cauſis Civilibus & Politicis, ſed & Eccleſiaſticis, præced. Tit. 2, hujus Libri tertii. §. 8, lit. a, pag. 5. & ſeqq ſuſius probatum, ubi ſimul Auctores huc facientes. Non ſatis igitur accurate judicant, qui Proteſtantium poteſtatem circa ſacra non niſi à Transactione *Paſſavienſi.* An 1552. *Paceque Religioſa*, An. 1555, repetendam eſſe arbitrantur; cum fundamentum ejus radicaliter in *Jure Territoriali* quærendum ſit. Dudum profecto ante Tranſactiones has, Status Imperii Laicos, (de Imperatoribus ne dicam, de quibus cit. præced Tit. 2. §. 8. ad 11, evolvantur) ſubinde actus Eccleſiaſticæ Jurisdictionis exercuiſſe, dudum obſervarunt Viri Eruditi: *Joh. Otto Tabor*, de *Regimine Imperantium Eccleſiaſtico*, §. 23. p. 26. *Carpzovius. Jurisprud. Conſiſtor.* Tit. I, Definit. 1 & 2. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap 3. §. 25. *Burgoldenſis*, ad *Inſtrumentum Pacis*, Part 3 Diſcurſ I, §. VI, p. 7 & 8; Ill. *Rhetius*, Diſſ. de *Jure Statuum Imperii circa Sacra*, Cap. 2, §. 11; Dn. *Schilter*, de *Condominio circa Sacra*, Cap. I, §. 5, p. 5;

Digitized by Google

p. 5; & *de Pace Religioſa*, C. 3. §. 15, p. 203; Dn. *Cortrejus*, Tom. I *Corp. Juris Publ.* Part. VI. ad *Concordata Friderici Imp.* cum *Nicolao* Papa, Cap. I, § 22, p. 33; Dn. *Ockel*, de *Regali Poſtarum Jure*, §. 31, p. 25; Dn. *Auguſtus Hoffmannus*, in Reſponſo Juris, de 26 Aug. 1713, apud *Fabrum*, Tom. XXVI *der Staats-Cantzley*, Cap. I, p 256, Rat. decidendi 2, p. 271 & 272. Dn. *Titius*, *Specim. Juris Publ.* lib. 3, Cap. VI, §. 64 & 65, p. 335 & 336; Dn. *Joh. Chriſtoph Fürer ab Haimendorf*, Patric. Norimberg. Diſſ. de *Anno decretorio 1624*, Præſide Dn *Henrico Hildebrando*, An 1705, Menſ. Mart. *Altorfii* habita, Cap. 2, §. 2, p. 25 & 26; præſertim Dn. Auctor Tr. de *Statuum Imperii Romano-Germanici Jure reformandi*, An. 1710, cum approbatione Ampliſſ. Facultatis Juridicæ Gieſſenſis, editi, Part. I, Cap. I, §. 4. ad 12. p. 15. ad 22. Exempla ſi deſideres, ecce!

Thaſſilo, *Bojorum* Dux, magnam Synodum *Dingolfingæ* celebravit. Vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Bavariæ*, in Vita ejus, ad An. 772, p. 398.

Arnolphus, itidem *Bojorum* Dux, aliam Synodum ibidem coëgit. Vid. præced. Tit. XV. (hujus libri III.) §. 1, lit. b.

Eundem, ab *Henrico Aucupe*, nactum jus conferendi Epiſcopatus, per univerſam Bavariam, dictum ibidem.

Giſelberto, *Lotharingorum* Duce, favente, obtinuit *Hilduinus* Epiſcopatum *Tungrenſem*. Vid. ibid. §. 1, lit. b, v. 9.

Theodoricus, *Moſellanorum* Dux, conſtituit Epiſcopum *Metenſem*: ibid. v. 13.

Henrici Leonis, *Saxonum Bojorumque* Ducis, auctoritate, translata noſcitur Epiſcopalis Sedes *Aldenburgo Lubecam*. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. uu, pag. 1249; & Tit XVI, *Catalog. Ducum Saxon.* in Ejus vita, ad An. 1154, p. 162; pariter ac *Magnopoli*, *Suerinum*. Vid. cit. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. xx, p. 1266.

Ab eodem inſtitutos *Aldenburgicum*, *Megapolitanum* & *Razeburgicum* Præſules, dictum cit. Lib. I, Tit. XV, §. 22, lit. h. pag. 1393 &c. & Tit. XVI, *Catalog. Ducum Saxoniæ*, l. c. v. 16, ad An 1149 & 1150, p. 160; & An. 1160, p. 164; & ad An. 1170, p. 172; de congregatione Clericorum *Lubecæ*, ne loquar. Vid. cit. Lib. I, Tit. XVI, ad An. 1163, pag. 166.

Wilhelmus III, *Friderici Bellicoſi*, *Saxonum* Electoris, Filius, in Familiæ heriſcundæ Judicio, cum Fratre, *Friderico Placido*, Electore, An. 1447. inſtituto, *Thuringiam* conſecutus, convocavit Comitia, in quibus habita conſultatio: de reformando Clero, conſervandoque, adverſus Romanæ Curiæ Emiſſarios, Jure de non appellando; Receſſus tandem inde conſcriptus Sanctionem præprimis continet: De cultu divino, religioſius poſthac obſervando; cauſisque ad peregrina Judicia non avocandis, etiam Eccleſiaſticis; dictata contravenientibus banni pœna. Vid. ejus formula, apud Dn. *Schilterum*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. VI, Cap. VII, §. 8, p. 808 &c.

Adolpho, *Clivenſium* Duci, ejusque filiorum natu majori, *Johanni*, vel ipſemet Pontifex, *Eugenius IV*, omnem tribuit Juriſdictionem ſpiritualem in Perſonas, Collegia, Capitula, Monaſteria, Eccleſias, & loca quælibet Eccleſiaſtica, quibus *Colonienſis* Archi-Epiſcopus, & *Monaſterienſis* Epiſcopus, per Ducatum cognominis, hactenus fuere gaviſi; teſte præfati Pontificis, ad *Trajectenſem* Epiſcopum, epiſtola, qua, ſub dato Romæ, An. 1444, 17 Kal. Febr. ei nunciat, *quod Ducatum Clivenſem ab omni poteſtate ſpirituali Archi-Epiſcopi Colonienſis, & Epiſcopi Monaſterienſis, exemerit*: ſimulque injungit, *ut Epiſcopum titularem deputet, qui Epiſcopalibus muneribus, juxta Ducis beneplacitum fungatur*; apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Cod. Diplomatici Juris Gentium*, in Mantiſſa, §. 34, p. 168, & Dn. *Dithmarum*, in Codice Diplomatico *Werneri Teſchenmacheri ab Elverfeldt Annalibus Cliviæ, Juliæ & Montium* annexo §. 79, p 82 &c. Conf. Ejusdem literæ, quibus, ſub dato Romæ, 6. Id. Julii, An. 1447, *Omnes perſonas, Eccleſiaſticas & ſeculares, ditionis Clivenſis, à juramentis, Colonienſi & Monaſterienſi Præſulibus, præſtitis, abſolvit, omnesque eorum pœnas, ſententias, cenſuras & banna, nullius exiſtere roboris decernit*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. §. 35, p. 170 &c. & Dn *Dithmarum* l. c. §. 80, p. 83 &c. Unde ſimul apparet, qua ratione *Johannes Cliviæ* Dux, in Edicto, Dominica *Jubilate* An. 1508 promulgato, conqueſtus ſit, quod cum Juriſdictione Spirituali in Provinciis ſuis, contra ſibi ſubjectos, Laicos & Clericos, ageretur, citra veterum ſtatuta, & antiquam conſuetudinem. Vid. Dn. *Wegelinus*, Diſſ. Inaug. de *Jactitata vulgo Ordinis Ciſtercienſis libertate, ac exemptione à Superioritate & Advocatia Regionum in S. R. G. Imperio Dominorum*. Præſide Dn. *Hertio*, An. 1703. *Gieſſæ* habita, Sect. I, §. 2, p. 15; non minus dicterii fundamentum: *Ducem Cliviæ in Terris ſuis eſſe Papam*; de quo *Gerardus Felsmannus*, Tract. *de Jure in re, & ad rem*, Cap. V, §. 11.

Pomeraniæ Duces magnam non ſolum Eccleſiaſticam Juriſdictionem ſemper exercuiſſe, & Epiſcopos, jure Vaſallagii, fidelitatis ſacramento habuiſſe ſibi devinctos, & ad ſervitia obligatos, ex *Originibus Pomeranicis* Dn. *Rangonis*, p. 108, 310, 311 &c. diſcendum eſt. Add. *Micrælius*, lib. VI. *Pomeran.* Cap. 37, p. 438. & Dn. *Laurens*, l. c. Cap. I, §. 5. p. 9 &c.

De *Civitatibus Imperialibus*, quod ejusdem Juris,

ris, jam *Sigismundi* Imp. ætate fuerint participes teſtatur Principis Hujus *Reformatio Politica*, in Concilio *Baſileenſi* An. 1436. concinnata, Cap. X, *von dem Ritterlichen Stat*, apud *Goldaſtum*, Part. 2. *der Reichs-Satznugen*, p. m. 133, verbis, præced. Tit. XIV, §. 1. p. 1045, occurrentibus, ibi: *Und würden In geiſtliche und weltliche Recht empfohlen, alc dem Kayſer dac Reich &c.* Memor hujus Reformationis *Knipſchildius*, de *Juribns & Privilegiis Civitatnm Imperialium*, lib. 2, Cap. 3. §. 16, p. 209, ait proinde: *Heilig idee nominantnr, quia ipſic* (Civitatibus) *commiſſum fnit omne Jus, & ſeculare & Eccleſiaſticum, eaque digniori vocabulo honorari non potniſſe, quam Heilig, ſcribit Bertram, de Comitiis, Concluſ. 41 &c. Anno* 1524, teſte R. I. *Norimbergenſi* hujus anni, §. 28, *Als auch Vielgedachte &c.* Audiunt Status in genere: *Schützer und Schirmer dec Glaubens*: ibi: *Daß wir Unc verſehen, die Stænd des H. Reichs, als Schützer und Schirmer des Glaubens, ſolten Unſerm zu Wermbc --- angangenen* Mandat *gehorſamlich gelebt und nachkommen ſeyn &c.* Quibus, §. 29. *Und iſt daranf*, adhuc ſpecialius injunctum: *Es ſollen auch Unſer Statthalter und Regiment, darzu Chur-Fürſten. Fürſten, Pralaten, Grafen und Stande dec Reichs, daneben mit ſonderem hohen Fleiß nnd Aufmercken, verſehen, daß mitlerzeit* (donec Univerſale Concilium celebraretur) *das H. Evangelium, und GOttec Wort, nach rechtem wahren Verſtand und Auslegung der von gemeinen Kirchen angenommenen Lehrern, ohn Aufruhr und Ærgerniß, geprediget und gelehret werde &c.* Idque repetitum, in R. I. *Auguſtano*, An. 1525, §. 1, verb. *Und nachdem etwan viel Prediger das H. Evangelium, und Wort GOttes, in mancherley Meinnng zu ziehen, und zu theilen, unterſtehen, ſo ſoll eine jede Oberkeit, Sie ſey geiſtlichs oder weltlichs Stands, ein fleiſſiges Aufmercken, und ernſtlichs Einſehen, haben, daß in Ihren Fürſtenthumen, Landen und Gebieten, mittlerzeit, das H.* Evangelion, *und GOttes Wort, nach rechtem wahren Verſtand, und Auslegung deren von gemeiner Chriſtlichen Kirchen angenommenen Lehrern, ohn Aufruhr nnd Ergerniß, zu Erhaltung GOttes Lob, Frieden und Einigkeit, gepredigt werde &c.* Quo etiam colliment R. I. *Spirenſic*, An. 1526, §. 4, *Demnach haben wir &c.* R. I. *Eslingenſis*, an. eod. §. 2, *Und in Betrachtung &c.* R. I. *Spirenſ.* an. 1529, §. 3, & ſeqq. uſque ad §. 9. Sufficiant hæc, ad probandam theſin; nec opus eſt, ut articulatim demonſtretur, quo tempore ſinguli Status Sacrorum Jure gaudere cœperint. Cum enim Superioritas Territorialis in genere non niſi pedetentim introducta noſcatur, nec ubique eodem modo ſe habeat, palam eſt, nec aliud de parte ejus Eccleſiaſtica, Jure ſcil. Sacrorum, affirmari poſſe. Conſtituere autem Jura Eccleſiaſtica partem Superioritatis Territorialis, ſatis ab aliis demonſtratum. Vid. *Klockius*, Tom. I, Conſil. 22, §. 98, & Tom. 3. Conſil. 146, §. 18; *Cothman*, Vol. 4. Reſponſ. 33. §. 39; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 3. Sect. X, §. 20, p. 76; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 82, & 83, p. 716 &c. *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. 2, *Diſcurſ. XV*, §. 1, p. 124 &c. Ill. Dn. de *Seckendorff*, Part. 2, *des Teutſchen Fürſten-Staats*, Cap. XI, §. 2 &c. p. m. 261 &c. Ill. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. 2. Tit. I, §. 15 & 16, p. 329 &c. Dn. *Henningos*, ad *Inſtrum. Pacis*, Art. V, §. 48, lit. I & L. Dn. *Auguſtus Hoffmannus*, cit. Reſponſo, apud *Fabrum*, Tom. XXVI, *der Staats-Cantzley*, Cap. I, p. 272. Nec obſtat, quod ante laudatas *Transactionem Paſſavienſem*, An. 1552, *Pacemque Religioſam*, An. 1555, Romana Curia de Juriſdictione Eccleſiaſtica, pro lubitu fere, per Germaniam diſpoſuiſſe videatur, (quod ſatis ex centum Gravaminibus Ordinum Imperii Laicorum, An. 1522, in Comitiis Norimbergenſibus, Legato Papali exhibitis, apud *Goldaſtum* Part. 2. *der Reichs-Satzungen*, p. m. 197 & ſeqq. cognoſcendum;) id enim infelicibus Reipublicæ periodis annumerandum, quibus non ſolum Imperii Membra, ſed & Sacratiſſimum Caput ipſum, Imperator, Romano Præſule falcem in alienas meſſes impune mittere aſſueto, corruptum ſeculi morem deplorare cogebantur, citra quod ſanandi morbum remedia apparerent, donec, occaſione præfatarum Imperii Legum, Proteſtantes Jura ſua Eccleſiaſtica, quæ dictus Pontifex tamdiu uſurpaverat, iterum ipſimet adminiſtranda in ſe ſuſceperint. Quæ fauſta in integrum reſtitutio, per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, Art. V, §. 2, a toto Imperio pleniſſime confirmata fuit. Conf. Dn. *Hoffmannus* l. c. p. 271.

(*b*) RELIGIONIS &c. Non ſatis genuinè deducitur Vocabulum hoc, a *relegando*; quaſi omnia quæ Deo contrariantur *releganda* ſint; nec tamen placet *Ciceronis* ſententia, lib. 2, de *Natura Deorum*, §. 72; illud a *relegendo* dictum exiſtimantis; quod omnia ad cultum divinum ſpectantia diligenter *relegenda* veniant, ibi: *Qui omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti Religioſi, ex relegendo; ut elegantes, ex eligendo: tanquam à diligendo, diligentes; ex intelligendo, intelligentes &c.* Rectius, a *religando*, quod ejus vinculo *religati* Deo ſimul obſtricti ſint. *Lactantius*, de *Vera ſapientia*, lib. 4. Cap 28, p. m. 322: *Hac conditione gignimur, ut generanti nos Deo juſta & debita obſequia præbeamus; Hunc ſolum noverimus, Hunc ſequamur. Hoc vinculo pietatis obſtricti Deo & religati ſumus. Unde ipſa Religio nomen accepit, non, ut Cicero interpretatus eſt, à relegendo &c.*

(*c*) CU-

Digitized by Google

(*c*) CURAM &c. Definiri hinc poteſt *Jus Sacrorum*, quod ſit *Jus, externum Religionis exercitium, tam quoad doctrinam, quam ritus & cerimonias, dirigendi, ac, ne, ejus prætextu, Societas humana & Civilis lædatur, proſpiciendi.* Vid. Dn. [illegible], de *Habitu Territorium Germanicorum*, §. 43, p. 286; Dn. *Laurens*, Diſſ. Inaug. de *Jure Papali Principum Evangelicorum* (vid. præc. Tit. 2, §. 8, lit. a.) Cap. 2. §. 5, p. 26; ibique allegata *Conringii* Diſſertatio, de *Juribus Principum circa ſacra*, §. X.

(27.) Divinorum adminiſtrationem Gentiles quoque homines, ut maxime neceſſariam (*a*) Civitati, Principi committunt. De quibus vide Doctores Politicos, & ea, quæ ſupra (*b*) à nobis dicta ſunt.

NOTÆ.

(*a*) NECESSARIAM &c. Pertinet huc *Ariſtotelis* locus, lib. 7. *Polit.* Cap. 8. cujus præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 2, p 5. memini. Sic *Ciceroni* Orat. XXXVI, de *Provinciis Conſularibus*, §. 24. *Religio & pudicitia* dicuntur duæ res, in Civitate Sanctiſſimæ; qui etiam lib. 3, de *Natura Deorum*, §. 94. Urbem diligentius *Religione*, quam mœnibus, cingi docet; inſuperque, lib. 2, de *Divinatione*. §. 148, *Majorum inſtituta tueri ſacris, ſapientis* eſſe. tradit. Merito proinde *Maximilianus II* Imp. & *Status Imperii* in R I. *Auguſtano*, An. 1566, §. *Wiewohl wir nun*, 3, facta Religioſæ pacis mentione: *Wiewohl wir nun auf ſolches alles, ſamps Churfürſten, Fürſten, Ständen der Abweſenden Bottſchafften und Geſandten, dieſe hochwichtige Sachen, daran alle zeitliche und ewige Wohlfahrt hanget, Uns nicht weniger zu Hertzen gehen laſſen &c.*

(*b*) SUPRA &c. Vid. præced. Tit. 3, §. 26, p. 450.

(28.) Ab Anno 1552, per Transactionem Paſſavienſem, (*a*) & Receſſum Imperii (*b*) de An. 1555. Statibus Imperii Noſtri Proteſtantibus poteſtas circa Sacra reſtituta, (*c*) & in ipſorum Territoriis Pontificis ſummi poteſtas circa ſacra eſt ſuſpenſa, (*d*) & quilibet Princeps, & Imperii Status, liberum Religionis exercitium, in ſua ditione, vel Territorio, non ſolùm introducere, (*e*) ſed & introductum mutare poteſt, juxta *Conſtitutionem Pacis Religioſæ, de An. 1555, §. Und damit ſolcher Fried &c.*

NOTÆ.

(*a*) PASSAVIENSEM &c. De qua vid. præced. lib. I. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 24, p. 279.

(*b*) RECESSUM IMPERII &c. ſeu potius *Religioſam Pacem* An. 1555, cujus hiſtoriam ibid. p. 263, ad 281, delineavi.

(*c*) RESTITUTA &c. Vid. præced. §. 26, lit. a.

(*d*) SUSPENSA &c. Accurate loquendo, Pontificis Jurisdictio Eccleſiaſtica in Provinciis Proteſtantium non tam ſuſpenſa, quam penitus inde eliminata, dicenda eſt; nobis enim compertum, Pontificem Romanum eam duntaxat aliquamdiu uſurpaſſe, vocemque *ſuſpenſa*, (Art. V. *Inſtr. Pacis*, §. 48. *Jus Diœceſanum &c.* quo & R I *Auguſtanus*, An. 1555, §. 20, *damit auch obberührte &c.* pertinet,) non niſi in gratiam eorum, qui falſo principio imbuti Sacrorum jura Epiſcopis privative vindicanda eſſe arbitrabantur, adhibitam, cum potius Dominis Territorialibus, non minus ac Juriſdictio in cauſis civilibus, ſeu Politicis, adſcribenda ſit; quo titulo etiam Proteſtantes eam hodie exercent, occaſione laudatæ Pacis, in integrum quaſi reſtituti. Vid. Ill. *Obrechtus*, ad *Inſtrum. Pacis*, Art. V, § 48. p. m. 162; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. Imperii Romano-Germanici Principum*, Cap 2, Claſſ. I, §. 2, p 35; Dn. *Ludovici*, Diſſ. *de Judice, in cauſis Principum Proteſtantium matrimonialibus*, §. XI, p. 13; Dn. *Laurens* l. c. Cap. I, §. XVI & XVII, p. 18, & Cap. 2. §. XI, p. 37; Dn. *Joh. Samuel Strykius*, Diſſ de *Cauſis, ad Cameram Imperii non appellabilibus*, Reſp. Dn. *Caſparo de Lengerke*, An 1705, Menſe Martio, Halæ habita, Cap. 3, §. 22, p. 82; ipſeque Dn. *Godofredus Ferdinandus de Buckiſch & Lowenfels*, in *Obſervationibus in Inſtrumentum Pacis*, Art. V, §. 48, *Obſervat.* 138. p. 368, quamvis, ut Romanorum dogmatum defenſor, contrariam ab initio ſectari ſententiam videatur, ſcribendo: *Cum autem ſuſpenſa eſſe hic jubetur*, (Jurisdictio Eccleſiaſtica) *ſequitur, nondum plane ſublatam eſſe. Aliud enim eſt: Non habere Juriſdictionem; aliud: eam non exercere, ſeu, eſſe ſuſpenſam, donec, per gratiam Dei, unanimitas ſequatur &c.* cum vero immediate ſubjiciat: *Quam* (unanimitatem) *ſi moraliter impoſſibilem, adeoque ſperandam vix eſſe, dixeris: non contradicimus quidem, non ſine lachrymis tamen, Nos in tempora incidiſſe deploramus, ubi, etiam in graviſſimis momenti negotiis ab omni Juriſdictione, omnique Superioritate Eccleſiaſtica-*

Digitized by Google

(5) Principiis Juris naturæ: de nemine lædendo, faciendoque alteri, quod ab ipſo nobis fieri cupimus, *Matth. VII, 12. Luc. VI, 31. Tob. 4. v. 16.*

(6) Prudentiæ Politicæ regulis; eo quod omnis Religio facilè ſic extinguatur; non malè *Bodinus* de *Republica*, lib. 4, Cap VII. §. 485, p. m. 758: *Impios quidem ac peregrinos ritus, quos maxima pars Civium potentiorum execratur, arceri à Civitate, utile eſſe duco, ad tuendam Civium inter ipſos amicitiam, quæ præcipuè rerum divinarum conſpiratione & conſenſu alitur ac ſuſtentatur; ſi tamen eadem Religio Populorum finitimorum, ac multorum Civium, opinione probatur, non modo ſuppliciis vindicari non debet, ſed etiam providendum, quoad ejus fieri poterit, ut, ſi publicè, citra ſeditionem, non liceat, ſacra tamen privata facere, nemo prohibeatur, alioqui futurum eſt, ut, qui alienis ſacrificiis intereſſe nefas ducunt, & ſuis carere coguntur, omnem omnino Religionis opinionem exuant: ac, ſublato Divini Numinis metu, nec Legibus humanis ullum nec virtuti locum relinquant, ſed omnia in omnes ſibi licere putent &c.*

(7) Quieti publicæ; propter Seditiones & bella, inde metuenda. Illuſtriſſ. *Thuanus*, in Epiſtola nuncupatoria, qua *Henrico IV,* Galliarum Regi, *Hiſtoriam* ſuam ſacravit, rectè de hoc ita judicat: *Ad cetera, quibus hoc infeſtum virtuti ſeculum ſcatet, mala, Religionis diſſidium acceſſit, quod jam toto pene Seculo orbem Chriſtianum, continuis bellorum motibus, vexat, deinceps vexabit, niſi tempeſtiva remedia, atque adeo alia, quam quæ hactenus adhibita ſunt, ab iis, quorum præcipue intereſt, adhibeantur. Nam experientia ſatis edocti ſumus, ferrum, flammas, exilia, proſcriptiones, irritaſſe potius, quam ſanaſſe morbum menti inhærentem: ad quem proinde curandum, non iis, quæ in corpus tantum penetrant, ſed doctrinâ, & ſedula inſtitutione, quæ in animum leniter inſtillata deſcendit, opus eſſe: alia quippe omnia, pro arbitrio Civilis Magiſtratus, atque adeò Principis, ſanciuntur: ſola Religio non imperatur, ſed, ex præcepta veritatis opinione, accedente divini Numinis gratia, bene præparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatus nihil valent, quin obfirment potius animos, quam frangant, aut perſuadeant &c.* Quæ poſterior obſervatio Prudentii quoque eſt, Poëtæ Chriſtiani Primi, in Hymno 2. περὶ Στεφάνων, p. m. 60. directo ad Tyrannos ſermone:

Exterque, ſi potes, Fidem
Tormenta, Carcer, Ungulæ,
Stri-

Digitized by Google

Stridenſque flammis lamina,
Atque ipſa, pœnarum ultima,
Mors, Chriſtianis ludus eſt.

Pariter ac *Arnobii*, lib 2. *Adverſus Gentes*, p. m. 121, ſcribentis: *Vos flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora laniatis & divexatis noſtra, non vitam eripitis nobis, ſed pelliculis relevatis & cutibus nos: Neſcii, quod, quantum inſtatis & pergitis in effigies has noſtras ſpeciesve ſævire, tantum arctis & gravibus relevatis nos vinculis, & ad lumen efficitis, circumciſis nexibus, evolare &c.* Conf. *Cyprianus*, lib. I, *Epiſtol. ad Cornelium*, p. m. 7.

(8). Veteris Eccleſiæ Doctoribus; ſic enim

Tertullianus (ſub *Severo* Imp. Sec. 3. florens) *ad Scapulam*, p. m. 498, Edit. *Baſil.* 1521: *Amicos diligere, omnium eſt; inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum --- Putatis deos eſſe, quos nos Dæmonas ſcimus: tamen humani Juris, & Naturalis poteſtatis eſt, unicuique, quod putaverit, colere: nec alii obeſt, aut prodeſt, alterius Religio: ſed nec Religionis eſt, cogere Religionem; quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi; cum & hoſtiæ ab animo libenti expoſtulenter. Ita, etſi nos compuleritis ad ſacrificandum, nihil præſtabitis Diis veſtris: ab invitis enim ſacrificia non deſiderabunt, niſi ſi contentioſi ſunt; contentioſus autem Deus non eſt &c.*

Lactantius Firmianus, *Arnobii* Auditor, ſub *Diocletiano* Imp. lib. V. Operum, Cap. XIX, de *Juſtitia*, §. 12, p. 385: *Non eſt opus vi & injuria; quia Religio cogi non poteſt; verbis potius, quam verberibus, res agenda eſt, ut ſic voluntates diſtringant aciem ingeniorum ſuorum &c.* & §. 13. *Inutilis eſt enim Deo, qui devotione ac fide caret &c.* & §. 17, p. 386: *Quid ergò ſæviunt? ut ſtultitiam ſuam, dum minuere volunt, augeant. Longe diverſa ſunt: carnificina & Pietas; nec poteſt aut veritas cum vi, aut Juſtitia cum crudelitate, conjungi &c.* & §. 21, p. 387: *O quam honeſta voluntate miſeri errant! ſentiunt enim, nihil eſſe in rebus humanis Religione præſtantius, eamque ſumma vi oportere defendi: ſed, ut in ipſa Religione, ſic in defenſionis genere, falluntur. Defendenda enim Religio eſt, non occidendo, ſed monendo; non ſævitia, ſed patientia; non ſcelere, ſed fide; illa enim malorum ſunt: hæc bonorum. Nam, ſi ſanguine, ſi tormentis, ſi malo, Religionem defendere velis, jam non defendetur illa, ſed polluetur, atque violabitur. Nihil eſt enim tam voluntarium, quam Religio; in qua ſi animus ſacrificantis averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt &c.* & Cap. XX, §. 7, pag. 390: *Non eſt ſacrificium, quod exprimitur invito; niſi enim ſponte, aut ex animo fiat, exſecratio eſt; cum homines proſcriptione, injuriis, carcere, tormentis adacti, faciunt. Si Dii ſunt iſti, qui ſic coluntur, vel propter hoc ſolum colendi non ſunt, quod ſic coli volunt; digni ſcil. deteſtatione hominum, quibus cum lacrymis, cum gemitu, cum ſanguine, de membris omnibus fluente, libatur &c.*

Athanaſius Alexandrinus, in Epiſtola *ad Solitariam vitam agentes*, Tom. I. Operum, p. m. 855, Edit. Pariſ. *Piæ Religionis proprium eſt: non cogere, ſed ſuadere &c.*

Hilarius, Pictavienſis, libro ad *Conſtantium* Imp. p. m. 208, Edit. Baſil. An. 1570: *Intelligit ſingularis & admirabilis Sapientia Tua, non decere, non oportere, cogi & compelli invitos & repugnantes, ut ſe his ſubjiciant, & addicant, vi oppreſſi, qui non ceſſant adulterinæ doctrinæ corrupta ſemina ſpargere. Idcirco laboratis, & ſalutaribus conſiliis Rempublicam regitis, excubatis etiam & vigilatis: ut omnes, quibus imperatis, dulciſſima libertate potiantur. Non alia ratione, quæ turbata ſunt, componi; quæ divulſa ſunt, coërceri poſſunt: niſi unusquisque nulla ſervitutis neceſſitate aſtrictus, integrum habeat vivendi arbitrium &c.* & p. 209: *Deus cognitionem ſui, docuit potius quam exegit: & operationum cœleſtium admiratione præceptis ſuis concilians autoritatem, coactam confitendi ſe aſpernatus eſt voluntatem. Si ad fidem veram iſtiusmodi vis adhiberetur, Epiſcopalis doctrina obviam pergeret, diceretque: Deus Univerſitatis eſt, obſequio non eget neceſſario; non requirit coactam confeſſionem. Non fallendus eſt, ſed promerendus: noſtra potius, non ſua cauſa, venerandus eſt; non poſſum niſi volentem recipere, niſi orantem audire, niſi profitentem ſignare. Simplicitate quærendus eſt, confeſſione diſcendus eſt, charitate amandus eſt, timore venerandus eſt, voluntatis probitate retinendus eſt. At verò quid iſtud, quod Sacerdotes timere Deum vinculis coguntur, pœnis jubentur? &c.* & in alio libello ad Eundem, p. 212: *Fidem Imperator quæris, audi, eam non de novis chartulis, ſed de Dei libris --- memento, eam non in quæſtione Philoſophiæ eſſe, ſed in Evangelii doctrina &c.*

Auctor Epiſtolæ primæ *Clementis, ad Jacobum, Fratrem Domini*, apud *Petrum Crabbe*, Tom I. *Conciliorum*, Edit. Colon. 1538, fol. XVI: *Nec Deus à nobis diſcutiendus eſt, ſed credendus, qui in nobis ipſis neſcimus, quod ſapimus ---- diligere ergò Deum,*

unum-

unumquemque ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, oportet: & proximum, tanquam ſemot ipſum --- unde & in Veteri Teſtamento ſcriptum habetur: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Et Dominus ait: Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & Vos facite ſimiliter illis. Quibus utriſque mandatis, per unum, malitia compeſcitur; & per aliud, benignitas propagatur; ut ne malum quis inferat, ſed bonum impendat; primum, ut caveat lædere: ſecundum, ut norit bonum præſtare. Si enim Fratrem, quem vides, non diligis, Deum, quem non vides, quomodo potes diligere?

Ambroſius, Mediolanenſis Epiſcopus, in libello ad Valentinianum Imp. Lib. V. Epiſt. 32; & apud Baronium Tom. 4. Annal. Eccleſ. ad An. 386. p. 521: Ecce Imperator, Legem Tuam jam ex parte reſcindis: ſed utinam non ex parte, ſed in univerſum: Legem enim Tuam nollem eſſe ſupra Dei Legem. Dei Lex nos docuit, quid ſequamur? humanæ Leges hoc docere non poſſunt: extorquere ſolent timidis commutationem, fidem inſpirare non poſſunt &c.

Auguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus, lib 3. Adverſus Creſconium, Cap. 50, Tom. VII. Operum, p. m. 271: Nullis bonis in Catholica (Eccleſia) hoc placet, ſi, uſque ad mortem, in quenquam, licet hæreticum, ſæviatur &c.

Bernhardus, Sermon. LXVI, in Cantica, circa finem: Irruens in eos (hæreticos) populus, novos hæreticis ſua ipſorum perfidia Martyres dedit; approbamus Zelum, ſed factum non ſuademus; quia fides ſuadenda eſt, non imponenda &c.

(9) Concilii Toletani IV. Decretis: ita enim Can. 56; apud Petrum Crabbe, Tom. 2. Coneiliorum, f. 105; & Gratianum, Diſtinct. 45, Cap. V. de Judæis: De Judæis autem præcipit S. Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. Cui enim vult, Deus miſeretur, &, quem vult, indurat. Non enim tales inviti ſalvandi ſunt, ſed volentes; ut integra ſit forma Juſtitiæ. Sicut enim homo, propria arbitrii voluntate, ſerpenti obediens periit; ſic, vocante ſe Gratia Dei, propria mentis converſione, homo quiſque credendo ſalvatur. Ergo, non vi, ſed libera arbitrii voluntate, ut convertantur, ſuadendi ſunt, non potius impellendi &c.

(10) Imperatorum Regumque, Conſtitutionibus; quo referas, v. g.

Honorii & Theodoſii Reſcriptum, de Non lædendis Judæis, An. 412, Lib. I, C. Tit. IX, de Judæis, L. Nullus, 14; & aliud, de Judæis & Paganis, quiete degentibus, non lædendis. An. 423; Lib. I, C. Tit. XI, de Paganis, L. Chriſtianis, 6c

Marciani Reſcriptum, de Nemine ad fidem cogendo, An. 452, apud Goldaſtum, Tom. 3. Conſtit. Imper. p. 604: Igitur Noſtra Clementia nulli penitus neceſſitatem præcepit imponi, quatenus aut ſubſcribat, aut conſentiat, ſi noluerit: Non enim terrore, aut violentia, aliquos volumus ad viam trahere veritatis --- pro quibus auſibus, neceſſario reddituri eſtis omnium Deo & Domino rationem, in cujus injuriam, ſi dici fas eſt, talia facere præſumpſiſtis, opprobrium & irriſio ſceleſtis, Paganis & hæreticis, juſtiſſime conſtienti, quibus eſtis exemplum confuſionis effecti &c. Integra Conſtitutio reperitur apud Petrum Crabbe l. c. Tom. 2, Epiſt. 2. poſt Concilium Chalcedonenſe.

Theodorici Italiæ Regis, Reſcriptum ad Judæos, Genuæ conſiſtentes, de Reficienda Synagoga, apud Caſſiodorum, lib. 2, Variarum, Epiſt. 27, p. m. 69: Religionem imperare non poſſumus: quia nemo cogitur, ut credat invitus &c.

Theodati, Italiæ Regis, Literas ad Juſtinum (Petrus Broſſeus, in Notis ad præfatum Theodorici Reſcriptum, l. c. Epiſtolam hanc Juſtiniano inſcriptam perhibet) Imperatorem, apud Caſſiodorum l. c. lib. X, Epiſt. 26, p. 346: Cum Divinitas patiatur multas Religiones eſſe, Nos unam non audemus imponere. Retinemus enim legiſſe: Voluntariè ſacrificandum eſſe Domino, non cujuſquam cogentis Imperio; quod qui aliter facere tentaverit, evidenter cæleſtibus juſſionibus obviavit &c.

Caroli & Ludovici Imperatorum Conſtitutionem, Lib. VI. Capitular. 334, apud Baluzium, Tom. I. Capitular. Franc. p. 979. & Lindenbrogium, Cod. Legum Antiquar. p. 1019, Cap. 260: Removete quæſumus à veſtra pietatis conſcientia periculum Religionis & fidei, &, quod in ſecularibus negotiis veſtra æquitati conceditur, in rerum divinarum pertractatione præſtate, ut Chriſti Evangelio vim non inferat humana præſumptio &c.

Stephani Battorii, Poloniarum Regis, dicterium: Deum tria ſibi reſervaſſe, nempe: Ex nihilo aliquid facere; ſcire futura; & Dominari conſcientiis &c. Vid. Oratio Seyfridi à Greiſen, de Cura Principis erga Religionem, apud Lanſium, in Mantiſſa Conſultationum, p. 15. Conf. Knipſchild, de Jurib. & Privileg. Nobil. lib. 3, Cap. 2, §. 29. p. 19 &c.

Ferdinandi I. Imperatoris doctrinam, quam Johannes Crato à Craffteim, in Epiſtola præliminari ad Rudolphum & Erneſtum, Maximiliani II. Imp. filios, Hiſtoria Bohemica Dubravii præfixa, hiſce declarat: Illud reticere non debeo, quod crebris ſermonibus ante obitum, uſurpavit, inter ſumma beneficia

ficia, qua Deus in gubernatione Imperii conceſſiſſet, primum atque maximum, vero animi judicio, optimaque conſcientia, hoc Se ducere, quod, ad ſedandas diſcordias publicas, animum adjeciſſet, & tolerantiæ in Religione formulam Benigniſſimus Deus Sibi in mentem dediſſet &c.

Maximiliani II. Imperatoris literas ad *Lazarum de Schwendi*, ſub dato *Wien*, 1574. 22 Febr. apud *Goldaſtum*, Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, pag. 324, ubi, mentione facta perſecutionum Hiſpanicarum in Belgiu: *Und iſt in der Wahrheit nicht anders, als wie Ihr vernünfftig ſchreibet, daß Religions-Sachen nicht mit dem Schwerd wollen gerichtet und gehandelt werden; kein Ehrbahrer, Gottesfürchtiger und Friedliebender, wird es auch anders ſagen: Zudem, ſo hat uns Chriſtus, und Seine Apoſtel, viel ein anders gelehret. Dann Ihr Schwerd iſt die Zungen-Lehr, GOttes Wort, und Chriſtlicher Wandel, geweſen. Auch Ihr Leben uns dahin reitzen ſolle, wie ſie, und ſo weit ſie, Chriſto nachgefolget, Ihnen nachzufolgen. Zudem, ſo ſolten die tolle Leute nunmehr billig, in ſo viel Jahren, geſehen und erfahren haben, daß es mit dem Tyranniſchen Kæpffen und Brennen, ſich nicht will thun laſſen. In Summa, mir gefällt es gar nicht, und werde es auch nimmermehr loben; es wäre dann Sach, daß GOtt über mich verhängte, daß Ich toll und unſinnig würde; davor ich aber treulich bitten will &c.* Conf. Auctor des *Ausführlichen Diſcurs eines Teutſchen Catholiſchen Patrioten, an alle Alte Catholiſche Teutſcher Nation*, apud *Londorpium*, Tom. I. *Actor. Publ.* lib. I, Cap. 64, p. 247; *Matthia. Theatr. Hiſtor.* in Vita *Maximiliani II*, p. m. 1095. *Knipſchild* l. c. Eundem inſtigantibus Ipſum ad profundendum Lutheranorum ſanguinem, pie & glorioſe reſpondiſſe: *Nullum peccatum gravius eſt, quam conſcientiis dominari velle: Deo enim ipſi ſe opponunt, qui conſcientiis in cauſa Religionis, dominari volunt &c.* annotavit *Matthia* l. c. Conf. *Wahremundus ab Ehrenberg*, de *Fœderibus*, lib. I, Cap. 2, §. 14; *Lutherus*, de *Cenſu*, lib. 2, Cap. IX. §. 50; *Bembellona*, de *Pace Relig.* P. 2. cap. XII; *Cortrejus* T. 3. *Corp. Jur. Publ.* in Obſervationibus ad Art. XI. *Pacis Religioſæ*, p 239. *Qui in conſcientias ſibi imperium ſumunt, Cœli arcem invadere videntur:* Idem dicere ſolitus eſt, teſte Auctore Diſcurſus: *Ob die Röm. Käyſerl. Maj. den Evangeliſchen insgemein, die Religion frey offentlich im H. Reich zu verſtatten, von GOtt Gewalt und Macht habe?* ap. *Londorpium* l. c. Tom. 3, lib 8, Cap. 24, p. m. 781.

Henrici, Galliæ Regis, Orationem Valedictoriam, apud *Thuanum* lib. 96: *Ex Religionis cauſa, quæ fortaſſe ab initio fuit, in factionem itum eſt; eam Regni Ordinum arbitrio permittite, hocque fixum ratumque animo tenete. Religionem, quæ à Deo mentibus inſinuatur, ab hominibus non imperari.*

Henrici, Navarræ Regis, literas ad *Aquitaniæ* Nobiles, apud *Richardum Dinothum*, de *Bello Civili Gallico, Religionis cauſa ſuſcepto*, lib. VI, fol. 488: *Non gladio, ſed perſuaſione, Religio in cordibus hominum plantatur, & honeſta vita exemplo confirmatur &c.* Conf. *Matthia* l. c.

Caroli, Glorioſiſſimi Imperatoris moderni, Conſtitutiones & Mandata, tam dehortatoria, quam inhibitoria, quibus obviam hactenus itum motibus, hinc inde, Religionis intuitu, per Imperium, pullulantibus.

(11) Fundamentalibus Imperii Legibus, v. g.

R. J. *Spirenſ.* An. 1529, §. 10; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 6, p. 266; R. J. *Auguſt.* 1530, §. *Wir, auch Churfürſten &c.* 65, ibid. v. 8, p. 268; *Pacificat. Norimberg.* An. 1532, Art. V, ibid. v. 10, pag. 268; *Tranſact. Cadanenſ.* An. 1534, ibid. v. 11, pag. 270, *R. J. Ratisb.* An. 1541, §. 16; *Und damit &c.* ibid v. 17. pag. 274; *R. J. Spirenſ.* An. 1544, §. 79, *Derhalben wir &c.* & §. 80. *Nachdem aber ungewiß &c.* ibid. v. 19, p 275; *Tranſact. Paſſavienſ.* inter *Ferdinandum*, Regem Romanorum, & Proteſtantes, An 1552, prævia Tranſactione *Lincenſi*, inter eundem Regem, & *Mauritium* Saxonem; ibid. v. 24, p. 279; *Paci Religioſa*, An. 1555, vid. R. J. *Auguſt.* An. 1555. §. 15, *Und damit &c.* ibid *Inſtrumento Pacis Weſtphalica*, An. 1648, Art. V. tot. reliquisque Pacificationibus ſubſecutis omnibus, quibus generaliter cautum, Religionis intuitu, neminem in Imperio lædendum.

(12) Statuum Imperii ſententiis ſpecialibus; quo faciunt, v. g.

Wortizlai, Pomeranorum Ducis, Oratio ad Subditos Gentiles, Sec. XII, in *Vita Ottonis Bambergenſis*, ab *Andrea*, Monaſterii *S. Michaëlis prope Bambergam*, Abbate, ſcripta, lib. 3. Cap. 5, apud *Gretſerum*, de *Diviſis Bambergenſibus*, p. 310; *Surium*, de *Vitis Sanctorum*, die 2 *Julii*, p. m. 62, & Ill. Dn. de *Ludewig*, de *Scriptoribus rerum Bambergenſium*, f. 499: *Non eſt meum, ad hanc Vos Religionem* (Chriſtianam) *cogere; quia, ut ex ore Domini mei Epiſcopi* (Ottonis laudati) *audivi, non vult Deus coacta ſervitia, ſed voluntaria. Quapropter, unanimi conſilio, inter vos ſecretò convenientes, ſalutis veſtræ cauſam agite, &, quali devotione hunc Reverendiſſimum Dei ſervum veſtrumque Apoſtolum, ſuſcipiatis? in commune decernite &c.* Ut & *Proteſtantium* Gravamina contra *Concilium Tridentinum*, An. 1546, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 20, pag. 276.

Phi-

Digitized by Google

Philippus, Haſſiæ Landgravius, in teſtamenti tabulis, 1562, apud Dn. *Lunigium,* Part. ſpec. *des Reichs-Archivs,* Contin. 2, *in der Fortſetzung, 4 Abtheilung, 8 Abſatz,* §. 6, p. 778 v. *Die Wiedertäuffer &c. Einigen Menſchen, umb deßwillen, daß er unrecht glaubt, zu tödten, haben Wir nie gethan, wollen auch Unſere Söhne ermahnet haben, ſolches nicht zu thun, dann wirs, daß es wider GOtt ſey, halten; wie das im Evangelio klar anzeigt, auch* Auguſtinus, *und* Chryſoſtomus, *und andere alte Lehrer, in ihren Büchern, auch in* Tripartita Hiſtoria, *klar ſchreiben &c.* Gravamina Sereniſſ. Domus *Brunſuic. & Luneburg.* & *Haſſo-Caſſellanæ,* de An. 1641, apud *Londorpium,* Tom. V. *Act. Publ.* lib. I, Cap. 83, p. 186 & 187; Projectum Reſponſionis ad Gravamina Romano-Catholicorum, an. eod. ibid. Cap. 130, p. 427, ad Gravamen 20, verb. *Wiſſen die Evangeliſchen ſich beſter maſſen zu erinnern, daß kein Stand den andern, noch deſſelben Unterthanen, zu ſeiner Religion dringen, abpracticiren, oder, wider ihre Obrigkeit, in Schutz und Schirm nehmen, noch vertheidigen, ſolle. Dargegen haben Sie wiſſentlich niemahlen gehandelt; ſonſt aber hat ein jeder Chriſt Macht, ſeinen Neben-Chriſten, in Religion- und Glaubens-Sachen, beſcheidentlich zu unterweiſen;* welcher modus, *im Religion-Frieden, mit nichten verboten iſt &c.* Literæ *Electoris Brandenburgici,* ad *Electorem Palatinum,* ſub dato *Cölln an der Spree,* 1694, 22 Febr. (4 Mart.) *die Religions-Verwandten in der Pfaltz betreffend &c.* apud *Fabrum,* Tom. 2, *der Staats-Cantzley,* Cap. I, Faſcic. V, §. 1, pag. 105 &c. Literæ Legatorum Proteſtantium, in Comitiis congregatorum, ad Principem *Salmenſem,* ſub dato *Regensburg,* 1698, 29 Nov. (9 Dec.) apud *Fabrum* l. c. Tom. 4, Cap. I, Faſcic. I, §. 2. p. 16 &c. Memoriale Illuſtriſſ. Comitum de *Hohenlohe* ad Comitia, *ihre Differentien, mit denen Herren Grafen von Hatzfeld, das* Jus Collaturæ *und* Patronatus *in dem Schipffer-Grund betreffend,* ſub dato *Oehringen,* 18 Aug 1698, ibid. Cap. XI, Faſcic. I, §. 1, p. 546 &c. Memoriale *der Evangeliſch-Reformirten Gemeinden im Algew, die Abnahm ihrer Kirchen zu Herbishoffen, und Theinſelberg, wie auch die Creutz-Aufſteckung auf dem Kirch-Hoff, betreffend,* ad Corpus Evangelicum, An 1699, apud *Fabrum* l. c. Tom. V, Cap. I. Faſcic. I, §. 2. p. 29 &c. *Kemptiſche Landes-Fürſtliche Verordnung, das* Exercitium Religionis Catholicæ, *in der Kirchen auf dem Theinſelberg betreffend;* de An. 1700, 1 Sept. ibid p. 66 &c. *Chur-Pfaltziſche Verordnung, bey Umtragung des Venerabilis,* ſub dato *Weinheimb,* 28 Oct. 1699; ibid. Cap. 2, §. 1. p. 78 &c. Memoriale *Cleri Romano-Catholici Halberſtadenſis,* ad Imperatorem ſub dato *Halberſtadt,* 31 Aug 1700, ibid. Cap. 3. §. 1, p. 111. *Electoris Brandenburgici* Reſcripta *an die Magdeburgiſche, Halberſtädtiſche und Mindiſche Regierungen, die Verfolgung der Evangeliſchen von denen Catholiſchen Ständen, betreffend,* ſub dato *Cölln, den* 6 Dec. 1704; apud *Fabrum* l. c. Tom. X, Cap. I, §. 8, p. 20 &c. Alia Ejusdem Reſcripta, in eadem cauſa, ſub dato *Cölln,* 3 Januar. 1705, ibid. §. 9, p. 23, & §. 10, p. 25 &c. De ſexcentis ſcriptis publicis aliis, ne dicam.

(13) Axiomati Cameræ Imperialis: *Welche Obrigkeit ihre Unterthanen, durch Straf, oder Gefängniß, zu ihrer* Religion *zwingt, die bricht den* Religion-*Frieden &c.* ceu Deciſum, *in cauſa Ortenburg, contra Bayern;* Mandati *auf den* Religion-*Frieden; von den Unterthanen, ſo ſich ihrer Obrigkeit* Religion *nicht bequemen wollen;* apud *Lehmannum,* de *Pace Religioſa,* lib. 3, Cap. 26, Voto I, p. 408 &c. Nec non in *Cauſa Dreßhagen, contra Münſter;* apud eundem, Lib. 3, Cap. XXII, p. 389 &c. It. in Cauſa *J. P. und Conſorten, contra Burgermeiſter und Rath der Stadt C.* apud eundem, l. c. Cap 27, p. 416, Vot. 2 &c. *Vot.* VIII, p. 420: *In des Herrn Chriſti Kirche weiß man nichts vom Zwang zur* Religion &c. *Vot.* XI, p. 423: *Es iſt der Menſchen elendeſte Quaal, und Plag, ſo ſie der Gewiſſen-Freyheit beraubt ſeyn &c.* & *Vot.* XII, p. 423: *In* Religion- *und Gewiſſens-Sachen, ſeind die Menſchen im Eifer erhitzt, halten alle Gefahr vor nichts, und, was ſie thun, vor billich; darum müſſen ſolche nicht durch Kriegs-Gewalt, ſondern, Krafft des* Religion-*Friedens, durch freundliche, friedliche Mittel, zur Vergleichung gebracht werden &c. Vot.* XIII, p. 424: *Zur* Religion *ſoll niemand bezwungen werden &c.* paſſimque alibi. Conf. Ill. *Schütz,* Vol. 2, *Jur. Publ.* Exercit. 4. §. XVII, lit. e, pag. m. 263; *Mylerus,* de *Principibus & Statibus Imperii,* Part. 2, Cap. 87, §. 9, p. 752; Dn. Auctor, de *Jure reformandi Statuum Imperii,* An. 1710, *Erſte Haupt-Abtheilung; im 2 Stück,* §. 9, p. 68. Patet hinc, quid ſentiendum de Mandato *Caroli,* Lotharingiæ Ducis, An. 1665, 16 Januar. in *Sarwerdano* Comitatu, contra Lutheranos, affixo.

Wir Carl, von Gottes Gnaden, Hertzog zu Lothringen &c. Entbieten allen denen, ſo dieſes gegenwärtige Schreiben leſen, Unſern Gruß.

WEilen der Eyfer, ſo Wir dem Catholiſchen Apoſtoliſchen und Römiſchen Glauben ſchuldig ſind, nicht geſtatten will, daß Wir einige Sorge unterlaſſen, welche, zur nothwendigen Fürſehung Unſerer Unterthanen, in der Grafſchafft Sarwerden und Bockenheimb, gereichen kan, damit alldar die Ketzerey ausgerottet, und hergegen Unſer Glaub beſtättiget werde. Als haben Wir die Fürſchläge, welche zu Beförderung dieſer Sachen, Uns vorgetragen worden, an-

angehöret, dieſelbe in Unſerm Geheimen Rath erörtern laſſen, und ſelbſt reiſſlichen erweget t beſchlieſſen und verordnen demnach, daß nachfolgende Stuck und Articul, *ſtät, veſt, und unverbrüchlish gehalten werden ſellen:*

Erſtlich, daß die geſambte Jugend Unſerer vorgemelten Graffſchafft, ſo wehl in den Städten, als angehörigen Dorffern, in dem Catholiſchen Apeſtoliſchen und Romiſchen Glauben unterwieſen, und erzogen werden ſollen, zu welchem Ende dann ſie alle den Predigten und Kinder Lehren, ſo gehalten werden, beywohnen ſollen, mit ernſtlichen Verbot, daß ſie in keiner andern, als der Catholiſchen Kirchen, ſich einſinden laſſen ſollen.

Zum Andern, werden alle Schulen, ſo wehl der Knaben, alc der Mägdlein, welche von Schulmeiſtern zu einer andern Religion *gehalten werden, allerdinge verboten, und ſoll gemeldte Jugend, durch keine andere Schulmeiſter unterwieſen werden, als durch diejenigen, ſo der Catholiſch-Apoſteliſch- und Romiſchen Kirchen zugethan ſeind.*

Drittens, ſollen alle Kinder auf die Römiſche Weiſe und Ordnung getaufft werden, mit ernſtlichem Verbot an alle Unſere Unterthanen offtbeſagter Grafſchafft, daß ſie ihre Kinder nirgende anders wohin zu tauffen tragen, alc in bekandte Catholiſche Römiſche Kirche.

Viertens, daß alle ledige, und bißhero unverheurathete Perſenen, nicht anderc ſollen zuſammen gegeben werden, alc nach Brauch und Gewohnheit der Catholiſchen Apoſtoliſchen Romiſchen Kirchen, zu dero ſie ſich zuvor, durch gewohnliche Glaubens-Bekantniß, bekennen ſollen.

Befehlen derohalben Unſern Lieben und Getreuen, der gemelten Graffſchafft Gouverneur, Sieür *von* Rommecourt, *und allen andern vorgeſetzten Obern- und Befehlshabern, denen Ambts-halben obliegen wird, daß, nachdeme gegenwärtiger Brief geleſen,* publicirt *und angeſchlagen worden, an allen Orten, wo es erfordert wird, ſie alle und jede, ſambt und ſonders, mit Ernſt, in Krafft deren, zu Erhaltung derſelbigen, befliſſen ſeyn ſollen, und nicht zulaſſen, daß etwas, einiger Wege, darwider gehandelt werde. Wollen auch, daß allen rechtmaſſigen Abſchriſſten, gleichmäſſiger Glaube und Anſehen zugeſtellet werde &c.*

(14) Virorum magni nominis doctrinæ. Quo titulo celebrandi, præter *Thuanum* & *Bodinum*, quorum teſtimonia, arg. 6 & 7. jam allata; *Lutherus*, Tom. 2. *Oper.* fol. 378, Edit. Vet. (unde ſua *Fritſchius* ad *Limnæum* lib. I, Cap. 13. pag. 65: *GOtt will keinen gezwungenen Dienſt haben, und ſoll niemand ſeyn unter den, er thue es dann mit Luſt und Liebe. Ich ſags abermahl, GOtt will nicht gezwungene Dienſte haben. Wac machet Ihr doch, Ihr Fürſten und Herren! daß Ihr die Leute zu GOtt treibet, ohn ihren Willen und Danck? Iſt doch nicht Ewer Ampt und Macht zu thun. Er ſpricht: Niemand komt zu Mir, Mein Vater ziehe ihn dann. Iſt das nicht klar genug? Der Vater muß ziehen, ſo will ein Menſch treiben. Was ſich GOtt nicht unterſtehet, deſſen will ſich der arme Wurm unterſtehen &c.* cit. *Anthonius Bembellona de Godentiis*, (quem Dn. *Struvius*, *Biblioth. Jur.* Cap. XI, §. 8, p. m. 391, *Bartholomaus Gericium*, & Dn. *Mencken*, *in der Verzeichniß der vornehmſten Geſchicht-Schreiber*, Cap. 37, p. 110. *Barthelomæum Gentium* vocant, in *Commentatione Juridico-Politico-Hiſtorica, ad Pragmaticam Conſtitutionem, de Pace Religionis*, Francof. 1612, Part. 2, Cap 12; *Samuel Pomarius*, Superintendens Lubecenſis, cit. Tract. *Ungerechteſter Gewiſſens-Zwang*, Part. I. Auctor diſcurſus: *Ob die Röm. Käyſerl. Maj. den Evangeliſchen ingemein, die* Religion *frey, öffentlich im H. Reich zu verſtatten, und darüber* Confirmation *zu ertheilen, von GOtt Gewalt und Macht habe?* de An. 1624, apud *Londorpium*, Tom. 3. *Act. Publ.* Lib. 8. Cap. 24, p. 780 &c. Auctor *des ausführlichen Diſcurſus*, (cujus, arg. 10. ſub *Maximiliano II.* memini;) apud *Londorpium*, T. 1. Lib. I, Cap. 64, p. 243 &c. *Adamus Piaſetzky à Kranichfeld*, Diſſ. *Quod Religio vi propagari non poſſit.* *Johannes Weitzius*, ad *Hymnum 2. Prudentii*, περὶ στεφάνων, pag. m. 581; *Hugo Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. 20, §. 48 &c. p m. 349, & Cap. 22, §. 14. *Conringius*, ad *Lampadium*, Part. I, §. 18, p. 23, & §. 23, p. 26 &c. Idem, de *Pace perpetua*, Reſponſ. ad *Rationem* VIII, §. 1, p. 53 &c. *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. I, Cap. 13, §. 12, p. 234, & §. 61, p. 257; *Fritſchius* ad *Limnæum*, lib. I, Cap. 13, p. 65 & 66; Idem, de *Peccatis Principum*, Concluſ. 2; Idem, in *Electis Juris Publici*, Cap VI, p. 77. v. 4; *Pfanner*, *Hiſtor. Pac. Weſtphal.* lib. V, §. 42, pag. 599; *Knipſchild*, de *Jurib. Nobil.* lib 3. C. 2, §. 28, p. 19, & Cap. 13, §. 83, p. 187. *Lanſii* Mantiſſa, Orat. cit. Dn. *de Greiſen*, *de Principis cura erga Religionem*, pag. 15 &c. Dn. *Rechenberg*, cit. Diſſ. *An cujus Regio, ejus quoque ſit Religio?* pag. m. 625 &c. *Cellarius*, in *Politica*, Cap. XIV, p. 253, §. 9. Dn. *Lincken*, de *Jure Epiſcopali*, Cap. XVI, §. 13, pag. 588 &c. Auctor Tr. de *Officio Miſſæ & Sacrificio N. Teſtam.* apud *Deckherr*, in Conſult. de *Pac. Civ. Relig. Dat.* P. 1. §. 53, p. 252; & Dn. *Furer*, Diſſ. *de Anno Decretorio 1624.* Cap. 3 §. 4, p. 43. Dn. *Cortrejus*, Tom. 3. *Corporis Juris Publici*, Obſervat. *ad Pacem Religioſam*, Art. XI, pag. 225 &c. cit. Dn. Auctor Tract. de *Jure reformandi Statuum Imperii*; 1 *Haupt-Abtheilung*, *Erſtes Stück*, §. 18. p 26 &c. & ibid. *zweytes Stück*, §. 9, pag. 68; *Mylerus* l. c. Part. 2, Cap. 87, §. 9, p. 752; Interpretes Juris Publici omnes.

(b) BLAN-

Digitized by Google

(*b*) BLANDE &c. Huc pertinent ex *Matth.* XXVIII, 19. *Marc.* XVI, 15. *Galat.* VI, 1. &c. præced. lit. a. producta; ubi ſimul Patrum dicta, Principumque Conſtitutiones, huc ſpectantes, nec non Camerales ſententiæ.

(*c*) PACIS &c. ſcil. Art. V, §. 36. *Quod ſi vero.*

(*d*) EMIGRANDI &c. De flebili hoc beneficio, evolvendi: *Joachimus* à *Priswitz*, Sileſ. Diſſ. de *Juribus emigrandi*, Præſide *Joh. Georgio Simone*, An. 1670, Jenæ habita, Cap. 2. *Lehmannus*, de *Pace Religioſa*, lib. 3, Cap. XXII, in Cauſa *Drelßhagen, contra Münſter, von Suſpenſion der Geiſtlichen Obrigkeit: Wieweit ſich dieſelbe erſtrecke?* Vot. 1, p. 389, Vot. VIII, p. 390, 391 & 392; Vot. XVIII, pag. 396; It. Lib. 3, Cap. XXIII, in Cauſa *Johan Leber, contra T. Ob ein Catholiſcher Geiſtlicher, von ſeiner* Religion, *zur andern tretten, und ſich verheurathen möge?* Vot. I, pag. 397; Vot. 2, p. 398; It. Lib. 3, Cap. XXVI, in *Cauſa Ortenburg, contra Bayern: von den Unterthanen, die ſich ihrer Obrigkeit Religion nicht bequemen wollen,* Vot. I, p. 408; It lib. 3, Cap. XXVII, in Cauſa *J. P. und Conſorten, contra Herren Bürgermeiſter und Rath der Stadt C. vom Verſtand des* Religion-*Friedens, die eine Frey- und Reichs-Stadt, und derſelben Bürger, Inwohner und Unterthanen, betreffend.* Vot. 2, p. 416; Vot. VIII, p. 420; It. Lib. 3, Cap. XXIX, ubi Quatuor dubia Cameræ, *über den gründlichen Verſtand des* Religion-*Friedens*, p. 433, & 434. §. *Die dritte und vierte obgeſetzte Fragen &c.* It. Lib. 3, Cap. 30, quo in ſpecie de *Beneficio emigrandi, & libertate conſcientiæ*, agitur, p. 449 &c. & paſſim alibi. *Limnæus* Tom. I. *Jur. Publ.* Cap. 13, §. 61 &c. p. 257 &c. *Mylerus* ad *Rumelinum*, in *Auream Bullam*, Part. 2, Diſſ. V, §. 7, pag. 615; Idem, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 83, §. 5 & ſeqq. p. 724 &c. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. 2, Tit. I, §. 26 ad 29, pag. 334 ad 336. Dn. *Schilter*, de *Pace Religioſa*, Cap. 3, §. 2 & ſeqq. pag. 190 &c. Dn. *Cortrejus*, *Corp. Jur. Publ.* Tom. 3, in *Obſervatis ad Pacem Religioſam*, Art. XI, p. 225 &c. *Deckherr*, *Conſult* de *Pac. Civil. Relig. dat.* Cap. 34; *Fritſchius*, *Elect. Jur. Publ.* Cap. VI, pag 67 &c. *Buekiſch*, ad *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. V, *Obſervat.* 82, p. 216; & *Obſervat.* 99, §. 36, pag. 243 &c. Dn. *Schweder*, *Introd. Juris Publ.* Part. ſpec. Sect. 2, Cap. XII, §. 3, p. 895; Interpretes Juris Publici alii. De Scriptoribus vulgaris emigrandi Juris, vid. præced. Tit. XVIII, §. 42, lit. a. p. 1478.

(32) Et licet olim fuerit diſputatum: An hoc ſit neceſſitatis, an voluntatis? (*a*) tamen hodie putamus, illud, ſi Dominus Territorii velit, eſſe neceſſitatis. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) VOLUNTATIS &c. Quæſtio non eſt de *Voluntate activa: An integrum ſubdito ſit emigrare, & in alterius Domini Territorium ſe conferre, eaſu, quo priſtinus Dominus exercitio Religionis, quam profitetur, ei interdicit?* id enim deciſum, in Pacificatione Religioſa, arg. R. J. *Auguſtani*, An. 1555. §. 24, *wo aber Unſere &c.* verb. *Wo aber Unſere, auch der Churfürſten, Fürſten und Ständen Unterthanen der Alten* Religion, *oder Augſpurgiſchen* Confeſſion *anhängige, von ſolcher Ihrer* Religion *wegen, aus Unſern, auch Churfürſten, Fürſten und Standen des H. Reichs, Landen, Fürſtenthümern, Städten oder Flecken, mit ihren Weib und Kindern, an andere Ort ziehen, und ſich nieder thun wolten, denen ſoll ſolcher Ab- und Zuzug, auch Verkauffung ihrer Haab und Güter, gegen zimlichen billichen Abtrag der Leib-Eigenſchafft und Nachſteuer, wie es eines jeden Orts, von Alters her, üblich herbracht und gehalten worden iſt, unverhindert männigliches, zugelaſſen und bewilliget, auch an ihren Ehren, und Pflichten allerdings unentgolten ſeyn &c.* nec non *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. V. §. 36, verb. *ſua ſponte emigrare voluerit &c.* Quod & in Camera definitum, in Cauſa *Drelßhagen, contra Münſter*, apud *Lehmannum*, de *Pace Religioſa*, lib. 3, Cap. XXII, Voto XVIII, p. 396: *Der Auszug iſt jedem Unterthanen frey gelaſſen, wenn er nicht will bleiben &c.* ſed *de paſſiva*, i. e. *An ſubditus, etiam contra voluntatem Domini Territorialis, emigrare queat?* Hocque in utramque partem diſputatur. Pertinent hue *vier* Dubia *des Kayſerlichen Cammer-Gerichts, über den gründlichen Verſtand des* Religion-*Friedens: Derowegen daſſelbe der Kayſerl. Maj. und Chur-Fürſten und Stände des Reichs* Deciſion *und Endſcheid, auf dem Reichs-Tag zu Augſpurg, Anno* 1562, *einzuholen vor nothig befunden*; apud *Lehmannum* l. c. lib. 3, Cap. XXIX, §. *Zum Dritten*, p. 431: *Ob auch der Catholiſchen Stände Unterthanen und Landſaſſen, der Augſpurgiſchen* Confeſſion *anhängig, dergeſtalt im uffgerichten* Religion-*Frieden begriffen, daß ihre Catholiſche Obrigkeit Sie, bey ſolcher ihrer Evangeliſchen* Confeſſion*, Glauben und Bekantniß (jedoch ohne offentliche neue Beſtellung und Veränderung des* Miniſterii*) geruhig in ihren Fürſtenthümen, Landen, Herrſchafften und Gebieten, unangefochten und unausgeſchafft bleiben zu laſſen, und zu gedulten ſchuldig?* In Reſponſione ad hanc Quæſtionem, ſeu dubium hoc, legis ibidem, p. 433 & 434: *Wird von etlichen darfür gehalten, daß, ver-*

vermöge des Paſſauiſchen Vertrags, auch Religion-*Friedens*, An. 55. *zu Augſpurg aufgerichtet, die Stande der Alten* Religion *nicht Macht haben, ihre Unterthanen, der Augſpurgiſchen* Confeſſion *halben, irgend auf eine Weiſe zu verfolgen, viel weniger dieſelben aus dem Lande zu vertreiben, und ihre Güter zu verkauffen zu zwingen. Sintemahl nicht ein Verſs oder Wort darinnen zu befinden, dardurch den Obrigkeiten, Ihre Unterthanen, ſo widerwärtiger, doch im Reich zugelaſſener,* Religion, *verwand, auf irgend eine Weiſs, zu beſchweren, oder zu beſchädigen, erlaubt: ſondern wird vielmehr Ihnen ſolches gäntzlich verbotten, und jederman Fried und Ruhe verſchafft: dann ja der Paſſauiſche Vertrag, wie auch der vorgehende Krieg, faſt fürnemlich darumb geſchehen, auf daſs alle, hohes oder niedriges Stands und Weſens, allenthalben im Röm. Reich, auch unter den Catholiſchen Standen und Obrigkeiten wohnende, der Augſpurgiſchen* Confeſſion *anhängig, Fried und Ruhe, vor ihren Widerwartigen, haben möchten; wie dann auch ſolches der klare* Text, *und nicht zweiffentliche Verſtand des* Religion-*Friedens, an vielen Orten, mit ſich bringt &c.* & pag. 435: *Es iſt auch das* Beneficium Emigrationis, *in §. Wo abrr Unſere &c. nicht überflüſſig verordnet: Obgleich der Catholiſchen Stande Evangeliſchen Unterthanen ihre Gewiſſen und Erkantniſs iſt frey gelaſſen: ſintemahl ſolche Freyheit nicht einem jeden genugſam, ſondern werden dannoch wohl etliche, dieweil ſie keine offentliche Kirchen und Schulen, und, ſonderlich in Kinds- und Sterbens-Nothen, die Predigten und Sacramenta ihrer* Religion *gemäſs, derer Orten nichs gehaben mögen, an andere Evangeliſche Ort ſich häuſslich nieder zu thun verurſacht, und da gleich das* Emigrationis beneficium neceſſitatis, *und allein in der Obrigkeit Zwang und Willkühr,* **wie doch nicht iſt**, *geſtellet wäre, ſo könten doch der Catholiſchen Stände Evangeliſche Landſaſſen von Adel --- darunter nicht gemeinet noch begriffen ſeyn, und alſo abermahls, ſonderlich von ihren Lehen-Gütern, der* Religion *halben, gar nicht gedrungen werden &c.* Nec non *Dubia ſex, ſuper Pace Religionis, quæ ex parte Dnn. Catholicorum Aſſeſſorum, concepta, & 16 Junii, An. 1582, in Senatu lecta, ad decidendum, Imperatori & Statibus in Comitiis tranſmitti debuerunt &c.* apud eundem, l. c. Cap. XXX, p. 437, §. 3. ubi rurſus: *Ob auch* indiſtinctè *der geiſtlichen und weltlichen Chur-Fürſten, Fürſten und Stände Unterthanen, alſo wohl der Alten* Religion, *als der Augſpurgiſchen* Confeſſion *anhängig, dergeſtalt im* Religion-*Frieden begriffen, daſs Ihre Landes-Fürſten und Obrigkeit ſie, die Unterthanen, bey dieſer, oder jener* Religion *und Bekantniſs (jedoch ohne offentliche Beſtellung oder Veränderung des* Miniſterii) *geruhig in Ihren Fürſtenthümen, Landen, Herrſchafften und Gebieten, unangefochten, und ohnauſsgeſchafft, bleiben zu laſſen, und zu gedulten, ſchuldig? und ob die Unterthanen beyderſeits* Religionen, *auf den Fall des Auſsſchaffens, vermöge des* Religion-*Friedens, in §. Wo aber Unſere &c. an andere Orte zu ziehen, gäntzlich* & neceſſariò *verpflicht, oder, ob das Auszиehen nicht deſto minder in der Unterthanen freyen Willen ſtehet?* Quæ dubia denuo, in pleno Senatu, An. 1582, 21 Jul. lecta, deliberata, & ad tranſmittendum, emendata; vid. ibid. pag. 438. Præcipua ſententiæ hujus affirmativæ argumenta collegit *Petrus Friderus*, de *Proceſſibus*, lib. I, Cap. 30. §. 2, p. m. 109 & 110. (unde ſua *Lehmannus* l. c. Cap. XXXIII, pag. 449 & 450.) memor præfati Textus *Pac. Relig. wo aber Unſere &c.* 24; quod ſcil. (1) Verba iſta nullam neceſſitatem importent, ſed conditionaliter loquantur, *ſi diſcedere voluerint*, id integrum ipſis fore, nulla neceſſitatis mentione facta; (2) Emigrandi beneficium in favorem Aug. Confeſſ. conſtitutum ſit, proinde ad læſionem ejus extendi nequeat. (3) Conſtitutio expreſſe & generaliter moneat velitque, ut placide alter alterum, in utraque Religione, ferat, donec Chriſtiana Religionis concordia, omnia ſopiantur & componantur; (4) Conſtitutio Juriſdictionem Eccleſiaſticam generaliter ſuſpendendo, non modo Statuum inter ſe, ſed etiam Subditorum conſcientiæ, ejusque ſecuritati & tranquillitati conſuluerit; adeoque, ubi Lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debeamus; (5) non ſolum ex generalitate ſuſpenſionis cenſuræ, & generali Conſtitutionis fine, id colligatur, ſed ſubditorum, reſpectu ſui Magiſtratus, expreſſa paſſim fiat mentio, ut §. 13, ibi: *Daſs die Stände und Unterthanen ſich beſtändiger und gewiſſer Sicherheit &c.* & paulo poſt. *Solche nachdenckliche Unſicherheit aufzuheben, der Ständen und Unterthanen Gemüther* (Statuum & ſubditorum animos) *wieder und in Ruhe und Vertrauen gegen einander zu ſtellen &c.* Ubi verba: *Stände und Unterthanen*, bene conſideranda, cum ex illis aperte arguatur, pacem Religionis non tantum inter ſubditos diverſorum Statuum obtinere, ne ſcil. alter, ejusve ſubditi, alterum, ejusve ſubditos, turbent; verum etiam Magiſtratum ipſum cum ſuis ſubditis, ad concordiam, & conſtantem ſecuritatem, Religionis intuitu, ſub libertate conſcientiæ, obligare; palam enim, Statuum & Subditorum animos, abſque libera conſcientiarum tranquillitate, reconciliari non potuiſſe, niſique hoc eſſet, cluſoriam fore & ineptam antitheſin, & collationem Statuum atque Subditorum &c. Nec aliter pronunciatum in Camera, in præfata cauſa, *Drelſshagen, contra Münſter*, apud *Lehmannum* l. c. Lib. 3, Cap. XXII, Voto I, p. 389, verb. *Der Unterthanen und Landſaſſen anzie-*

hen

ben ſtehet in ihren Willen, und ſeind darzu nicht zu zwingen &c. & Voto VIII, pag. 390: *Der* Religion-*Friede iſt zugleich umb der Herrſchafften und Unterthanen willen, aufgerichtet --- das Auziehen ſtehet im freyen Willen der Unterthanen &c.* Sie *in Sachen J. P. und Conſorten, contra Bürgermeiſter und Rath der Stadt C.* Voto 2, apud eundem, l. c. Cap. XXVII, pag. 416: *Der* Religion-*Friede iſt nicht allein wegen des Reichs Chur-Fürſten und Stände, ſondern auch umb der Unterthanen willen, aufgericht --- Obrigkeiten ſind nicht berechtiget ihre Unterthanen, ſo ihrer* Religion *nicht beypflichtig, zuſtrafen, oder auszuſchaffen, weil dieſelbe ſamt Ihnen im* Religion-*Frieden eingeſchloſſen. Die geiſtliche* Jurisdictio *hat nicht ſtatt gegen der Augſpurgiſchen* Confeſſion *Verwandte Unterthanen; alſo iſt auch die weltliche Obrigkeit Ihre Unterthanen, umb der* Religion *willen, zu betrangen und auszuſchaffen, nicht befugt &c.* & Voto VIII, p. 420: *Im Römiſchen Reich, iſt, Krafft des* Religion-*Friedens, jedem, entweder der Catholiſchen* Religion, *oder der Augſpurgiſchen* Confeſſion, *beyzupflichten und zu folgen, freygeſtellt: und ſollen die Obrigkeiten hierumb Ihre Unterthanen und Bürger, ſo ſie an andere Oerter, Ihrer* Religions-*Übung nachgeben, und GOtt was GOttes, und der Obrigkeit, was der Obrigkeit iſt, geben, hierum nicht ſtraffen, vielweniger ausſchaffen &c.* Nec aliter in *Declaratione auf die vermeinte Reſponſiones der Herren Catholiſchen, ad Gravamina Evangelicorum*, An. 1641, apud *Londorpium* Tom. V. *Act. Publ.* lib. I. Cap. 131. pag. 419, §. 9. ibi: *So weiſen auch die* Acta de An. 1555, *aus, welcher geſtalt, von 4 Catholiſchen, und 4 Evangeliſchen* Deputirten, *dieſer* Punct *erwogen und erörtert werden, daß nemlich den Unterthanen freyſtehe, mit den Ihrigen, an andere Orte zu ziehen, und ſich nieder zu thun; oder, an dem Catholiſchen Ort zu bleiben, und ihre* Religion *zu Hauß, in der Stille, zu üben: daraus der vielgedachte* Religion-*Frieden billig zu* declariren *iſt &c.* Comprobant eandem theſin: *Rumelinus* in *Aur. Bullam*, Part. 3, Diſſ. 2, Corollar. VII, p. 748; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 83. §. 6, p. 725, &, in Notis ad *Rumelinum*, Part. 2. Diſſ. V, §. VII, p. 615, ibique allegati; *Stephani*, de *Jurisdſct.* D. 1. c. 7. §. 470; *Petrus Syringius*, de *Pace Relig.* §. 35; *Cranius*, de *Pace Relig.* P. 2, probl. I; *Limnæus. Jur. Publ.* lib. I. Cap. XIII. §. 61 & 62, pag. 257: *Carpzovius* in *Aur. Bullam*, Tit. XVI, Quæſt. 4. §. 11 & ſeqq. Dn. *Lincken*, de *Jure Epiſcopali*, Cap. XVI, §. 13. pag. 588; Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. 2, Cap. XII. §. 3, p. m. 895; Dn. *Rhetius, Inſtitut. Jur. Publ.* Lib. 2. Tit. I, §. 28. pag. 335; Dn. *Cortrejus*, Tom. 3. *Corporis Juris Publici*, in Obſervatis ad Art. XI. *Pacis Religioſæ*, §. 4, p. 227; §. 8. p. 248; §. 17, p. 250; §. 21, pag. 251, paſſimque alibi. Dn. *Fürer*, Diſſ. de *Anno Decretorio 1624*, (cujus præc. §. 28. lit. d. memini) Cap. 3, §. 4. pag. 42. Alii multi. Contrarium tamen defendunt *Dillingenſes* JCti, in *Compoſitione Pacis*, in Præfat. princip. §. *Nervus*; & Pontificii ferè omnes; Sic, in cit. Cauſa *Johan Leber, contra T. ob ein Catholiſcher Geiſtlicher, von ſeiner* Religion, *zur andern treten, und ſich verheurathen möge, und ihm ſolches ungeſtrafft nachzuſehen?* apud *Lehmannum* l. c. lib. 3, Cap. XXIII. Vot. 2, pag. 398: *Eine Obrigkeit kan einen Unterthanen, der die* Religion *ändert, gedulden, oder ausſchaffen, aber nicht am Leib, oder Gütern, ſtraffen &c.* Et, in cit. *Cauſa Ortenburg, contra Bayern*, apud eundem, l. c. Cap. XXVI. Voto I, pag. 408: *Am Cammer-Gericht wird der* Religion-*Fried dergeſtalt ausgelegt, ſo die Unterthanen ihrer Obrigkeit* Religion *nicht wollen folgig ſeyn, ſo möge die Oberkeit ſolchen Unterthanen, unverletzter Ehren und Güter, auszuziehen gebieten; dergleichen Gebott wird am Cammer-Gericht geduldt &c.* & Voto 3, pag. 411: *Obrigkeit mag Ihren Unterthanen gebiethen, daß ſie entweder, der* Religion *halben, ihrer Verordnung gemäß, leben, oder ausziehen, aber hat nicht Macht dieſelbe zu thürnen &c.* & Voto 10, p. 422: *Bürger und Unterthanen ſollen Ihren Obrigkeiten, in* Religion-*Sachen, Gehorſam leiſten, oder ausziehen &c.* Add. Declaratio Plenipotentiariorum Cæſareorum, in puncto Gravaminum Religionis Proteſtantium, de An. 1646, apud *Londorpium*, Tom VI. *Act. Publ.* lib. 3, Cap. XXXVI, §. 13, p. 53: *Wie dann das* Beneficium emigrandi *der Obrigkeit, als den Unterthanen, gemein; und nemlich der Unterthan, wider ſeiner Obrigkeit Verbott, mit Beſchwärung ſeines Gewiſſens, unter derſelben zu bleiben, nicht ſchuldig: Hingegen die Obrigkeit eben wenig den Unterthan, da er ſich der* Reformation *nicht untergeben wolt, zu gedulden verbunden ſeyn ſoll &c.* quæ verbotenus etiam continentur *in den fernern Vorſchlägen* Catholicorum, ſub dato *Münſter*, 12 Julii, 1646, apud Dn. *Cortrejum* l. c. §. 12, p. 349; Conf. *Buckiſch*, ad *Inſtrum. Pacis*, Art. V, §. 36, *Obſervat.* 99. p. 244; & Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publici*, Part. 2, Cap. XXXIII, §. 224, p. 909; urgentes, quod Art. V. *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* §. 36, expreſſis verbis mentio coactionis fiat, ibi: *Quod ſi vero ſubditus, qui nec publicum, nec privatum, ſuæ Religionis exercitium, anno 1624. habuit, vel etiam, qui, poſt publicatam pacem, Religionem mutabit, ſua ſponte emigrare voluerit, aut à Territorii Domino juſſus fuerit, liberum ei ſit, aut retentis bonis, aut alienatis, diſcedere &c.* & rurſus, §. 37, verb. *ſive voluntariè, ſive coactè emigrantibus &c.* Eodem reſpicere videtur *Schilteri* doctrina

doctrina, de *Pace Religioſa*, Cap 3. §. VI, pag. 193; omnesque, qui perhibent, eos minimum ad emigrandum cogi poſſe, qui, anno 1624, neque publicum, neque privatum Religionis, cui addicti ſunt, exercitium habuere. Vid. Dn. *Cortrejus* l. c. §. 10, pag. 249.

Enimverò, *coactionem* hanc non ita crudè accipiendam eſſe, ſed ſaltem ad eos extendendam, qui ſpontè ad migrationem ſeſe offerunt, poſteaque eandem detrectant, ex Proteſtantium *Endlichen Gegen-Vorſchlägen*, de An. 1646, 24 Aug. Art. XV, apud Dn. *Cortrejum* l. c. § 13, p. 249, ut & Projecto Plenipotentiarii Suecici, *Johannis Adleri Salvii*, circa medium Novembris, an. eod. Monaſterii vulgato, ibid. §. 14, p. 249, diſcere eſt. Quamvis Romano-Catholici in Projecto Receſſus, prid. Kalend. Decemb. anno 1646, Osnabrugæ, & menſe Januario 1647, Monaſterii, opinionem ſuam de emigratione coactiva repetierint, verbis: *Wie dan auch das* Beneficium Emigrandi *nicht nur den Unterthanen, ſondern auch der Obrigkeit, gemein; und nemblich der Unterthan, wider ſeiner Obrigkeit Verbot, mit Beſchwärung ſeines Gewiſſens, unter derſelben zu bleiben nicht ſchuldig; Hingegen die Obrigkeit eben wenig den Unterthanen, da er ſich der* Reformation *nicht untergeben wolte, zu gedulten (auſſerhalb, was eine jede Obrigkeit, aus Chriſtlicher Sanfftmüthigkeit, freyen Willen, und lautern Gnaden, nachſehen wolte, verbunden ſeyn ſolle;* conſtanter autem inhærebant Proteſtantes, omnem abeſſe debere ab Emigratione coactionem, niſi ad abitum voluntarium quis ſe offerat, poſtea vero detrectare moliatur; vid. Dn. *Cortrejus* l. c. §. 15, & §. 16, p. 250, ubi, ex Protocollo Articuli XII. Pacificationis Weſtphalicæ, §. 45: *Repetiren die Herren Kayſerliche voriges*, de Subditorum Emigratione neceſſaria, *wo keine* Pacta *vorhanden.* Ad hæc Proteſtantes: *derer Herren Catholiſchen Unterthanen, die jetzo Evangeliſch ſeyn, und ihre* Deſcendentes, *ſollen, der* Religion *halben, aus dem Lande zu ziehen, nimmermehr gezwungen werden &c.* Quibus Dn. *Cortrejus* annectit: *In eadem ſententia permanſerunt Sueci in Projecto Tabularum Pacis, d. 14 April. anno 1647. exhibito,* Art. XVI. §. 14, ibi: *Neque Religio, vel Evangelica, vel Catholica, cuiquam ſit impedimento, quo minus vel manere, vel migrare, bonaque ſua liberè adminiſtrare queat. Quod ſi ſua ſponte migrare voluerit, liberum ei ſit, aut retentis, aut alienatis Bonis, diſcedere; abſenti quoque retenta, per Miniſtros, adminiſtrare &c.* & §. 17, p. 250: *Quid, pro ſententia noſtra, poteſt obtineri fortius, quam quod Plenipotentiarii Cæſareani, in Tabulis Pacificationis Cæſareo-Suecicis, ab Ipſis projectis, &, menſe Junio ejusdem anni 1647, Monaſterii typis publice commiſſis, Art. XII, ipſimet diſertiſſime exprimant: Ut ſubditi Aug. Conf. Terras Catholicorum inhabitantes, aut in Patriam redire volentes, qui anno 1624. publicum aut privatum Religionis exercitium, nulla Anni parte, obtinuerunt, Religionis cauſa, ſolum vertere, bona venundare, & emigrare, nullatenus cogantur &c.* Jam ſubjicit ipſius projecti tenorem: *Illi vero Catholicorum ſubditi, Auguſtanæ Confesſioni addicti, ut & Catholici, Auguſtanæ Confesſionis Statuum ſubditi, qui An. 1624, publicum aut privatum Religionis Exercitium, nulla anni parte, obtinuerunt, quotquot eorum, tempore publicatæ, per Imperii Circulos, præſentis Pacificationis, in unius vel alterius Religionis Statuum Immediatorum Ditionibus habitare deprehenduntur, (quibus ii etiam annumerandi erunt, qui, ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium, alio commigrarunt, &, facta pace, in Patriam redire volunt) Religionis cauſa, ſolum vertere, bona venundare, & emigrare, nullatenus cogantur, ſed patienter tolerentur, &, conſcientia libera, domi devotioni ſuæ, ſine Inquiſitione, aut turbatione, privatim vacare, in vicinia vero, ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio intereſſe; vel liberos ſuos exteris Auguſtanæ Confesſionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus inſtruendos committere, non prohibeantur. --- Quod ſi vero ſua ſponte migrare ſubditus voluerit, aut ſua vendere, liberum ei ſit; aut retentis bonis, aut alienatis, diſcedere, retenta, per Miniſtros, adminiſtrare, &, quoties ratio id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas, libere redire. Emigratio quoque hæc voluntaria, prætextu ſervitutis, aut alio, neutiquam impediatur, aut migraturis teſtimonia Nativitatis, Ingenuitatis, Manumisſionis, novi Opificii, honeſtæ vitæ, denegentur, nec iisdem Reverſalibus, aut decimationibus Subſtantiæ, ſecum exportatæ, plus æquo extenſis prægraventur. Illi denique Statuum Immediatorum Subditi, qui, poſt Pacem per Circulos Imperii publicatam, deinceps futuro tempore diverſam ſuo a Superiore Religionem profitebuntur, & amplectentur, juſſu quidem Magiſtratus, Religionis cauſa, termino præfixo decennali, emigrare teneantur; quod ſi, intra hoc ſpatium, bona ſua vendere, aut commoditatem domicilii*

trans-

(*b*) SUPERINTENDENTES &c. De Conſtitutione Perſonarum Eccleſiaſticarum in genere, evolvas *Seckendorfium* l. c. Cap. XIII, pag. 288 &c. *Carpzovium*, *Jurisprud. Conſiſtor.* Lib. I, Tit. 3 tot. In plerisque Evangelicorum Eccleſiis conſtituuntur, Epiſcoporum loco, *Superintendentes*, quorum officium verſari ſolet, tum circa ea, quæ ſunt *Ordinis*, tùm circa ea, minimum pleraque, quæ ſunt *Legis Diœceſanæ*; proinde habent inſpectionem ſuper alios Paſtores, per Diœceſes quibus præfecti ſunt, Populumque Diœceſi ſubjectum; Viſitationes Eccleſiarum expediunt; Ordinationes peragunt, novosque Paſtores, morum, doctrinæ, donorumque inquiſitione prævia, imponendu manus conſecrant; Paſtores non rectè incedentes officii admonent, etiam, ubi opus, corripiunt. &c. Vid. *Carpzovius* l. c. lib. I, Tit. 2. Definit. XIX, §. 1 & ſeqq. pag 32; *Reinking*. de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 3, Claſſ. 2, Cap. 3. §. 16 & 17. pag. m. 1170; *Mevius*, Part. VII *Deciſionum*. Deciſ. XXVI, §. 2 & 3, p. 1041; *Matth. Stephani* de *Juriſdict.* lib. 3, Part. I, Cap. 16. §. 1; *Finckelthauſ.* de *Jure Patronat.* Cap. 4. §. 24; *Seckendorf* l. c. cit. Cap XIII. §. 9, p. 302. Non niſi a Domino Territoriali vocantur. Adeoque in locis, ubi Paſtor ſimul Superintendens eſt, poteſt quidem is, qui Patronatus jure gaudet, Paſtorem vocare ſed non ſimul Superintendentis munus ei conferre; quippe quod ſolius Principis eſt. Vid. *Carpzovius* l. c. §. 5, p. 32. qui §§ 12, 13, 14 & 15, p. 33 & 34, præjudiciis theſin illuſtrat. *Seckendorf* l. c. §. 8. pag. 300. Sugillat hæc, Abbatiali more, Dn. *Robertus Kolb*, *Arnsburgenſis* Monaſterii, *Ciſtertienſis* Ordinis, in Wetteravia, Præſul, in *Aquila Certante*, Art VII *Conſultationis Signi I Salmenſis*, §. 2, pag 25 verb. *Weil die Un-Catholiſche Herren, und Stände, die Conſiſteria beſtellen, von welchen alsdann ihre Miniſtri Gewalt empfangen zu predigen, und die Sacramenta zu adminiſtriren, alſo ultimatè & principaliter von den weltlichen Herrſchafften, denen GOtt über ſolche Geiſtliche und Göttliche Dinge, oder Wercke, keine Gewalt geben hat, herkommen: Dahero nicht mehr Geiſtlicher Gewalt in dem Superintendenten, Inſpectore und Pfarrern iſt, als in den weltlichen Herrſchafften; daß alſo wahr iſt: qualis populus, talis & Sacerdos, Iſaia, Cap. 24 &c.* Sobrius autem de Superintendentibus noſtris, eorumque vocatione, philoſophatur Dn *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. 2, Cap 33, §. 4, v. 276, p. 944; de noſtratibus ne dicam, qui ſexcentis voluminibus jam vocationem Paſtorum noſtrorum legitimam probarunt.

(*c*) PROVINCIALIA &c. Alibi Synodos. Vid. *Seckendorf* loc. cit. Part. 2, Cap. XII, §. 5, pag. 286; *Reinking* l. c. Lib. 3, Claſſ. I, Cap. 4. §. 17, pag. 1082 & 1084; præſertim *Carpzovius*, de *Jurisprud. Conſiſtor.* Lib. I, Tit. I, Defin. 5, §. 2 & ſeqq. p. 10 & 11; Sanè, cum Rerum publicarum Rectoribus, ſeu Principibus noſtris, qua Statibus Politicis, incumbat, proſpicere, ne errores pernicioſi & fœda in Eccleſiam Schiſmata inducantur, ſeditioſisve contentionibus purus Dei cultus impediatur, ſicque una quies publica turbetur, arg R. J. *Norimberg.* An. 1524. §. 28 & 29; nec non *Auguſtani*, An. 1525, §. 1, aliorumque, verbis præced. §. 25, lit. a, occurrentibus; palam eſt, ad Eos quoque ſpectare jus indicendi Synodos, utpote in quibus tam de cunſervanda Evangelicæ doctrinæ puritate & concordia, quam de evitandis ſcandalis, retinenda diſciplina Eccleſiaſtica, ritibusque Eccleſiaſticis probe obſervandis, &c. agi ſolet. Vid. *Reinking* l. c. *Carpzovius* l. c. §. 6, 7 &c. p. 10; Dn *Bohmer*, *Introduct. in Jus Publicum univerſale*, Part. ſpec. lib 2, Cap. V, §. 26, p. 477 &c. Conf. late, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a.

(*d*) GYMNASIA &c. De Jure Statuum Imperii erigenda Scholas & Gymnaſia, legendus omninò *Seckendorffius* l. c Part. 2. Cap. XIV, tot. pag. 303. ut & *Carpzovius* l. c Lib I, Tit. I. Definit. IX, pag. 16 & 17; add. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part 2, Cap. 23, §. 4. v. 36, p 739; Interpretes Juris publici omnes. Pertinent huc, quæ præced. Tit. 2, §. 55, lit b. v. 1 & 2, p. 227 &c. dicta ſunt.

(*e*) AB IMPERATORE &c. Vid. præced. Tit. 2, § 55. lit. b, v. 3 & 4. p. 230 &c.

(44) Amplius, ad diſpoſitionem univerſalem, & communes illas proviſiones, quæ Rempublicam, & ejus ſalutem in genere attingunt, referre maximè licet illa, quæ cum cæteris habent aliquid negotii.

(45) Hactenus enim præcipua Jura ipſum Territorium concernebant, & in eodem terminabantur. Sequuntur, quarem cum peregrinis expediunt, idque vel hoſtili, vel pacifico animo: quod efficit Jus armorum, ſeu Belli, & Jus Pacis & Fœderum.

(46) Jus

Digitized by Google

(46) Jus armorum (a) univerſis vel ſalutem, vel interitum, maturare poteſt; ideoque inter maxima ſemper referendum eſt. Quamvis autem externos imprimis concernat, quod civem refractarium Judicia coërceant, quæ fruſtra hoſti oppoſueris, qui tibi, extra Territorium Jus dicenti, impunè non parere poſſit: atque ideo deſideretur aperta violentia, qua reprimatur injuria adverſariorum, quoties ſedenti quieſcere non licet: nihilominus vel ideo quoque inter prima Civitatis Jura reponitur, quod ſeditioſos ſubditos, qui in hoſtes degenerant, hoc validum inſtrumentum in ordinem cogat, & obſequium Principi exhibere doceat.

NOTA.

(a) JUS ARMORUM &c. Competere hoc Jus Imperii Statibus, tralatitium eſt, modò nec univerſalibus Imperii Legibus, nec Provinciæ particularibus, inde fiat injuria. *In der Erb-Landes Vereinigung des Rheiniſchen Ertz-Stiffts Colln*, de An. 1463, poſtea, an. 1550. confirmata, Art. VI, apud *Fabrum*, Tom. VI. *der Staats-Cantzley*, Cap. VIII, §. 8. pag. 478. habetur: Item, *daſ ein zukommende Herr gein Krieg ahnheven ſall, buiſſen Wiſſen und Willen Capittels, und gemeiner Landſchaffs. &c.* Et *In der Weſtphäliſchen Chur-Collniſchen Landes-Vereinigung*, de An. 1463; annoque 1590. corroborata, Art. XII, ib. §. 9, p. 510: Item, *der Herr ſell keine Krieg anheben, Er thue es dan mit Rhattde und Willen ſeines Capittels, Ritterſchaffs und Stette des Ertz-Stiffts Collen &c.* & §. 15. *Sell der Herr vorthan keine Verbündniſſ machen, noch angehen, bauſſen Wiſſen und Willen des Capittels, Edelmann, Ritterſchaffs und Stätten des Ertz-Stiffts Collen vorgeſchrieben &c.* Hinc Capitulum Colonienſe, in literis ad Cæſarem, ſub dato *Colln*, 12 Dec. 1701, apud *Fabrum* l. c. Cap. VIII, §. XV, p. 543: *Das einſeitige Jus Fœderum & Armorum, iſt einem zeitlichen Ertz-Biſchoffen, vermög beyder bieſiger Erblandiſchen Einigungen, und zwar in der Rheiniſchen, §. 6; und in der Weſtphaliſchen, §. 55, ausdrücklich unterſagt; und kan hierwider die praetextirte Landes-Noth, und Krieges-Gefahr, und was dergleichen mehr zum Schein eingerückt wird, nichts erheben.*

(47) Jus Belli (a) eſt poteſtas conſtituendi de omnibus Belli Inſtrumentis, aut circa ipſum bellum inchoandum finiendumque, neceſſariis.

NOTA.

(a) JUS BELLI &c. Vid. quæ præced. Tit. 2, §. 69, lit. a, p. 348 &c. & Tit. 3, §. 5, lit. a, p. 374. extant. Nititur inprimis belli præſidium obligatione, qua Reipublicæ Rector, ſeu Princeps, ſubditos adverſus hoſtium vim, tueri ac defendere ex officio tenetur, ut vitam tranquillam ſecuramque, ſub Ipſius Imperio, ducere queant; vid. ſeq. §. 149, lit. a. Hinc ſimul ratio precum, quarum 1 *ad Timoth.* 2. *v.* 1 & 2, *D. Paulus* meminit. Nec abludit *Cicero*, 1 de Officiis, cap. 23: *Qui* (ſuos) *non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi Parentes, aut Patriam, aut Socios, deſerat &c.* Conf. *Reinking*, de *Regimine Secul & Eccleſ.* lib. 2, Claſſ. 3, Cap. 2, §. 23, p. 1011; Dn. *Bohmer*, *Introduct. in Jus Publicum Univerſale*, Part. ſpec. Lib. 2, Cap. I, §. 1 & ſeqq. pag. 304 &c. præſertim Legati Gottorpienſis Conſilium, ſuper Occupatione Ducatus Slesvicenſis, an. 1684. à Danis ſuſcepta, in Comitiis expoſitum, §. 15, apud *Lundorpium*, Tom. XII. *Act. Publ.* Lib. 13, Cap. 119, §. XV, p. 270. Add. ſeq. §. 81, lit. b.

(48) Et ſic Principes Imperii noſtri, & reliqui Status, habent Jus Armandiæ, (a) non tantum ex inſtrumento Pacis, Art. VIII, ſed etiam, ab immemoriali tempore, vigore ſuperioritatis Territorialis. *Limn. lib. 3. Jur. Publ. c. 8. n. 210.*

NOTA.

(a) ARMANDIÆ &c. De Regali hoc, loquitur 2. F. 56, *Quæ ſint Regalia?* Conf. *Petrus Gregorius* Tholoſanus, de *Republica*, lib. IX. Cap. I, §. 13, pag. 349; *Roſenthal*, de *Feudis*. Cap. V, Concluſ. 119. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib 2, Cap 1, §. 2 & ſeqq. p. m. 238 &c. *Einſiedel*, de *Regalibus*, Cap. 2, *Regal.* XXIII, §. 257 &c. p. m. 265 &c. *Beſoldus*, de *Regalibus*, Cap X, §. 1; ibique allegati; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 74, § 3, pag. 665 &c. *Arniſaus*, de *Jure Majeſtat.* lib. 2. Cap. 4, n. 2, pag. 334; *Limnæus*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 210, pag. 245; *Rumelinus* ad A. B. Part. 3, Differt. 3, §. XXI, p. 777 &c. *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, p. m. 410 & 411; *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*

vitatum Imper. lib. 2, Cap. 22, § 56 &c. pag. 466; *Reinking*, de *Regim. Secular. & Eccleſ.* lib. I. Claſſ. V, Cap. VI, §. 14 & ſeqq. pag. m. 600 &c. Dn. *Multzius. Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. V, §. 4. v. 176, p. 316; Doctores Juris Publici omnes.

(49) Armandiæ voce, vel Fabricatio (*a*) armorum, vel magis uſus armorum publicus intelligendus eſt. *Roſenthal, de Feudis, Cap. V, Concluſ. 19.* Qui vel ideo etiam Principibus conceſſus eſt, ad præſtanda eo promptius (*b*) auxilia Circularia; *Damit, von einem Fürſten und Stand des Reichs, die ſchleunigen Reichs- und Crayß-Hülffen können geleiſtet werden. Tabor de Armamentar. Part. 1. c. 1. n. 18.*

NOTÆ.

(*a*) FABRICATIO &c. Regulariter hoc jus accipi de Jure inſtituendi fabricas armorum bellicorum, (ſive officinas publicas, in quibus arma fabricantur,) habendique armamentaria publica; tradunt *Sixtinus* l. c. Cap. I. §. 5. p. 239: *Einſiedel* l. c. §. 258, p. 265. *Roſenthal* l. c. *Arniſæus* l. c. *Mylerus* l. c. *Daniel Otto* l. c. pag. 411, *Beſoldus* l. c. *Multzius* l. c. Quandoque tamen ſumitur quoque vox hæc de Jure utendi armis bellicis. *Roſenthal* l. c. Imo, de Jure percipiendi vectigalis ab eis, quibus licentia faciendorum armorum bellicorum conceditur. Vid. *Daniel Otto* l. c.

(*b*) PROMPTIUS &c. Vid. *Reinking* l. c. §. 17, p. 600; *Knipſchild* l. c. §. 57, p. 466; *Myler*, l. c. §. 3, p. 666.

(50) Vi hujus Juris, Status Imperii, in ſuis Territoriis, habent Armamentaria (*a*) publica; inſtituunt fabricas (*b*) Armorum; imò, ipſis Circulis, eorumque ſcriptis ac immatriculatis Statibus Imperii, ſingulari Imperiali Receſſu, injungitur: (*c*) *Daß ein jeder Krayß, mit ſeinem erwehlten Obriſten, Zu- und Nach-Geordneten, auch andern Befehls-Leuten, Geſchütz, Artollerey, Munition, und was dazu gehærig, in guter gewiſſer Bereitſchafft ſtehen ſolle. R. A. de An. 1570. §. Sintemahl auch aus hochbewegenden Urſachen, &c. 22.*

(*a*) ARMAMENTARIA &c. *Offene Zeug-Häuſer*; Vid. *Petrus Gregorius* Tholoſanus l. c. *Knichen*, de *Jure Territorii*. Cap 3, §. 352, pag. m. 94; *Speidel, Notabil.* voc. *Lands- und Fürſtl. Oberkeit*, p. 599. §. 4; *Rumelinus* in A. B. Part 3, Diſſ. 3, § XXI, p. 777; ibique *Mylerus*, in Addit. p. 778; Quæ inſtructa ſint Copia Tormentorum majorum, bombardarumque minorum varii generis; (*Gantz- und Halben Cartaunen, Feldſchlangen, Batterie-Stücken, Falconetten, Doppel-Hacken, Muſquetten, Flinten, Carabiner &c.*) balliſtarum, (*Feuer-Morſern, Stein-Werffer &c.* Sclopetorum; gladiorum; (*Sæbel, Schwerdter und Degen*) loricarum, galearum & Scutorum; (*Pantzer, Sturm-Hauben und Bruſt-Stücken &c.*) Globulis itidem tam ignivomis, & quidem majoribus & minoribus (*Carcaſſen, Bomben und Granaten*) quam tormentariis aliis (*Stück- und Muſquetten-Kugeln &c.*) diverſis machinis & inſtrumentis, ad faciendum opus neceſſariis; (*Hauen, Pickeln, Schauffeln, Spaten, Mauer-Brechern, Petarden,*) Culleis è corio factis (*ledernen Schlauchen zu den Lauf-Feuern*) Saccis arenariis (*Sand-Säcken*) Corbibus loricalibus (*Schantz-Korben*) Equis Grœningenſibus (*Spanniſchen Reutern*) Pulvere pyrio (*Stück- und ander Pulver*) Flagellis, (*Lunten*) Sertis piccis (*Pech-Krantzen*) infinitisque rebus aliis. Conf. ſeq. §. 51, lit. b. De Armis Germanorum Veterum, latè agit *Hachenbergius*, in *Germania Media*, Diſſ. 4, §. 7, ad 10, p. 114 ad 122; Arma Majorum noſtrorum An. 1442. ex *Schottelio*, *von der Teutſchen Sprach*, f. 689, recenſet *Dietherr*, in Additionibus ad *Beſoldi Theſaurum*, voc. *Zeug-Hauß*, pag. m 1038. Faciunt inſuper huc: *Polyderus Vergilius*, de *Inventione Rerum*, lib. 2, Cap. XI, quo, *de primo Armorum & æneorum tormentorum uſu*, agit, pag. m. 122 &c. *Heronis, Belopoëtica*: *Merſenni, Balliſtica & Acontismologia*; *Laurentii Mellieti, Diſcurſ. Milit. & Polit. ad Tacitum*, diſc. 4; *Leonhardus Fortius, de Re Militari, variisque Inſtrumentis bellicis*; *Beſſoni, Theatrum Inſtrumentorum & Machinarum*; *Vannochii Birungucii Pyrotechnia*: *Beſoldus*, de *Bombardis*; *Bœcleri, Ingenieur-Schul*; *Georgii Conradi Martii, Europaiſcher Ingenieur*: *Recueil de differentes Manieres de fortifier en Europe*, quem ego an. 1698. edidi, præſertim, Lib. 5 Cap. 5. p. 182 & 183.

(*b*) FABRICAS &c. Ceu præced. §. 49. dictum.

(*c*) INJUNGITUR &c. Conf. *Knipſchildius* l. c. §. 57. pag. 466; *Mylerus, de Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 3, §. 4, p. 667.

(50) Hinc

(51) Hinc fluit Jus prohibendi, ne arma, vel pulvis pyrius (*a*) ad exteros, ſub gravi pœna, quocunque titulo, transferantur, (*b*) *arg. L. 2. C. Quæ res exportari non deb.*

NOTÆ.

(*a*) PYRIUS &c. *Bertholdum Schwartz*, Friburgo-Brisgovienſem, Ordinis S. Franciſci Monachum, pulverem pyrium inveniſſe, primumque ejus uſum Venetiæ, Genuenſium Reipublicæ arma inferentibus, an. 1380, oſtendiſſe, communis traditio eſt. Vid. *Polydorus Vergilius* l. c. pag. 124. *Hofmannus*, *Dictien. Univerſ.* p. 279; Alii tamen Authorem celebrant *Franciſcum Georgium*, Senenſem; aliique, diſcipulum ejus, *Petrum Navarrum*, Cantabrum; *Voſſius, Theolog. Gentil.* 2, 63.

(*b*) TRANSFERANTUR &c. Vulgari titulo vocantur hujusmodi merces hodie: *Contraband-Waaren.* Quid autem voce hac includatur, petendum ex Tractatu maritimo, An. 1655, 10 Maji, Pariſiis, inter Dnn Comitem de *Brienne: Haligre* & *Bignen*, nomine *Ludovici XIV*, Regis Galliæ, & Dnn. *Penshornium* atque *Mollerum*, Reipublicæ Hamburgenſis Senatores, qua *Hanſæ Teutonicæ* Legatos, confecto, apud Dn. *Cortrejum*, Tom. I, *Corporis Juris Publici*, Part. 3, in Obſervationibus ad *Pacificationem Riſwicenſem*, Art. 52, p. 416, ubi Art. 2: *Per merces prohibitas, ſive* de Contrebande, *intelliguntur res ad bellum neceſſaria, videlicet: Tormenta ænea majora; Bombardæ minores; pyroboli; glandes ignitæ; Exoſtræ; Carbunculi ignei; Sauciſſæ; Malleoli, & alia inſtrumenta bellica; balthei: pulvis tormentarius: reſtes incentivæ: nitrum: omnisque generis arma, cujusmodi ſunt: Haſtæ militares, Machæra, caſſes, galeæ exploratoria, loricæ, bipennes, miſſilia, aliaque ad bellum pertinentia; nec non Equi, linteum ex quo vela conficiuntur &c.* Gallico idiomate hæc ita exprimuntur: *Lesquelles marchandiſes de Contrebande ſont entendües étre: Munitions de Guerre: Armes à feu, ſçavoir: Canons, Mouſquets, Mortiers, Bombes, Petards, Grenades, Sauciſſes, Cercles, Affuts, Fourchettes, Bandoulieres, Poudre, Meſche, Salpetre, & toutes autres ſortes d'armes, comme: Picques, Epées, Morions, Caſques, Cuiraſſes, Hallebardes, Javellots, & autres armes, ſervans à la Guerre; enſemble des Chevaux, des Cordages, & des Toiles royales, qui ne puiſſent ſervir qu' à faire voiles &c.* Conf. Inſtrumentum Pacis *Gallo-Hiſpanicæ*, in *Inſula Phaſianorum* concluſæ, An. 1659, 7 Nov. Art. XII; Tom. I. *Theatri Pacis*, pag. 457; ut & Memoriale Circuli Suevici, ad Cæſarem directo, ſub dato *Ulm*, 20-30. Nov. 1692, apud *Fabrum*, Tom. I. *der Staats-Cantzley*, Faſcic. 3, §. 2, p. 168 &c. Nec non, *Receß, wegen der Contrabanden, in Schwaben*, de An. 1693, 30 Julii ſt. v. ibid. pag. 177 &c. *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Contrabant*, pag. m. 78; *Mylerus* l. c. §. 6. pag. 668. ut &

Art. VII. Tractatus Commerciorum inter Sacratiſſ. Imperatorem *Carolum VI*, & *Philippum V.* Regem Hiſpaniarum, ſub dato *Viennæ Auſtriæ*, 1 Maji 1725.

Porrò ad tollendas contentiones, quæ ſuper vocabulo mercium interdictarum, vulgo Contrebande, *naſci poſſent, è re viſum fuit declarare, iſthac ſub appellatione comprehendi, omnis generis rerum ſpecies, tam fabrefactas, quam non elaboratas, ad rem bellicam ſervientes, prout ſunt arma quæcunque, tam offenſiva, quam defenſiva, in ſpecie vero Tormenta bellica, Mortaria ignivoma, vulgo* Mortiers *dicta; Falcones quoque & bombardæ, ejaculandis lapidibus adaptata; Pyloclaſtra, Boluli ſulphurei, vulgo* Sauſiſſes; *Glandes igniariæ & manuariæ, vulgo* Grenades; *Globi vel Pilæ, Globuli, item Fiſtulæ, Sclopetæ item & Sclopi manuarii, ſeu* Piſtolets; *Gladii inſuper, Pugiones, Galeæ, Loricæ & Baltei, Pulvis pyrius, Sal nitroſum, Aſſeres & Ligna navibus exſtruendis vel reparandis deſtinata, Vela, Pix nautica, & Funes, quæ omnia confiſcationi obnoxia ſunto, eo tamen duntaxat caſu, quando in ſubſidium hoſtium, aut ad Portum inimicum, cujus Officialibus literæ maritimæ exhiberi deberent, deſtinata eſſe deprehenderentur &c.*

(52) Sic, vi Juris Belli, habent etiam Jus imponendi ſubditis arma, (*a*) *den Unterthanen die Gewehr und Waffen aufzulegen. R. A. de An. 1555, §. Und demnach &c.* Eos in certas cohortes & Legiones dividendi; eosque, ſtatis temporibus, per Centuriones, in armis exercendi, *in den Waffen zu trillen.* (*b*) Item, injungendi ſubditis, ut bene inſtructi compareant, *den Unterthanen zu befehlen, ſich auszumontiren:* (*c*) luſtrare eos, & eorum arma, *die Unterthanen zu muſtern,* (*d*) *und die Wehr zu beſchauen &c.*

NOTÆ.

(*a*) ARMA &c. Vid. *Bidembach, Quæſt. Nobil.* VII, verſ. *Cum portatio armorum*, p. 57; *Limnæus* lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 207, p. 245; *Mylerus*, ad *Rumelinum*, in A. B. Part. 3, Diſſert. 3. §. 20, p. 677; & de *Principibus & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 75, §. 1, pag. 669; *Knichen*, de *Saxonum non provocandi*

Jure

Jure, Cap. V. §. 512, p. m. 303; & de *Jure Territorii*, Cap 3, §. 352, pag. m. 94; *Mevius*, ad *Jus Lubecenſe*, Lib. I, Tit. 2. Art. 1. tot. pag. 90 &c. *Reinking*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.* Lib. I, Claſſ. V, Cap. VI, §. 16. p. 600. *Speidel*, *Notabil.* voc. *Lands- und Fürſtliche Obrigkeit*, p. m. 599, §. 2; *Mulzius*, *Corp. Jul. Publ.* P. 2, Cap. V. §. 4. v. 169. p. 315.

(*b*) TRILLEN &c. Eſt terminus technicus, informationem denotans in arte tractandi arma, quæ vix, ſine correctione reali, ſeu baculo, fieri ſolet; inde forſan Gallorum *étriller*. Conf. *Limnæus* l. c. *Speidelius* l. c. *Beſoldus*, P. 5. Conſ. 233, §. 26. *Mylerus* l. c. p. 670, §. 3.

(*c*) AUS ZU MONTIREN &c. Subditis injungi poſſe, ut perpetuò armati incedant, exemplo Helvetorum probat *Bodinus*, de *Republica*, Lib. 4. Cap. VII. §. 487, pag. m. 762, verb. *Noſtris, æque ac Germanorum & Anglorum, moribus, id* (ferro accingi) *non modo licet, verùm etiam Helvetiorum Legibus neceſſarium eſt*. Annectitque *Speidelius*, in *Notabilibus*, voc. *Geſchütz*, p. m. 417, eos ita ſtrictè Legem hanc obſervare, ut ſæpe gladium non deponant, cum vaccas mulgent, Parthorum ſecuti morem, qui, *Joſepho* teſte, Lib. XVIII. *Antiquit.* Cap. 3, nunquam gladios diſcinxerint. Theſin comprobat *Mylerus* l. c. §. 4, p. 671, reliquique omnes, præced. lit. a. citati.

(*d*) MUSTERN &c. Luſtrare milites, *Soldaten zu muſtern*, referri inter annexa Juris belli, ſicque competere Statibus Imperii, vigore Superioritatis Territorialis, caret dubio Vid. R. J. *Wormat.* An. 1564, §. *Ferner, dieweil*, 22; Conf. *Knichen*, de *Jure Territorii*, Cap. 3, §. 351, pag. 94, & de *Saxonum non provocandi Jure*, Cap. V, §. 511, p. m. 303, ad *Elect. Palat. Lands-Ordnung*, Tit. XIX, §. pen. provocans; *Reinking*, l. c. Lib. I, Claſſ. V, Cap. VI, §. 15 & 16, p. 600; *Limnæus* l. c. §. 208, p. 245; *Speidelius* l. c. pag. 599, §. *Secundo, ex Actibus &c.* *Knipſchild*, de *Jurib. Civitatum*, cit. Lib. 2, Cap XXII, §. 46 & 47, pag. 464; *Klockius* de *Contribut.* Cap. 3, §. 267 & 268. p. m. 79; *Mylerus*, ad *Rumelinum*, l. c. & de *Principibus & Statibus Imperii* l. c. §. 3, pag. 670 & 671; *Mulzius* l. c.

(53) Utrum ſatius ſit, arma ſubditis relinquere, eosque in armis exercere, vel illis ea prorſus adimere, & in armamentariis cuſtodire, quibus, tempore ingruentis belli, armari poſſint? Quæſtio (*a*) Politica eſt, & hic aliena. Interim tamen ex Genio (*b*) cujusque Populi eam decidendam eſſe putamus. Vid. *de ea Bernegger ad Tacitum, de Morib. German. Q. 12.*

NOTÆ.

(*a*) QUÆSTIO &c. Eadem occurrit apud *Mylerum*, de *Principibus & Statibus Imperii*, P. 2, Cap. 75, §. 5, pag. 673. Pro ademptione armorum facit, quod Princeps, hac ratione, ſecurius, tam volentibus, quam invitis, imperare queat; *Ariſtot.* Lib. 5. *Polit.* Cap. 11; *Cædes inſuper ac ſeditiones ab armis ſæpe deriventur; nam qui armatum ſe contuetur, arrogantior fit, &, ad inferendam tenuibus injuriam, audacior, leviſſimaque injuria affectus, ad cædem ferocior: qui vero exarmatus erit, nec quemquam injuria violabit, nec violatus occidet, nec ignominiam contrahet eorum, qui ferro accincti injuriam illatam armis repellere, ac vitæ diſcrimen ſubire recuſant &c.* Sunt verba *Bodini*, de *Republica*, lib. 4. Cap. VII, §. 487, p. 762. Conf. *Tabor*, de *Exarmat.* Sect. 2, Cap. 4, §. 4 &c. *Mylerus* l. c. Perpetuam contra armaturam ſuadet publica ſecuritas; cum facili negotio Cives opprimi poſſint, priusquam arma ex armamentariis deſumantur; ne dicam, exarmatos artis tractandi arma oblivifci, nec, occurrente neceſſitatis caſu, repellendis inſidiis ſufficere. Vid. *Mylerus* l. c. §. 6, p. 673 & 674. *Knipſchild* l. c. §. 47. pag. 464 & 465, ibique citati.

(*b*) EX GENIO &c. Turcarum planè Militiæ legibus exarmatum eſſe oportet, ſi hoſtes longius abſint, vid. *Bodinus* l. c. addens, Lutetiæ Pariſiorum, ſuo tempore, ne breviſſimos quidem gladios bajulis ferre licuiſſe, quod antea in contentionibus, quibus ſæpiſſime implicabantur, ad cædem irati proruperint. Multum intereſſe puto, num Vicini pacem, an rixas, contentionesve, & bella, ament? priori caſu, exarmatio nihil periculi ſecum fert; poſteriori, tutius omnino, ſi ſubditi arma tractare diſcant, ne, ſtrenuè Civitatem defendendi loco, bombardas explodentes inverſo ordine progrediantur, ſibimetve ipſis necem aut damna inferant. Vidi ego haud ſemel innocens vulgus, ardens flagellum ignario admovere, virgâ, qua figendo globulo opus, machinæ nondum extractâ. Nec infrequens eſt, ſupra modum, bombardæ vim experiundo, cana capita, quibus, ut obſoletis murorum cuſtodibus, ſtipendia ex commiſeratione ſubminiſtrantur, nudo ſonitu in gyrum agi, & cum tremore in terram proſterni, quod deplorandum.

Digitized by Google

(54) Neque dubitamus, quin Principes & Status Imperii habeant poteſtatem, ſeu jus, exarmationis, h. e. ſubditos armis exuere; *Den Unterthanen die Waffen abzunehmen, und niederzulegen;* quod vulgo diſarmiren (*a*) vocant. *Tabor de Exarmat. Cap. 4 per tot.*

NOTA.

(*a*) DISARMIREN &c. Eum cui facultas arma concedendi competit, poſſe quoque ſubditos armis exuere, firma concluſio eſt. Pertinet huc 2 F. 27. §. 5, *Si quis ruſticus &c.* & *Joh. Paulus Balſaranus*, Tr. de *Feudis*, quem an. 1596. Venetiis edi curavit, in hunc textum. De varia armorum prohibitione legas *Decianum*, Lib 8. *Tract. Crim.* Cap. 3; In *Regno Hiſpania*, Nobilibus exceptis, nemini, ſine permiſſione, arma geſtare licet; vid. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii* Part. 2, Cap. 75. §. 8, p. 675, ex toto Tit. *Recopilat. Leg. Hiſpan.* lib. 6, Tit. 6. *de las Armas.* Similem Conſtitutionem in Regno Utriusque *Sicilia* exiſtere, obſervavit idem l. c. ex *Carolo Tapia*, de *Jurib. Regni Neapolit.* lib. 5, Tit. 35. ubi eam ſiſtit. De *Genuenſibus, Florentinis, Senenſibus &c.* aliisque Italiæ Rebuspublicis, idem commemoratur; Vid. *Arniſaus*, de *Jur. Majeſt.* lib. 2, Cap. 5. §. 9. *Tabor*, de *Exarmat* Cap. 4, §. 5; *Thuanus*, Lib. XV. *Hiſtor. Guicciardinus*, lib. VII. *Hiſtor. Mylerus* l. c. §. 7 & 8, pag. 675. De *Turcis*, vid. præced. §. 53, Lit. b. Conf. *Knichen*, de *Jure Territorii*, Cap. 3, §. 352, p. m 94; *Limnaus*, Lib. 4. *Jur Publ.* Cap. 8. §. 207, p. 245; *Klockius*, I. Conſil. 34. § 6. *Mylerus* l. c. §. 7, p. 674; *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. V, §. 4. v 170, p. 315.

(55) Subditis ita luſtratis, neceſſarium conſequens eſt Jus ſequelæ, *die Heers-Folge,* (*a*) *und Reiß, oder das Aufbieten,* quo ſubditi, Domino territorii bellum movente, (*b*) ad præceptum comparere, ei aſſiſtere, ac eundem armati ſequi tenentur &c.

NOTA.

(*a*) HEERS-FOLGE &c. Luſtratio namque eum in finem inſtituitur, ut Dominus Militum eo certior eſſe poſſit de auxilio, quod ab eis ſibi pollicetur. Inanis proinde illa foret, niſi luſtrati Dominum ſequi tenerentur; nec intereſt, num bellum ſit offenſivum, num defenſivum? Vid. *Knichen*, de *Jure Territorii*, cit. Cap. 3, §. 351, p. 94 & 358. p. 95; *Klockius* de *Contribut.* Cap. 3, §. 232, p. 74, & §. 273, & 274, p. 79; *Speidelius* in *Notabilib.* voc. *Folg und Raiſe*, p. m. 311; & voc. *Krieg*, p. 586; §. *Hodiè etiam &c.* & voc. *Lands-und Fürſtliche Oberkeit*, p. 599, §. *Ad Superioritatem &c.* *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imper.* lib. 2, Cap. 22. §. 48 &c. p. 465; *Mylerus* ad *Rumelinum*, in A. B. Part. 3. Diſſ. 3, §. 20, p. 777. & de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, tot. Cap. 76, p. 676 &c. *Limnaus* l. c. §. 245, pag. 254. pag. 254; *Seckendorffius, im Teutſchen Fürſten-Staat*, Part. 2, Cap. X, §. 8 & 9, p. 247 & 248, accuratè de hac ſequela diſſerens; *Multzius* l. c. §. 172 p. 315; Dn. *Bohmer, Introduct. in Jus Publicum Univerſal.* Part. ſpec. Lib. 2, Cap. I, §. 31, lit. a, pag. 330. Tempore neceſſitatis ſummæ, indeterminata eſt hæc ſequela: *Solte des Feindes Einfall ſo gar ſchwer ſeyn, ſo müßte endlich ein jedweder, und alſo Mann fur Mann, wer nur, Leibes-Krafften und Alters wegen, fortkommen kan, zur Gegenwehr greiffen:* cit. *Seckendorfius*, l. c. §. 9, p. 247; alias, quandoque dimidia ſaltem incolarum pars, quandoque tertia, quarta, quinta, decima, vigeſima, aut trigeſima duntaxat. &c. ad ſequelam evocatur. Vid. idem l. c. Ubi Pacta conventa adſunt, merito illis ſtandum, pariter ac conſuetudini ſemel introductæ, vid. *Mylerus*, de *Statib. Imper.* l. c. §. 2, p. 678. De variis ſequelæ ſpeciebus, v. g. *Eilend- Cent- Gerichts- Glaits- Lebens- Jagt- Ampts- Feuer- Munſterungs- Folge &c.* agunt *Fritſchius*, de *Jur. Luſtrat. & ſequela*, Cap. 5, n. 1. c. 9. *Knichen*, de *Jur. Territor.* l. c. §. 358, p. 95; *Wehner* l. c. voc *Folge*, p 119.

(*b*) MOVENTE &c. Modo bellum non ſit notoriè injuſtum. De Juſtis belli cauſis in Imperio, (quo (1) Defenſionem referas Religionis Chriſtianæ, contra Infideles, (2) repellendam à Patria vim injuſtam externi hoſtis, (3) redigendam in ordinem rebellium ſubditorum contumaciam; (4) Pacem publicam, adverſus quoslibet turbatores defendendam; (5) auxilium, quod, vi Legum Imperii, Status Statui, caſu neceſſitatis, præſtare tenetur; (6) Auxilium Fœderatis debitum, fideique ſociis &c. quo literæ pertinent Sereniſſ. *Georgii Wilhelmi*, Duc. Brunſ. & Luneb. ad ſingulos Electores, nec non Magnum Magiſtrum Ordinis Teutonici; Epiſcopos: Monaſterienſem, Oſnabrugenſem, Hildeſienſem & Paderbornenſem; Duces Saxo-Gothanum, Vinarienſem & Iſenacenſem; Marchiones Brandenburgo-Onoldinum & Barutinum; Landgravios Caſſellanum & Darmſtadienſem; Duces Megapolitano-Suerinenſem & Wurtenbergicum; Marchionesque Bado-Badenſem & Durlacenſem, ſub dato *Cell*, *26* Maji, quibus notum fecit, quod, tanquam ſponſor Pacis Altonaënſis, copias, in Holſatiam, adverſus Danos in

Ducis

Ducis Slesvicenſis oppreſſi favorem, duxerit; *Faſcic. VI. Actorum Publicorum*, in Cauſa *Dano-Holſatica*, §. VI, p. 17 &c. Pariter ac Ejusdem reſponſio ad literas Sereniſſ. Electoris Brandenburgici, ſub dato *Pinnenberg*, 10 Junii, 1700, ibid. §. XII, p. 56 &c.) evolvi poſſunt ſeq. §. 81; & *Reinkingius de Regim. Secul. & Eccleſ.* Lib. 2, Claſſ. 3, Cap. 2, §. 5 & ſeqq. p. 1008. &c. *Gaillius*, de *Pace Publica*, Lib. I, Cap. 4, §. 4 & ſeqq. p. 16 &c. Cap. XVI. §. 7 &c. p. 64, & 65; & §. 25, p. 68. *Limnæus*, l. c. lib. 4. Cap. 8, §. 248 &c. pag. 255, & 256; *Knipſchild* l. c. Lib. 2, Cap. XXII, §. 15 ad 41, p. 462 ad 464; ibique allegati; *Mylerus*, l. c. Part. 2, Cap. 81, §. 1 & 2, p. 712 & 713. Proinde contraria his ſunt Bella, vel ſola dominandi libidine, finiumque extendendorum gratia; aut inani creſcentis vicini potentiæ metu; aut diverſitatis Religionis, ejusdemve propagationis, intuitu; aut ad infringendas abolendasve Leges fundamentales, Statuta, Pacta conventa, Privilegia, approbatas conſuetudines &c. ſuſcepta vid. *Knipſchild* l. c. §. 42 & ſeqq. p. 464; *Reinking* l. c. §. 47 &c. p 1015 &c. Ut enim, tempore belli Juſti, ſubditi à ſequela eximere ſe non poſſunt, niſi, ubi Pacta, Privilegia, vel Conſuetudo, in contrarium adſunt; ita, poſteriori caſu, ad exemplum Vaſallorum, Dominos ſequi non tenentur. Secus, in cauſa dubia. Vid. *Struvius, Syntagm. Jur. Feudal.* Cap XI, §. VII. v. 2, pag. 422; *Ludwel, Synopſ. Feud.* p. 292.

(56) Sequi tenentur ſubditi Dominum, non tantum in Territorio, ſed & extra Territorium. (*a*) *Knipſchild lib. 2, Cap. 22.* Nec ſolum, ſi Patriæ defenſio hoc exigat, ſed &, ſi dominus pro vindicanda injuria, (*b*) vel tuendis Ditionibus, (*c*) extra Territorium ſitis, bellum ſuſcipere cogatur; aut ablatorum recuperatio (*d*) id exigat; niſi aliud conſuetudo loci, aut Pacta conventa (*e*) velint. *R. A. de An. 1546.* §. *Ferner, dieweil.* Diſſentientium Rationes vide apud *Balthaſar. de Oper. c. 14 f. 350.*

NOTÆ.

(*a*) EXTRA TERRITORIUM &c. Lectu digna ſunt, quæ hic *Menochius*, Conſil 1003, §. 63. & *Roſenthal*, de *Feudis*, Cap. 8, Concluſ. 25. ſuppeditat; Qui, etſi de Vaſallis tantum loquantur, reſpectu Feudi, ſervitia Domino exhibentibus, idem tamen ad ſubditos quoque applicari vel ideo poſſe, quod hi arctius Vaſallis Domino adſtringantur, non malè concludit *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. 3, §. 308, p. 82; Conf. *Knipſchild.* l. c. Lib. 2, Cap. 22. §. 53, p. 465; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2. Cap. 76, §. 2, pag. 677; Alii; contrarius eſt *Joh. Vincent. de Anna*, libro *Singularium*, 560.

(*b*) INJURIA &c. Conf *Mylerus* l. c. Vindicationem illatæ injuriæ juſtas inter belli cauſas relatam videmus *Num* XXXI. §. 2; Exemplis rem illuſtrat *Reinking* l. c. Lib. 2, Claſſ. 3, Cap. 2. §. 40, pag. 1014; Conf. *Knipſchild* l. c. §. 39, p. 464.

(*c*) DITIONIBUS &c. Non facilè tamen ad loca longè diſſita, extra Territorium, ſubditos evocandos eſſe, monent *Klockius* l. c. §. 276, p. 79, & §. 310, p. 82, & *Knipſchild* l. c. §. 53, p. 465.

(*d*) RECUPERATIO &c. Pertinet huc R. J. *Wormat.* 1521, §. 30, *Und als wir &c.* Verb. *Auch dasjenig, ſo dem Reich entzogen, und lange Zeit in frembden Händen geweſen, wiederumb zu erobern, und zum Reich zu bringen &c.* Non minus R. J *Spirenſ.* An. 1529. §. *Weiter haben Wir &c.* 26, ubi: *Welcher Maſs der Türck mit Gewalt wieder hinter ſich getrieben, auch das wiederumb erobert werde, ſo er, etliche Jahr her, unter ſeine Gewalt bracht &c.* Eodem reſpiciunt Capitulationes Cæſarum, *Caroli V*, Art. 9; *Ferdinandi I*, Art. 8; *Maximiliani II*, Art. 9; *Rudolphi II*, Art. 8; *Matthiæ*, Art. 8; *Ferdinandi II*, Art. 8; *Ferdinandi III*, Art. 9; *Ferdinandi IV*, Art. 9, *Leopoldi*, Art. 12, *Joſephi*, Art. 12, & *Caroli VI*, Art 10. Add. *Reinking* l. c. Lib. 2, Claſſ. 3, Cap. 2, §. 35. pag. 1012 & 1013; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap 4, Sect. 3, tot, pag. 102 &c. ibique allegati; *Knipſchild* l. c. Lib. 2, Cap. 22, §. 33, pag. 464; *Klockius* l. c. §. 308, pag. 82.

(*e*) CONVENTA &c. Vid *Capitul. Ferdinandi IV*, Art. 13, verb. *Da wir, zu des Reichs Defenſion, einige Kriegs-Volcker werben ſolten, dieſelbe, ohne Chur-Fürſten und Ständen Vorwiſſen und Bewilligung, auſſerhalb des Reichs nicht führen &c.* Quæ repetita ſunt *Capitul. Leopoldi*, Art. XVI; & *Joſephi*, Art. XV.

(57) Si Principis maxime interſit, propter egregiam ſubditi experientiam militarem, perſonaliter, ut dicunt, ſubditus comparere debet; nec, præſtando intereſſe, liberatur; vel, mittendo Subſtitutum (*a*) *arg. 2. F. 28, in pr. Cap. un. 2. F, 5. Rittershuſ. de Homagio, Concluſ. 194; Klockius, de Contribut. Cap. 2, §. 64;* Vel, dando certam pecuniæ ſummam, *vor die Auswahl.* (*b*)

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) SUBSTITUTUM &c. Eadem, quæ hic dicuntur, offendis apud *Mylerum*, de *Principibus & Statibus Imperii*. Part. 2, Cap. 76. §. 3, p. 678 & 679 Poteſt tamen, & tali caſu, Subditus per Subſtitutum comparere: ſi ille ejusdem cum eo experientiæ ſit; arbitrio boni Viri deciſione relinquenda. Conf. *Kobl*, de *Servit. Feud.* P. 1. §. 148.

(*b*) AUSWAHL &c. Obligatus enim ad faciendum, præciſe id præſtare tenetur. Hinc, niſi de conventione contraria conſtet, loco ſervitiorum, pecunia offerri nequit; excepto ſummæ neceſſitatis caſu, & interveniente boni Viri æſtimatione. Vid. *Klockius*, l. c. Cap. 2, §. 64, p. 49; *Mylerus* l. c. §. 4, p. 679 & 680.

(58) E contrario, ſi Princeps, pro auxilio perſonali, pecuniam exigere velit, ſubditus invitus, ad pecuniæ ſolutionem, cogi non poteſt, (*a*) niſi ſit caſus extremæ neceſſitatis *Balthaſ. de Oper. Cap. 16, ſ. m. 379.* Operarum enim præſtatio ſtricti Juris eſt.

NOTA.

(*a*) NON POTEST &c. Ut Vaſallo, ſeu Subdito, non licet, ſervitiorum loco, pecuniam invito Domino obtrudere; ita nec Dominus à Vaſallo, ſeu ſubdito, in ſervitiorum compenſationem, pecuniam exigere valet; cum aliud, pro alio, petendum haud ſit; Caſu ſummæ neceſſitatis iterum excepto. Vid. *Tiraquellus*, de *Jure Primogenitorum*, Quæſt. 74, n. 2. *Mylerus* l. c. §. 5, pag. 680 & 681; *Klockius* l. c. *Stryckius, Exam. Juris Feud.* Cap. 18, Q. 26. Formulam, qua Elector Bavariæ, ſub dato 23 Sept. 1702, pro ſingulis Equis feudalibus, octoginta florenos exegit, ſubminiſtrat *Faber*, Tom. VII. *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, §. VI, p. 575 &c.

(59) Princeps, bellum gerens, regulariter ſubditis militantibus annonam (*a*) ſolvere tenetur; nemo enim propriis ſumptibus militare præſumitur, *2. F. 107*, niſi conſuetudo Regionis aut Pacta conventa, (*b*) moderationem faciant. *dict. Cap. 2. F. 107. Bocerus, de Jur. Dom. & Vaſall. 1. c. 4. n. 115.*

NOTÆ.

(*a*) ANNONAM &c. Conf. *Mylerus* l. c. §. 6, p. 681; *Roſenthal*, de *Feudis* Cap. 8, Concluſ. 24, §. 2. *Balthaſar*, de *Oper. ruſtic.* Cap. 8, pag. 144. *Vaſquius, Controverſ. Illuſt.* Lib. I, Cap. VI, §. 4, p. 90. *Klockius de Contributionib.* Cap. 3, §. 311, pag. 82. Quod ſi verò Territorialis Domini ærarium exhauſtum ſit, ex obligatione naturali, qua Status Provinciæ Patriam defendere, ſecuramque præſtare tenentur, ſumptus hujusmodi militares à toto Principatu exiguntur. Vid. *Bechtius*, de *Securitate publica*, Concl. 50; *Mylerus* l. c. p. 682; *Klock.* l. c. §. 312, p. 82.

(*b*) PACTA CONVENTA &c. Vid. *Mylerus* l. c. §. 7, p. 682.

(60) De conſuetudine hodierna, Dominus, pro ſervitiis præſtandis, Vaſallo (*a*) ſumptus ſuppeditare debet. *Der Herr giebt ſeinen Lehen Leuten, wann Sie bey Ihm ankommen ſind, und mit Ihm ziehen, Futter, Mahl und Huffſchlag. (b) Carpzov. Part. 3. Conſtit. 28, Defin. 18, n. 11. Late Franciſc. Balthaſar, de Oper. Cap. 3.*

NOTÆ.

(*a*) VASALLO &c. In Electoratu Saxonico, vigore Conſtitutionis *Johannis Georgii I.* Electoris, pro Equo feudali, ſolvitur quotidiè dimidia pars floreni Saxonici. Ill. *Seckendorfius, im Teutſchen Fürſten Staat*, Part. 2, Cap X. §. 7, pag. 251, ait: *Zwar muſs ſonſt gemeiniglich das aufgebotene Land-Volck ſich ſelbſt proviantiren, ſo man auſſerhalb Landes damit ziehet; Den Ritter-Pferden aber pfleget man nothdürfftigen Unterhalt zu geben &c.* Conf. *Klockius*. de *Contribut.* Cap. 3, §. 278. pag. 79. & §. 311, 312 & 313, pag. 82. Potentiſſimum Boruſſiæ Regem & Electorem Brandenburgicum, *Fridericum Wilhelmum*, in Conſtitutione, qua nexum feudalem inter ſe, ut Dominum, & Vaſallos ſuos per Electoratum, ſuſtulit, omnia feuda in allodia transmutando. pro quolibet Equo feudali, annuum Canonem quadraginta talerorum, à feudorum poſſeſſoribus ſolvendum, introduxiſſe, documento eſt Ejus *Aſſecuratio vor die Ritterſchafft in der Chur-Marck Brandenburg*, ſub dato *Berlin* 30 Junii An. 1717, apud Dn. *Zſchackwitz, im Hiſtoriſch-Genealogiſchen Schauplatz, Fünffte Abtheilung*, §. V, p. 305 &c.

(*b*) HUF-

Digitized by Google

(*b*) HUFSCHLAG &c. Hæc tamen conſuetudo univerſalis non eſt; minimum in Ducatu Würtenbergico eam non obſervari, ex *Mylero* diſcimus l. c. §. 7, p. 683.

(61) Si neceſſitas exigat, licet forte Dominus territorii pedeſtrem militem requiſiverit, tamen equeſtrem exigere poteſt; defenſio enim modum accipit ab offenſione; (*a*) Si ergo ad repellendam, vel vindicandam, offenſionem, opus ſit milite equeſtri, eum, loco militis pedeſtris, exigere poterit; nec videtur vero ſimile, Dominum requirendo certum ſervitium, cætera jure communi debita remittere, (*b*) & ex actu voluntario non plus eſt inferendum, quam inde neceſſario ſequitur. *Andr. Kobl. de ſervit Feud. part. 4. num. 151.* niſi pacta conventa inter Dominum & ſubditos aliud velint. *Balthaſ. dict. tract. cap. 11. fol. 263.*

NOTÆ.

(*a*) OFFENSIONE &c. Vid. *Magerus*, de *Advocatia Armata*, Cap. XI, §. 605, p. m. 544. *Myler*, l. c. Part. 2, Cap. 76, §. 9, p. 683.

(*b*) REMITTERE &c. Conf. *Myler* l. c. §. 10, p. 684.

(62) Hic modus quidem legendi milites ex ſubditis, tempore Maximiliani I. non obtinuit, & Principes bellum moturi, non per ſonum tympani, ſed hinc inde in territorio, vel apud exteros milites colligebant.

(63) Vi enim Superioritatis territorialis, & juris belli, Principes & Status Imperii, habent poteſtatem milites conſcribendi, tam in ſuo, quam alterius Imperii Status, ad id conſentientis, territorio; in propriam, Imperii & aliorum ſalutem & defenſionem, *Soldaten zu werben und anzunehmen. R. A. de anno 1525. §. Darzu ſollen. R. A. de anno 1530. §. Demnach ſoll auch.*

(64) Hæc collectio militum fieri debet ſecundum Conſtitutiones Imperii, quæ requirunt (1.) ut Imperatoris *conſenſus* (*a*) adſit. *O. Cam. part. 2. tit. 15. R. A. de anno 1555. §. Wo ſie aber.* Quod tamen quidam non generaliter accipiendum eſſe putant, ſed de caſu, ubi milites colliguntur, offendendi cauſa; haud verò, ubi id fit in propriam defenſionem, & ſuorum. *vid. Knipſchilt. lib. 2. cap. 22. num. 6.* (2.) Ut Princeps militem conſcripturus, gravi cauſa, *durch eine wiſſentliche und betrangte Urſach*, ad hanc collectionem urgeatur. *dict. R. I. de anno 1555. §. Wo ſie aber.* (3.) *Daß niemanden, was Weſens der ſeye, im Heil. Rœmiſchen Reich, hohes, oder niedern Stands, ohne Vorwiſſen, Bewilligung und Erlaubnüß deſſelben Krayß-Obriſten, auch vor dem er ſich mit ihnen der Caution halber endlich vergli. h n, einigen Kriegsmann anzunehmen, zu beſtellen, oder auch Antritt oder Laufgeld zu geben, zugelaſſ n ſeyn ſ. ll. R. A. de anno 1564. §. Demnach ſo declariren. 26.*

NOTA.

(*a*) CONSENSUS &c. Qui tamen rarò hodiè exquiritur, cum Status Imperii, præſertim potentiores, pro lubitu militem legant, iterumque dimittant.

(65) Status, habens Jus ſequelæ in alterius territorio, habet quoque Jus conſcribendi milites, *den Umſchlag:* & habens Jus armandiæ in alterius territorio, jus quoque ſequelæ, jus delectum inſtituendi, jus arma imponendi, jus milites colligendi, & omnia, ad defenſionem ſui territorii neceſſaria, ſibi optima ratione addicit. *Myler. de Stat. Imp. part. 2. c. 79.*

(66) De quo tamen merito dubitaveris, an vi hujus juris, omnia hæc in alterius territorio *exercere poſſit*; Hæc enim Juris publici ſervitutes graviores reddi non debent.

(67) Si Princeps Imperii per alterius territorium, milites ducere (*a*) velit, (1.) cautionem de damno reſarciendo præſtare debet. *R. A. de anno 1598. §.* [illegible] offendab... Præter hanc

Digitized by Google

hanc cautionem requiritur (2.) ut hic tranſitus ab alio poſtuletur. (*b*) (3) ut inermes, aut diviſis manibus, milites transmittantur. (4.) ut impenſa, in transeuntes facta, reddatur. (5) ut obſides dentur His omnibus præſtitis, tranſitus tranſeuntibus denegari non poteſt. (*c*) *Grot. d. I. B. & P. lib. 2. §. 13. Fritſch. de via publ. cap. 8. n. 8. R. A. de anno 1555. §. Wo ſich aber.*

NOTÆ.

(*a*) DUCERE &c. Huc faciunt; ante omnia, *die Marche-Patenta, oder Reglements*; cujusmodi ſiſtit *Faber* l. c. Tom. I, Faſcic. VI, §. 4, p. 430 &c. & §. 7, p. 442 &c.

(*b*) POSTULETUR &c. Nec ipſe Cæſar ab hac petitione immunis eſt, ſi milites, per Status cujusdam Imperii Territorium, ducere velit. Faciunt literæ Cæſareæ ad Electorem Bavariæ, d. d. *Wien* 1687. 8. Mart. *um Verſtattung des Durchzugs, vor die Schwabiſche Auxiliar-Volcker zu Pferd, nach Ungarn.*

Leopold &c.

Wir geben Ew. Ld. hiemit freund-vetterlich und gnädiglich zu vernehmen, was maſſen Uns Fürſten und Stände Unſers und des Reichs Schwäbiſchen Craiſſes, ihrer biſſhero loblich erwieſenen Devotion nach, in bevorſtehenden Feldzug, abermahlen mit einer anſehnlichen Hülff zu Roſs, wider den Erbfeind Chriſtlichen Nahmens, Beyſtand zu leiſten, und das Fuſsvolck, zweiffels ohn, auf dem Donauſtrohm herab zu befordern geſinnet ſeyn. Weilen aber die Reuterey zu Land fortgehen, und Ew. Ld. Territorium *ohnumgänglich berühren muſs. So erſuchen Wir dieſelbe freund-vetterlich, und gnädig, Sie belieben nicht allein obgedachter Schwabiſcher Reuterey den unſchadlichen Durchzug, durch dero Lande, denen Reichs-Conſtitutionibus gemäſs, zu vergonnen, ſondern auch deroſelben allen beforderlichen guten Willen, erweiſen zu laſſen. Wir zweiffeln nicht, nachdem Ew. Ld. ſelbſten dero rühmlichen Eyfer continuiren, die Chriſtliche Waffen und Progreſſen, mittelſt Ihrer tapfferen Aſſiſtentz, ferner befordern zu helffen, Sie werden gern ſehen, daſs die Macht möglichſt verſtärckt werde, und Uns und dem loblichen Schwäbiſchen Craiſs, mit dem verlangten Durchzug, um ſo viel lieber willfahren, geſtalten Sie dann Uns darunter zugleich ein beſonders Gefallen erweiſen werden: Und Wir verbleiben Deroſelben mit &c. &c.*

Reſponſio Electoris.

Allerdurchleuchtigſter &c.

Was Ew. Kayſerl. Majeſt. wegen Verſtattung des Durchpaſſes, vor die in Ungarn deſtinirte zwey Schwäbiſche Crayſs-Regimenter, und zwar vor die Cavallerie zu Land, an Mich gelangen zu laſſen gefällig geweſen, ein ſolches habe Ich aus Derognädigſten Schreiben, vom 8 Aprilis *verwichenen, des mehreren vernommen. Nun iſt Ew. Kayſerl. Majeſt. aus meinen biſſhero gehorſamſten Bezeugungen bekandt, wie willig und eiferig zu allem deme, was die Beforderung derſelben, und des gemeinen Weſens Dienſt, erfordert, zu contribuiren pflege, ſo Ich, bey dieſem abermahls begehrten Durchzug zu Land, ebenmäſſig von neuem gerne bezeugen wolte, Indeme aber dermahlen In Meinen Landen, an glatten, abſonderlich aber an rauhen Futter, ziemlicher Abgang, und bey anhaltender Dürre, auch von der heurigen Graſerey wenig Hoffnung zu machen iſt, Zu dieſem, Meine Lande und Unterthanen, in denen vorigen vielfältigen hin- und wieder marſchiren, bereits ſo viel, als nur immer moglich, zu verſchonen Urſach habe, Deswegen ich dann meiner ſelbſt eigenen Volcker Abmarche dergeſtalten einrichten laſſen, daſs, wie E. K. Majeſt. ſonder Zweiffel, Sich aus der, mit dero Oeſterreichiſchen Ständem Ob- und Unter der Enſs, getroffener Handlung, von ſelbſten erinnern, zu Verſchonung beyderſeits, Land und Leuten, alles, ſo wohl zu Fuſs, als zu Pferd, auf dem Waſſer abgeführt werden ſoll. Will anitzo nicht anführen, daſs Ich mich bey denen, den Schwabiſchen Volckern, hievor verſtatteten Durchzugen, über die, mit Ihnen, vor Mann- und Pferds-Portionen, auf die ſechs Kreutzer bedingte Etappen-Gelder, Ew. Kayſerl. Maj. zu ſchuldigen Reſpect, ſo dann, zu Bezeugung meines, zu dem Schwäbiſchen Craiſs, tragenden Willens, von dem Meinigen noch ein nahmhafftes koſten laſſen: Als lebe der unterthänigſten Zuverſicht, Ew. Kayſ. Maj. werden bey dieſer der Sachen Beſchaffenheit, nicht allein vor unguth nicht nehmen, daſs Ich Mich hierinnen gegen deroſelben entſchuldigen muſs, gleich es auch gegen dem, dieſer Tagen allhier geweſenen Abgeordneten vom Schwäbiſchen Craiſs beſchehen: ſondern die Abführung der Reuterey zu Waſſer, ſo weit ſelbſt lieber ſehen, weilen auf ſolche Weiſs, neben der Montirung, ſo wohl Mann und Pferd, viel beſſer conſervirt bleiben, man auch ſonſten vorm Ausreiſſen, und andern dergleichen Ungelegenheiten, mehrers verſichert ſeyn kan. Und wie Ich nicht zweiffle, beſagte Schwäbiſche Craiſs-Stände, in Zuſammenbringung der, zur Abfarth benothigten Schiffe und Floſs, nunmehro würcklich begriffen ſeyn werden; Alſo auch bin Ich des Erbiethens, habe es auch beſagten Schwäbiſchen Abgeordneten alſo, unter andern, bedeuten laſſen, im Fall Sie etwa an Schiff, oder Floſsleuthen, mangel haben ſolten, Ihnen aus meinen Landen, ſo viel als möglich*

zu

zu entrathen, zu verſchaffen. Thue mich dabey Ew. Kayſ. Maj. &c. München, 9 Maji 1687.

(*b*) SE DEFENDUNT &c. *Nam, adverſus periculum, naturalis ratio permittit ſe defendere &c.* Sunt verba *Caji*, Lib. 7. *ad Edictum Provinciale*, lib. IX. Tit. 2. ff. *Ad L. Aquiliam*, L. 4; *Vim enim vi defendere, omnes Leges, omniaque Jura, permittunt*; ita *Paulus*, Lib. 10. *ad Sabinum*, ibid. L. 45, §. 4. Conf. L. 1. ff. *de Vi & de Vi armata* (Lib. 43, Tit. 16.) ubi *Ulpianus*, Lib. IX. ad *Edictum*, §. 27: *Vim vi repellere licere, Caſſius ſcribit: idque Jus naturâ comparatur &c.* Hinc *Plinius*: *Si vis inferatur, nullum eſt animal, cui non ſit anima injuria impatiens, & prompta, ad ſe defendendum, alacritas &c.* Ad quem locum Legatus *Gottorpienſis*, in Conſilio, An. 1685. in Comitiis expoſito, apud *Lunderpium*, Tom. XII, *Act. Publ.* Lib. 13, Cap. 119, §. XV, p. 270; provocat; Ferarum memor *Cicero*, Lib. 2, de *Natura Deorum*, §. 147. inquit: *Cernimus, ut, contra metum, & vim, ſuis ſe armis quæque defendat: cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones, alia fuga ſe, alia occultatione tutantur &c.* Conf. præced. §. 47, lit. a, & ſeq. §. 149, lit. a.

(*c*) REBELLES &c. Faciunt huc R. J. *Spirenſ.* de An. 1526, §. 6. *Und wiewohl &c.* & §. 8, *Es ſoll ſich auch &c.* & §. 9. *Darauf ſo haben wir &c.* R. J. *Spirenſ.* de An. 1529. §. 14. *Desgleichen ſoll der Articul &c.* Conf. *Berlichius, Deciſ. Aur.* 65, §. 1. &c. p. m. 155. *Cothman*, Vol. V, Conſil. 32, §. 41. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. V, §. 142 &c. p. 310.

(*d*) ASSISTERE &c. Conf. R. J. *Spirenſ.* de An. 1529, §. 14. *Desgleichen ſoll &c.* & R. J. *Auguſt.* An. 1530, §. 70. *Desgleichen ſoll der Artickel &c. Multzius* l. c. §. 141, p. 310.

(*e*) TURBANTEM &c. Referri huc quoque poſſunt Milites circumvagantes, & Zingeri; de quibus R. J. *Auguſt.* An. 1500, Tit. XXVII. *Von den Ziegeunern &c. Reformat-Güter Policey zu Augſpurg*, de An. 1530, Tit. 35, *Von Ziegeunern &c.* R. J. *Spirenſ.* An. 1544, §. 75. *Aber derjenigen halben &c.* R. J. *Auguſt.* An. 1551, §. 81, *Nachdem Uns angezeigt &c.* & §. 82, *Damit nun &c.* præſertim *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg*, An. 1555, Part. 2, Art. XV. add. R. J. *Auguſt.* An. eod. §. 38. *Es ſollen auch &c.* & ſeqq. 39 & 40, & 96. &c. It. *Policey-Ordnung zu Franckfurth*, An. 1577, Tit. XXVIII. *Von den Ziegeunern &c. Erneſti Auguſti*, Elect. Brunſvic. & Luneb. Edict. *von Ziegeunern*, de dato *Hannover* 28 Januar. 1697; Dn. *Multzius* l. c. §. 141. p. 310.

(82) In iſtiusmodi bellis defenſivis, Imperatoris conſenſu opus non eſt. Defenſio enim eſt Juris naturalis, (*a*) &, quod Jure communi licet, precibus impetrandum non eſt. *L. un. C. de Theſaur.* Aſt, in bello offenſivo, Imperatoris præſcientia, auctoritas & conſenſus, requiritur, (*b*) *Ordin. Camer. P. 2. Tit. IX & XV*; *Bocerus, de Bello, l. c. 4 & 5*; adeo, ut, ſi aliter faciant, incidant in crimen fractæ Pacis Publicæ, & in Camera Imperiali, vel Aula Cæſaris, Mandata Avocatoria (*c*) contra eos decernuntur (*d*) ſub pœna Banni (*e*) ac publicationis Bonorum, ut milites dimittant. Quæ Mandata plerumque per Fecialem, *einen Kayſerl. Herold, inſinuantur. R. A. de An. 1529, §. Und damit an ſolchen. Ord. Cam. P. 2. Tit. IX, §. Und ob ſich &c.*

NOTÆ.

(*a*) NATURALIS &c. Conf. præced. §. 47. lit. a, & §. 81, lit. b. Etiamſi defenſio hæc non minus prodeſſe queat iis, quibus Jus belli competit, in tantum ut eo alacrius & fortius Rempublicam, adverſus hoſtium, tam exterorum, quam domeſticorum, infeſtationes & molimina, tueantur atque defendant; ac privatis, reſpectu defenſionis privatæ, quæ ſine belli ſtrepitu fit; attamen Jus belli, quo Status Imperii gaudent, inde derivandum haud eſt.

(*b*) REQUIRITUR &c. Idem tradunt, arg. R. J. *Auguſt.* An. 1555, §. 49, *Wo ſich aber &c.* & ſeq. §. 50. *wo ſie aber keinen Herren &c. Sixtinus* de *Regalib.* lib. 2, Cap. I, §. 17 & 18, p. m. 242 & 243. ibique allegati; *Mylerus* de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 79, §. 4, p. 703 & 704, & ad *Rumelinum* in *Auream Bullam* Part. 2, Diſſ. VI, §. IX, lit. a, pag. 631, ibique citati; *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. XI, §. 244 ad 248. p. m. 527, cum allegatis. Hodiè verò res aliter ſe habet, ex quo Territorialis Statuum Superioritas publicis Imperii Legibus confirmata

firmata eſt, maximè à tempore Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ; in bellis namque cum Exteris, vix implorabunt Status Cæſaris conſenſum; & ſi Status Statui, ex privata cauſa, arma inferat, impingitur in Imperii Conſtitutiones, quæ ejusmodi civilia bella penitus proſcribunt, conſtitutis ſemel Summis Judiciis, ubi lites eorum dirimantur; proinde nec hic Cæſaris conſenſus expeti poteſt, quippe qui licitum facere nequit, quod per ſe, & vigore fundamentalium Imperii Decretorum, illicitum. Conf. *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperii*, Lib. 2. Cap. 22, §. 4. p. 460.

(*c*) AVOCATORIA &c. Meritò Cæſar ejusmodi injuſta Statuum molimina Mandatis Avocatoriis intercidit; quæ tamen, non niſi prævia communicatione cum Imperio, publicari ſolent. Extant formulæ hujusmodi Mandatorum v. g. in Cauſa *Wildfangiatus*, ſub dato *Wien*, 27 Septemb. 1666, ad Vaſallos Palatini Electoris; in *Theatro Europæ*, Tom. X. pag. 150; In Cauſa *Hamburgenſi*, ſub dato *Wien*, 9 Sept. 1686; ad ſtipendia facientes Regi Daniæ; apud *Lunderpium*, Tom. XII. *Act. Publ.* lib. 13, Cap. 166, §. 39, p. 615 &c. In Cauſa *Colonienſi*, ſub dato *Wien*, 9 Januar. 1702, ad Officiales & Gregarios Sereniſſ. Electoris Colonienſis, *Joſephi Clementis*, apud *Fabrum*, Tom. VI. *der Staats-Cantzley*, Cap. VIII, §. 24, pag. 569 &c. &, eodem die, ad Ejusdem Officiales & Milites, qua Principis *Leodienſis*, ibid. §. 28, p. 583 &c. In Cauſa *Bavarica*, ſub dato *Ebersdorf*, 10 Octob. An. eodem, ad Cohortes Electoris *Bavariæ*, apud *Fabrum* l. c. Tom. VII, Cap. 13, §. XIV, v. 3, pag. 723 &c. &, ſub dato *Wien*, 29 Nov. 1702, ad Ejusdem Vaſallos & Subditos, ibid. §. XXXII. pag. 763 &c. denuo, ſub dato *Wien*, 30 Januar. 1703, ad Ejusdem Exercitum, apud *Fabrum* l. c. Tom. VIII, Cap. I, §. VI. p. 53 &c. Conf. præced. Tit. 2, §. 26, lit. e. p. 130 &c.

(*d*) DECERNUNTUR &c. Conſentiunt *Magerus* l. c. §. 248 & ſeq. p. 527 &c. *Mylerus ad Rumelinum* l. c. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 4, §. 15, pag. m. 96. *Gailius*, de *Pace Publica*, Lib. I, Cap. 4, §. 2. p. 15 &c. *Gylman*, Tom. 3. *Symphorem. Camer.* voc. *Mandata Avocatoria* pag. 201; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 5, §. 4, v. 145 & 146, p. 311.

(*e*) BANNI &c. Quandoque ſaltem *ſub pœna pecuniaria;* cujusmodi Mandatum de avocando milite ex locis ſibi non ſubditis, decretum in cauſa *Abtiſſin zu Eſſen*, contra *den Hertzog zu Gülich* & Conſorten, 7 Sept. An. 1587; teſte *Gylmanno* l. c.

(83) Cum autem, ſine Imperatoris conſenſu, bellum offenſivum nullum gerant, & vero Ordinatio Cameralis, & Inſtrumentum Pacis, velint, ut, ſi Status contra Statum aliquid habet, Jure experiatur; manifeſtum eſt, quod diffidationes, (*a*) quæ *in A. B. Cap. XVII*, erant permiſſæ, & omne Jus manuarium, *das Hauſt- und Kolben-Recht*, omnino ſit abrogatum. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) DIFFIDATIONES &c. Legi merentur: *Henricus Becerus*, Tract. de *Diffidatione, & Crimine prædationis, latrocinii &c.* Tubing. 8vo. 1625; *Petrus Friderus*, de *Proceſſibus*, Lib. I, Cap. XXV. *de Diffidatione*, pag. 93 &c. *Rumelinus*, in *Auream Bullam*, Part. 2. Diſſert. VI. §. 1 ad 8, pag. m. 616, ad 629 &c. ibique *Mylerus*, in Additionibus. *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. *Befehden*, p. m. 45 &c. *Rudinger*, *Singular. Obſervat.* Centur. I, Obſervat. 57, *Von Befehden und Abſagen*, p. m. 577; *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Abſagung*, pag. m. 3; *Limnæus*, in *Aur. Bullam*, Cap. XVII, p. 477 &c. *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Diffidare*, p. m. 98 &c. & voc. *Faida*, p. 344 &c. *Spelman*, Gloſſar. voc. *Diffidare*, p. m. 171; & voc. *Faida*, p. 209 &c. Dn. *Datt*, *Rer. German.* Lib. I, Cap. 3, §. 63 & ſeqq. p. 19.

Deſcendit vox à *Fide*, quam quis ei, cui eam debet, vel pollicitus eſt, per literas, aut epiſtolam, aut per amicos, denegat; ſicque ab ea deficit. Vid. *Du Freſne*, voc. *Diffidare* l. c. Ut enim *Affidare*, (vox Juris Canonici,) idem eſt, ac *fidem dare*, ſeu *fidei vinculo ſe connectere;* & proinde *Affidatio*, mutuam fidelitatis connexionem denotat, *Spelmanno* teſte l. c. voc. *Affidare*, p. m. 21; Ita *Diffidare*, nihil aliud eſt, quam *fidei vinculum ſolvere*. Vid. idem voc. *Diffidare*, p. 171. Hinc *Diffidationem* interpretatur *Petrus Friderus* l. c. Lib. I. Cap. 25. §. 1. v. 2. pag. 94: *Belli, & extrema, ad bona, vitam, corpus & ſanguinem, perſecutionis denunciationem.* Germanicè dicitur: *Befehden; wan einer einem alle Freundſchafft aufkündiget, hingegen alle Feindſchafft ankündiget, und ihn, mit Raub, Brand, Mord, und wie er ſonſt kan, zu verfolgen, androhet.* Vid. *Mylerus* in *Rumelinum* l. c. §. 1, pag. 617. Unde *Fehde*, adhuc hodie *inimicitiæ, contentionis*, quandoque belli loco, ſumitur; nec abludit *Lex Longobardorum*, lib I, Tit. VII. §. 15. apud *Lindenbrogium*, *Cod. Legum Antiquar.* pag. 521. ubi Rex *Rotharis*: *In omnibus iſtis plagis: ac feritis, ſuperius deſcriptis, quæ inter homines liberos eveniunt, ideo majorem compoſitionem poſuimus, quam Antiqui noſtri, ut Faida, quod eſt inimicitia, poſt compoſitionem acceptam, poſtponatur &c.* & rurſus, lib. 2. Tit.

Tit. 14. §. 10, pag. 603: *Prævidimus hoc, propter Faidam deponendam, id eſt, inimicitiam pacificandam &c.* Jung. *Capitulare Compendienſe Pipini* Regis, de An. 757. Cap. 18. apud *Baluzium*, Tom. I. *Capitular. Francic.* p. 184. Rubr. *Qui propter inimicitias in aliam Regionem, dimiſſa uxore, fugit &c.* & Nigr. *Si qui, propter Faidam, fugiunt in aliam Patriam &c.* Eodem facit *B. Rhenanus*, in Commemoratione quarundam Legum Francicarum, libro 2. *Rerum Germanicarum*, pag. 95: *Qui Faidam deſerere noluerit, ad Regem mittitor. Faidam vocabant Franci ſimultatem apertam, qua unus aliquis uni, vel pluribus, bellum denunciat. Ab hac Gallicani ſcribæ Faidoſum appellant, qui Faidam exercet &c.* Ad quem locum etiam *Baluzius*, in Notis *ad Librum Quartum Capitularium*, Tit. XXVII, *de Faidis coërcendis*, Tom. 2, p. 1193, & *Du Freſne* l. c. voc. *Faida*, p. 344. aliique, provocant; conferri poſſunt, quæ Dn. *Meibomius*, in *Notis ad Herlingsbergam*, Tom. I. *Rer. German.* p. 790. verb. *Deſidant &c.* ſubminiſtrat. Fiebant autem plerumque *Diffidationes* ſcripto, ad hoſtem miſſo, vulgò *Abſags-Brief*, *Fehde-Brief &c.* quo reſpicere videtur *Nicolaus Cuſanus*, de *Concordia Catholica*, lib. 3. Cap. 31. apud *Schardium*, de *Imperiali Jurisdictione*, p. m. 382. inquiens: *Quomodo tu Nobilis credis honeſtam eſſe Diffidationem, quam aut Clerico, aut Religioſo Conventui, ſeu Prælato, ſcribis?* &, paucis interjectis: *Si Clericum etiam Divina Lege tu Laicus capere, propria authoritate, aut male tractare, prohiberis, quam credis virtutem tua fabricata diffidationis ſcedulæ ineſſe? & tunc omnia Jura, Divina & humana, ceſſare & mortua eſſe, credas, quando literulam præmittis?* pariter ac *Lehmannus*, Lib. VII. *Chron. Spirenſ.* Cap. 89. pag. 900. mentione facta diffidationis *Weinrichii de Fiſchenich*, An. 1430. Senatui Spirenſi denunciatæ: *Dann damals einer, dem andern zu Geſellſchafft, äuſſerſte Gefahr und Feindſchafft uff ſich genommen, unbetracht, ob man Fug und Recht dazu habe, oder nit? Wenn man nur dem Gegentheil offentlich in Schrifften abgeſagt, ſo hat man Ehr und guten Namen erhalten, ob ſchon ſonſt einig Fug, oder Recht, zu Krieg und Blutvergieſſen, Brand und Nahm, im wenigſten vorhanden geweſen &c.* Conf. idem, Lib. V, Cap. 112. p. m. 637. Varias *Diffidationum* formulas ſiſtit idem *Lehmannus* l. c. Lib. VII. Cap. 86, p. 894. Cap. 89. p. 900; Cap. 100. p. 923 &c. Cap. 101. p. 925. Cap. 103, p. 927; nec non *Petrus Friderus* l. c. §. 4. v. 11. p. 95. & Dn. *Datt* l. c. Lib. I, Cap. XV, §. 15, 16 & 17. pag 115 & 116. Quandoque tamen & per præcones, ſeu feciales, aut Heraldos, *diffidentias* fuiſſe factas, Conſtitutio *Friderici I.* Imp. *de Pace, per univerſum Imperium tenenda, ejusque violatoribus*, An. 1187. in Comitiis Norimbergenſibus promulgata, (apud *Conradum Urſpergenſem*, in Vita hujus Cæſaris, ad An. 1187, p. m. 231.) documento eſt, ubi: *Firmiter Edicto ſancimus, ut, quicunque alii damnum facere, aut lædere ipſum, intendat, tribus, ad minus, ante diebus, per certum Nuncium ſuum, diffiduciet eum. Quod ſi læſus, diffiduciatum ſe fuiſſe negare voluerit, Nuncius idem, ſi vivus eſt, juret, quod contradixerit ei, ex parte Domini ſui, loco & tempore deſignato. Si mortuus eſt Nuncius, juret Dominus, junctis ſibi duobus viris veracibus, quod contradixerit ei, ne, dolo mediante, de fide violata quis valeat inculpari &c.* Conf. 2. F. XXVII. *Spelman* l. c. voc. *Diffidare*, p. 171. & Dn. *Datt* l. c. Lib. I. Cap. 3, §. 63, pag 19. Quod in publico bello, *clara voce* denunciationes expedirentur, nuncupatæ ſunt *Clarigationes*; de qua appellatione *Reyherus*, in *Theſauro Latinitatis*, p. m. 422: *Clarigatio, eſt belli denunciatio, quæ clara fiebat voce &c.* & mox: *Clarigare, eſt bellum indicere &c.* nec aliter *Spelman* l. c. *Clarigatio nuncupata, quod clara voce agebatur;* & *Du Freſne* l. c. voc. *Clarigarius armorum*, p. 1009, ubi *Clarigarius*, *Fæcialis*, & *Heraldus*, pro Synonymis habentur.

(*b*) ABROGATUM &c. Utut ejusmodi bella privata jam olim in Imperio prohibita innoteſcant, vel citata Conſtitutione *Friderici I.* Imp. *de Pace, per univerſum Imperium tenenda*, An. 1187. teſte, apud *Conradum Urſpergenſem*, pag. 230 &c. quo etiam ſpectare videtur *Friderici II.* Sanctio, in Comitiis *Moguntinis* An. 1235 (al. 1236. vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8. lit. a, pag. 68.) Cap. 4. apud *Goldaſtum*, Part. 2. *der Reichs-Satzungen*, pag. 18: *Wir ſetzen unde gebieten: Was Schadens Yemants geſchee, daß er daſſelbe nicht entrichten ſoll, er clage es dann erſte ſyme Richter, und folge ſiner clage an das Ende, als Recht iſt: Es ſy, daze Huß das ere ſetze Notwere ſines Libes und Gutes: wer ſich anders richtet, dan hyevor geſchriben ſtet, was Schadens er darumb thut, den ſol er Ym zwiveltig gelten: und was Schadens ihm geſchen iſt, der ſol gar verloren ſyn, und ſol nymer keyn Clag darnach gewynnen &c.* Quæ repetita ſunt à *Rudolpho* Imp. in R. I. *Herbipolenſi*, An. 1287, apud *Lehmannum* l. c. Lib. 5, Cap. 108. §. *Wir ſetzen und gebieten &c.* pag. 628; Ut & ab *Alberto* Imp. *in der Andern erneuerten Satzung: von Selbrichtern*, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 25; attamen, corrupto ſeculi more, permittebantur diffidationes, ubi quis cauſam juſtam allegare ſe poſſe arbitrabatur, v. g. denegatam ſibi Juſtitiam; modò diffidatio tempeſtivè, i. e. triduo antequam vis inferretur, locoque congruo, ubi ſcil. diffidatus domicilium fixit, decenter fuerit intimata: documento eſt Philippi, Romanorum Regis, Conſtitutio de Diffidamentis, de An. 1201, apud

Digitized by Google

apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imperial.* pag. 367, verb. *Sancimus, diffidationes hujusmodi ---- factas vel fiendas, in poſterum non valere, nec licere, prætextu diffidationis cujuslibet, quempiam invadere, per incendia, ſpolia vel rapinas, niſi diffidatio, per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco, in quo habitare conſuevit, publice fuerit intimata, poſſitque de intimatione hujusmodi, per teſtes idoneos, fieri plena fides. Quisquis ſecus quempiam diffidare & invadere, modo præmiſſo non ſervato, præſumpſerit, infamiam eo ipſo incurrat &c.* Meminit hujus Conſtitutionis *Rumelinus*, in A. B. Part. 2, Diſſ. VI. §. 5, pag 617; ut & *Limnæus*, in eandem Bullam, ad Cap. XVII. §. 5, Obſervat. 2, p. 478; Conf. quæ ad eandem notavit *Guido Papa*, Deciſ. 595. *Wolfgangus Hungerus*, in Notis ad *Cuſpiniani Hiſtoriam Cæſarum*, p. 683. Auctorem ejus conſtituit *Ludovicum* Bavarum; id certum eſt, ſimilem ſanctionem reperiri in Aurea Bulla *Caroli IV*, Cap. XVII. cum qua etiam convenit Electorum Pacificatio, *Baſilienſis Concilii* turbarum occaſione, an. 1438. inita, apud *Goldaſtum*, Part. 2. *der Reichs-Satzungen*, p. 144. §. 6. *Item, ſo ſol Niemandt bürnen, oder Brandtſchetzen, oder Feuer ſchieſſen, oder Fewer legen, weder Tag, oder Nachts, es ſey in Fiendtſchafft, oder ohne Fiendſchafft &c.* & §. 8. *Item, das Niemandt dem Andern ſchaden thun ſoll, er habe ihn dan zuvor zu Rechte erfordert. Und ob Ihme das Recht nit gedihen, und wiederfahren möchte, ſo ſol er dennoch den nit angreiffen, noch beſchedigen, er habe Ihn dann das drey Tage, und drey Nachte, gantze zuvor, in ſin Huſe, da er ſin gewænliche Wonunge hat, verkündet, und ſich bewahret &c.* Nec aliud continet *Friderici III.* Imp. Conſtitutio, An. 1442, *Francofurti* edita, apud Dn. *Lunigium*, Part. Gener. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, Part. I, § 27, p. 65: *Zum Erſten, daß Nyemand den andern Schaden tu, oder zufügen ſoll, er hab In dann zuvor zuglichen billichen Lanntleuffigen Rechten ervordert. Und ob ihm ſolch Recht villicht nicht ſo palde, als er wolt, oder begert, gedeihen, und widerfahren möchte, ſo ſol er dannoch den nit angriffen, noch beſchedigen, er hab dann vor alles das vollielich und gantz getan, und vollbracht, das Kaiſer Karls des Vierdten, ſeel. Gedechtnüſſ, Unſere Vorvarn am Reich, Gülden Bull, in dem Capitel: Von den Widerſagen; eigentlichen inne helt und auswiſet &c.* Judicia namque malè adhuc formata erant, nec Juſtitia ſatis adminiſtrata; nec aliter, quam armis, & diffidationibus lites finiri poſſe exiſtimatum; etiamſi nova quotidie documenta malitiæ, ſub æquitatis & Juris defendendi titulo, ederentur; unde *Nicolai Cuſani* querelæ apud *Schardium* l. c. pag. 381: *Hodie videmus, aut Confuſionem maximam in ordine Judiciario, aut penitus nullam Juſtitiam. Honore honor diſtinguitur à Jure: & occupare, etiam maxima dominia, Nobiles licitè ſe poſſe dicunt, ubi poſſeſſorem nihil Juris habuiſſe, neque habere, concedunt. Per viliſſimum Diffidationum modum, honorem ſalvari putant, & vi, poſt ipſam intimatam Diffidationem, ex quacunque conficta aut nulla cauſa, qualitercunque rapta, palàm aut occultè, licitè credunt poſſideri; etiamſi bona Eccleſiæ, aut Clericorum, forent. O præſumpta audacia, contra omnes Leges & Jura! O iniquiſſimum Judicium, diſtinguens honeſtum à Juſto, affirmans injuſtum honeſtè poſſideri &c.* His autem non obſtantibus, ſubſtitit perverſus hic ſtatus, donec, ad publicæ tranquillitatis perturbationem, omnis generis conſpirationes & tumultus, magno numero, inde ſuſcitati, Cæſares, ad ſummè neceſſarias, *de Diffidationibus penitus abrogandis*, ferendas Leges impellerent; memorabilis Inſtructio eſt Oratorum Argentoratenſis Reipublicæ ad Comitia *Lincii* indicta à laudato Cæſare *Friderico III.* An. 1476. ad Articulum 2 Propoſitionis Cæſareæ, apud Dn. *Schilterum*, in Commentario ad Cap. 149 & 150. *Juris Alamannici*, §. 1. p. 453, & Dn. *Dattum* l. c. Lib. I, Cap. 28. §. 11. pag. 196: *Item, das unredlich Widerſagen, Krieg, und Vyentſchaffe, abegetan werden. Iſt der Herrn Meynung: Das Nieman, er ſy Hohe, oder Nider, dem Andern widerſagen ſoll: Er habe In danne vor und er recht und redelich, zu Recht erfordert, und Sy Ime auch derſelbe Ere und Rechts uſſgangen. Und ſol Ime ouch niergent anders hin wider ſagen, danne in ſin Huß hebelich Wonunge. Und ſol auch denſelben nit beſchedigen, noch debeinen Zugriff zu Im, noch den Sinen, tun, er ſynd dannece drye gantze Tage und Nacht, nach ſolichen Widerſagen, ergangen: Und wer anders dete, das der debeinen Friden-Schirm, noch Geleite, under Herren, noch Stetten, haben ſol &c.* Non multo poſt, Diſſidationes omnes, per totum Imperium, à *Friderico* Imp. temporaria licet Lege duntaxat, decem annos duratura, in Comitiis *Francofurtenſibus*, An. 1486. ſublatæ reperiuntur, apud Dn. *Dattum*, l. c. Lib I. Cap. XXIX, §. 6. verb. *Wer zu dem Andern zu ſprechen vermeint, der ſol ſellichs ſuchen und thun an den Enden, und Gerichten, da die Sachen ordentlich hingehören, oder zu Außtragen vertaidingt ſind. Und darauf haben wir alle offene Vehde, und Verwarung, durch das gantze Reich, aufgehebt und abgetan: heben auch die hiemit auff, und thun die ab, auß Ræm. Kayſ. Macht Vollkommenheit, in und mit Kraft dieſes Briefs &c.* Conf. *Mutius*, Lib. 29 *Rer. German.* ad An 1486. p. 305; Filius vero Ejus, *Maximilianus* Imp. paternis inhærens veſtigiis, easdem in perpetuum tandem aboluit, conſtituta Pace publica *Wormatienſi*, (*Konigl. Landfriede zu Worms*) An. 1495. quæ in Corpore Receſſuum Imperii

perii habetur, præſertim Tit. I. *vom Fried-Bott*; ibi: *Daß, von Zeit dieſer Verkündigung, Niemands, von was Würden, Stand, oder Weſen, der ſey, den andern bevehden, bekriegen, berauben, fahen, überziehen und belägern ſoll ---- ſondern, vor zum Andern zu ſprechen vermeynt, der ſoll ſolches thun an den Enden und Gerichten, da die Sach hiever, oder jetzt, in der Ordnung des Cammer-Gerichts, zu Außerag verthedingt ſind, oder künfftiglich würden, oder ordentlich hin gehören &c.* & Tit. 2. *von Aufhebung aller Vehd: Darauf haben wir alle offne Vähd, und Verwahrung, durch das gantze Reich, aufgehoben und abgethan. Heben die auch hiemit auf, und thun die ab, von Röm. Konigl. Macht, und mit Krafft dieſes Brieffs &c.* & Tit. 3, quo *die Pœn der Fried-Brecher*, hiſce declaratur: *Und ob Jemands, in was Würden, oder Stand, der oder die, wären, die, wieder der eins, oder mehr, ſo vergemeldt, im nächſten Articul, geſetzt iſt, handeln, oder zu handeln ſich unterſtehen würden, die ſollen mit der That von Rechs, zuſampt andern Pœnen, in Unſer und des H. Reichs Acht gefallen ſeyn; die wir auch hiemit in Unſer und des H. Reichs Acht erkennen, und erklären, alſo, daß ihr Leib und Gut allermänniglich erlaubt, und Niemands daran freveln, oder verhandeln, ſoll oder mag &c.* Qua de Conſtitutione legendus omnino Dn. *Datt* l. c. Lib. V. Cap. I, pag. 783 &c. Eodem ſpectat dicti Imperatoris: *Handlung des Friedens, Rechtens und der Ordnung zu Wormbs*, de An. 1495, Tit. VII. VIII. IX & X; nec non: *Ordnung des Regiments zu Augſpurg*, de An. 1500. Tit. XV. *Wie alle Sachen bey dem König, vor des Reichs Regiment gehandelt werden ſollen &c.* It. *Erklærung des Land-Friedens zu Augſpurg*, de An. 1500. Tit. I. *von aufgerichtetem Land-Frieden &c.* & Tit. 2. *von der Pœn der Uberfahrer dieſer Ordnung &c.* It. R. J. *Trevirenſ.* & *Colonienſ.* An. 1512. Part. I, §. 5. *Und ob jemand &c.* & Part. 2. §. 18. *Und als eben &c.* cum ſequentibus §. 19 & 20; pariter ac *Caroli V, Land-Fried, zu Wormbs aufgerichtet &c.* An. 1521. §. 1. *Aufhebung aller Vehden*: §. 2. *Die Pœn aller Friedbrecher*: cum reliquis. Ejusdemque *Erklærung des Land-Friedens zu Nürnberg*, An. 1522. Prooem. & §. 1, §. 8. & ſeqq. *Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung*, de An. 1532. §. 129: *Straf derjenigen, ſo die Leut boßlich befehden &c.* R. J. *Auguſtan.* An. 1548. §. 17. *Und damit hinführo*, cum ſeqq. §. 18. 19 & 20. R. J. *Auguſtan.* An. 1555. §. 14. *Setzen demnach &c.* §. 31. *Ferner verpflichten &c.* §. 45. *Als ſich dan auch &c.* cum ſeqq. 46, 47 & 48; §. 71. *Und nachdem &c.* §. 82. *Dieweil nun &c.* R. J. *Ratisbon.* An. 1594 &c. §. 40. *Dergleichen und dieweil &c.* De recentioribus ne dicam. Conf. *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. *befehden*, pag. 45 &c. *Limnaus*, in *Aur. Bullam*, Cap. XVII. § 1. Obſervat. VI. p. 479 & 480; *Rumelinus*, in eandem Bullam, Part. 2. Diſſert. VI, §. 4, p. 620. ibique *Mylerus*, in Additionibus, p. 621. *Petrus Friderus*, de *Proceſſibus* Lib. I. Cap. XXV. §. IV. v. 12, p. 95 & 96. & §. V, v. 15. p. 96.

(84) Sunt adhuc quædam Jura, quæ, quamvis etiam extra bellum, uſum habeant, tamen, quia potiſſimum eorum uſus tempore Belli conſpicitur, hic nobis videntur tractanda eſſe.

(85) Quo referimus Jus Angariarum (*a*) & Parangariarum, Jus Albergariæ &c. Angariæ, & Parangariæ, nihil aliud ſunt, quam operarum præſtationes, (*b*) quæ ſubditis, propter repentinum (*c*) aliquod negotium à Principe, vel Statu Imperii, indicuntur, & equis, jumentis, plauſtris, manibus & navibus, abſolvuntur; *Da man der Obrigkeit, mit Wagen, Pferden, und anderm, frohnen muß. Balthaſar, de Jur. Operar. Ruſticor. c. 3.*

NOTÆ.

(*a*) ANGARIARUM &c. De *Curſu Publico, Angariis & Parangariis*, Diſſ. Inaug. habuit Dn. *Joh. Schilter*, Præſide Dn. *Chriſtoph. Philip. Richter*, An. 1671. Jenæ; Tomo *Frieſchiano*, an. 1675. edito, inſertam. De *Angariis & Parangariis* proſtat etiam Diſſ. Inaug. Dn. *Wolffgangi Philippi Heberer*, Coburgenſis, An. 1682. 30 April. Argentorati ventilata. Legendi inſuper ſunt: *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. 2. Cap. XIII. p. 531 &c. Rubr. *De Angariis & Parangariis, & plauſtrorum naviumque præſtationibus. Einſiedel*, de *Regalibus*, Cap. 3. Regal. X. §. 220 & ſeqq. p. 487 &c. *Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3. §. 235; *Obrechtus*, de *Regalibus*, §. 493 &c. *Guilielmus Watſius*, in Gloſſario, Operibus *Matthæi Pariſienſis* annexo, voc. *Angaria*, p. m. 175; Ubi variæ vocabuli hujus acceptiones; *Beſoldus*, de *Regalibus*, Cap. IX, §. X. p. m. 1135; Idem, *Theſaur. Pract.* voc. *Angaria &c.* pag. m. 40; *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Angaria & Angariare*, p. 189 & 190; *Spelman*, Gloſſar. voc. *Angaria*, p. m. 31; *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. *Angariæ*, p. m. 20; & voc. *Dingnoetul*, p. 84; It. voc. *Frohnen*, p. 139. *Rudinger*, *Obſervat. Singul.* [illegible], Centur. V, *Obſervat.* 23.

von ungemeſſenen Frohnen, p. m. 712; *Speidelius*, in *Notabilibus*, voc. *Frohn*, p. m. 334 &c. *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI. §. XIV, p. m. 432 &c. *Petrus Friderus*, de *Mandatis*, Lib. 2, Cap. 45. pag. m. 251 &c. *Rumelinus*, in *Aur. Bullam*, Part. 3, Diſſ. 3. §. 33. pag. 789 &c. *Gaillius*, Lib. 2. *Obſervat. Pract.* Obſervat. 62. §. 12 & 13. p. m. 410; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. 2. §. 52 & ſeqq. pag. m. 47 &c. *Mylerus*. de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2. Cap. 72. p. m. 640 &c. *Seckendorff*, *Teutſcher Furſten-Staat*, Part. 3 Cap. 2. §. 3. pag. 339 &c. Commentatores in *Codicem*, nominatim in Lib. XII. Tit. 51. de *Curſu Publico*, & *Angariis & Parangariis*; Commentatores in 2 *Feud.* 56. *Quæ ſint Regalia?* voc. *Angariarum*, *Parangariarum*, & *plauſtrorum & navium præſtationes &c.* Interpretes *Juris Publici* omnes.

Voces has Græcæ originis eſſe, multi tradunt, deducendas à verbo ἀγγαρεύω, quod idem ac *cogo*, *compello*, *adigo*. Vid. *Schrevelii* Lexicon, hac voce. *Heberer* l. c. §. 1, pag. 4; Alii *Angarias* dici putant ab *angendo*; quod aſtringant vel conſtringant ſubditos; vid *Goldaſtus*, in *Conradi Fabarienſis Caſus Monaſterii S. Galli*, Cap. 13, Tom. I. *Rer. Alamannic.* p. 136, voc. *Angarias mentis &c.* *Mylerus* l. c. §. 2. pag. 641; Aliis tandem videtur vox *Angaria*, à *Perſarum* Regum tabellariis, quos, *Suida* teſte, ἀγγάρους appellaverint, derivanda; de quibus ſimul *Gerhard. Joh. Voſſius*, *Etymol. Latin. Linguæ*, vocabulo, *Angariare*, affirmat, quod eis fas fuerit, cujusvis equos, aut naves, imò homines ipſos, ad curſum promovendum, cogere. Vid *Spelman* l. c. voc. *Angariarius*, pag 31; *Watſius* l. c. *Beſoldus*, de *Majeſtate*, ſ. 182; *Vergilius*, de *Inventione Rerum*, ſeq. §. 86, lit. a. *Schilter* l. c. Cap. I. §. 2. *Heberer* l. c. §. 2. p. 5.

(*b*) PRÆSTATIONES &c. Ex conſuetudine Germaniæ liquet, operas hujusmodi bifariam conſiderari, aliasque eſſe certas & limitatas, *gemeſſene Frohnen*, non niſi ſtatutis diebus, modoque uſitato, præſtandas; alias vero indeterminatas, quæ ex mero dominantium arbitrio, tam quoad modum, quam tempus, pendent, *Ungemeſſene Frohnen*; quamvis Pacta Curialia, vulgo *Dincknotel*, locorumque conſuetudines, obſervanda veniant, ne liberum Domini arbitrium in tyrannidem, & ſævitiam degeneret, ſed ſubditis tantum temporis relinquatur, ut ſe, ſuosque, alere queant. Vid. *Gaillius* l. c. §. 12 & 13, p. 410; *Klockius* l. c. §. 53. 54 & 55, p. 47 & 48. Felix Reſpublica, quæ ſic comparata, ut idem de ea prædicari valeat, quod *Paulus Diaconus*, Lib. 3, de *Geſtis Longobardorum* Cap. VIII in Vita *Authari* Regis, p. m. 384, de Republica Longobardorum quondam annotavit: *Erat ſane hoc mirabile in Regno Longobardorum, quod nulla erat violentia; nulla ſtruebantur inſidiæ: nec aliquem injuſtè angariabant, neminem ſpoliabant; non erant furta, non latrocinia: unusquisque quolibet ſecurus, ſine timore, pergebat &c.* Conf. ſeq. §. 89.

(*c*) REPENTINUM &c. Eandem definitionem ſuppeditat *Mylerus* l. c. §. 2, p. 640. Plures alias offendis apud *Bocerum* l. c. §. 238 &c. Inſpicienda hic ſunt locorum ſtatuta, cum ſub vocibus *Angariarum & Parangariarum*, non ſemper idem comprehendatur; alibi enim hoc titulo ſaltem veniunt equi, aut muli, in veredorum & paraveredorum defectum, occurrente neceſſitatis caſu, præſtandi, *Vorſpann &c.* alibi verò naves quoque & plauſtra, pariter ac curſores; alibi & operarum, quæ manibus fiunt, præſtationes; alibi, quælibet vexatio. Vid *Bocerus* l. c. §. 247; *Einſiedel* l. c. §. 222 & 223, p. 488 & 489; *Du Freſne*, voc. *Angaria* p. 189. *Watſius* l. c. *Daniel Otto* l. c. p. 432, *Heberer* l. c. §. 3. p. 6; & §. 5, p. 8. & §. 6, ibid.

(86) Verbum angariare (*a*) idem denotat quod cogere; ac Angariæ, recte ſervitutes coactæ dicuntur; Parangariæ (*b*) vero ſummam coactionem, & perfectas operas, ſubito præſtandas, ſignificant. Vid. *Balthaſar, dict. Tract. Cap. 3, ſ. 48.*

NOTÆ.

(*a*) ANGARIARE &c. *Polydorus Vergilius*, de *Inventione rerum*, lib. V, Cap. 13, p. m. 396, ait: *Scandalizare, Græcum verbum, Latine eſt: Offendere; ſicut angariare, Perſicum, & ſignificat: adigere, compellare &c.* Hinc ſua *Dietherr*, in Addit. ad *Beſoldi Theſaurum Practicum*, voc. *Angaria*, p. 40. Sic *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Angariare*, p. 189. *Angariare*, ἀγγαρεύειν, *compellere, vel injuſtè regere &c.* & *Spelman*, voc. eadem, p. 31: *Angariare*, ἀγγαριάζειν, *cogere, & exactionibus onerare &c.* *Watſius* l. c. *Angario, eſt cogo.*

(*b*) PARANGARIÆ &c. Unde verbum *parangariare*, quo uſus legitur *Ingulphus*, Croylandenſis Abbas, Seculi XI. Scriptor, in *Hiſtoria Anglicana*, apud *Savile*, in Corpore *Scriptorum Anglicanorum*, p. m. 895: *Maximè vero Wulſium anachoritam, recluſum apud Clericos Pegelandenſes, angariabant & perangariabant: quem die noctuque, de diverſis negotiis conſulentes, multis clamoribus & invocationibus, eum tædere vita ſua, compellebant &c.* Communiter autem dicuntur *Angariæ*, *jumentorum vel plauſtrorum præſtationes, & quidem per viam directam;*

Digitized by Google

ſtam; ut Parangaria alioverſum &c. Hæc *Du Freſne* l. c. voc. *Angaria*, pag. 189. Eandem differentiam *Angariarum & Parangariarum* approbant *Borcholt*, in 2 *Feud.* 56. §. 84, verſ. *Diſtant verò*; aliique, *Sixtino* de *Regalib.* cit. Lib. 2. Cap. 13. §. 39. pag. m. 542. citati.

(87) Sic tempore ſævientis belli, vel ob aliam concurrentem neceſſitatem, quæ Principi, aut Reipublicæ, imminet, milites, curulia tormenta, militaria tabernacula, panis ac annona militaris, vulgo Proviant, cæteraque inſtrumenta bellica, itineri, commeatui, ac expeditioni, neceſſaria, per ſubditos, ad loca deſtinata, transvehuntur (*a*) *Roſenthal, de Feudis, Cap. V, Concluſ.* 70. §. 3.

NOTA.

(*a*) TRANSVEHUNTUR &c. Idem docent: *Beſoldus*, de *Jur. Majeſtat.* Sect. I. Cap. 5. §. 7; *Rumelinus*, in *Aur. Bullam*, Part. 3. Diſſ. 3. §. 33. pag. 789; *Mylerus*, ibidem in *Additionibus*, p. 790; ut & de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2. Cap. 72. §. 3. p. 642; ibique citati.

(88) De Angariis, vide elegantem Anaſtaſii Conſtitutionem, *in L. fin. §. fin. C. de Fabricenſibus*; (*a*)

NOTA.

(*a*) FABRICENSIBUS &c. Extat Reſcriptum hoc Lib. XI. C. Tit. IX; ad *Euſemium*, Magiſtrum Officiorum. Cujus verba partim etiam adducuntur à *Mylero, de Principib. & Statib. Imperii*, l. c. §. 4. p. 642.

(89) Operarum præſtationes, paterna moderatione (*a*) à ſubditis exigendæ ſunt; alias, ſi immodicè, & pro lubitu, indicuntur, & ſubditi de Domini ſævitia docere poſſunt, in Camera Imperiali, *Mandata S. C.* impetrantur; (*b*) & Camera Imperialis operas indeterminatas ad æquitatem reducere, easque determinare ſolet. *Gaillius I. Obſerv. 17, Mynſinger, 5, Obſervat. 8.*

NOTÆ.

(*a*) MODERATIONE &c. Hocque Juris & æquitatis eſſe, tradit *Rebuffius*, ad cit. *Anaſtaſii* Reſcriptum, Lib. XI. Tit. IX. C. de *Fabricenſibus*, §. 4. Eodem facit Can. 4 & 6; Concilii *Lateranenſis* ſub *Alexandro III.* Lib. 3. *Decretalium Gregorii IX.* Tit. 39. De *Cenſibus*, Cap. VI. *Cum Apoſtolus*, §. *Prohibemus etiam*, & Cap. VII. *Prohibemus inſuper*. Conf. *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperii.* Lib. VI. Cap. 3. §. 13. p. 1161; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imp.* l. c. §. 5. p. 643; add. præced. §. 85. lit. b. nec non præced. Tit. XVIII. §. 62. lit. a.

(*b*) IMPETRANTUR &c. Parallelus locus apud *Mylerum* l. c. §. 6. pag. 643. De remediis, quibus, contra Dominorum ſævitiam, preſſis ſubditis ſuccurritur, latè agunt *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. 2. Cap. 13. §. 51 & ſeqq. pag. m. 546 &c. & *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. 2. §. 56 &c. pag. 48. Conf. Dn. *Joh. Chriſtoph. Wild*, Diſſ. de *Reſiſtentia, quæ fit Poteſtati*, Præſide Illuſtr. Dn. *Lynckero*, An. 1694. menſ. Jun. Jenæ habita, §. XXXI. pag. 84 &c.

(90) Niſi ab antiquo aliter obſervatum fuerit, operæ extra Territorium Domino præſtandæ non ſunt; (*a*) Operæ enim ibi præſtandæ ſunt, ubi Dominus moratur, *L. 21. ff. de Oper. Libert. Balthaſar, de Oper. c. 14.* Non tamen immerito de hoc quis dubitaverit, per ea, quæ ſupra diximus, de Jure ſequelæ. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) NON SUNT &c. Ita quoque omnes, quos, hoc titulo, *Sixtinus* l. c. §. 68. p. 550. allegat; pariter ac *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2. Cap. 72. §. 7. pag. 644. Præjudicia Imperialis Cameræ de hac re, ſuppeditat *Roſenthal*, de *Feudis*, Cap. V. Concluſ. 71. §. 5; &, ex eo, *Klockius* l. c. §. 61. pag. 48.

(*b*) SEQUELÆ &c. Vid. præced. §. 56. ibique notæ.

(91) Quam-

(91) Quamvis autem militantibus forte victus ſit dandus à Domino; nihilominus tamen, quemadmodum quando ſubditi Dominum ſuum ſequuntur, *ſie ſich müſſen auf eigene Koſten montiren;* ita regulariter & hæ operæ, ſumptibus ſubditorum, præſtantur; quia unusquisque id, quod ſpopondit, ſuo impendio præſtare debet. *Stamm. de ſervit. perſon. l. 3. cap. 21. n. 5.* Rationem dubitandi videre licet *ex l. f. §. f. ibi: de publ. C. de fabricenſ.* Hinc ſi ſubditi, in angariarum præſtatione, plauſtra deſtruant, vel equos amittant, damnum ſubditorum erit, non Domini; (*a*) quia ſubditi, præſtando angarias, nec operam ſuam, nec inſtrumenta ad angariam neceſſaria, Principi ſuo locant, ſed obligationi, à lege impoſitæ, ſatisfaciunt. *Bocer. de regal. c. 3. n. 249.*

NOTA.

(*a*) NON DOMINI &c. Idem, contra *Lucam de Penna*, in L. fin. C. de *Navib. non excuſandis* (Lib. XI. Tit. 3.) hoc caſu damnum à Principe, vel Domino, ſubditis reſarciendum eſſe, docentem, defendit *Sixtinus* l. c. §. 79. p. m. 554; æque ac *Mylerus* l. c. §. 9. pag. 645; & *Rumelinus* in *Aur. Bullam* Part. 3. Diſſ. 3. §. 33. pag. 789 & 790; ibique *Mylerus*, in notis, lit. b. pag. 790. Latè tamen diſſentit quoque *Joh. Franciſc. Balthaſar*, de *Operis ſubditorum*, Cap. 3. fol. 50. Minimum tunc Dominus reſarcire damnum tenebitur, cum ejus culpa intervenerit *Rumelinus* l. c.

(92) Si tamen hæc angariarum præſtatio, toti civitati, vel univerſitati, *einer gantzen Gemein*, injungatur, & hæc quosdam ad harum præſtationem delegerit, tunc hoc damnum, pro rato, unicuique ex publico, ſeu à civitate, reſarcietur; damnum enim, quod quis pro omnibus ſentit, ab omnibus reſarciendum eſt. (*a*) Secus verò, ſi angariarum præſtatio ſubditis, ut ſingulis, injungatur; tunc enim quilibet feret damnum, quod in hac præſtatione ſentit.

NOTA.

(*a*) RESARCIENDUM EST &c. Conſentiunt *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XIX. §. 340. p. 454; *Camman*, de *Regalibus*, Diſp. XI. §. 32; *Mylerus*, in *Rumelinum* l. c. & de *Principib. & Statib. Imp.* cit. Part. 2. Cap. 72. §. 10 & 11. p. 646.

(93) Immunitatem angariarum nemo (*a*) habet, cujuscunque conditionis fuerit. Vid. *l. 11. C. de SS. Eccleſiis, Balthaſar, de Operis, c. 8, f. 157. add. ſupr.*

NOTA.

(*a*) NEMO &c. Notabile Reſcriptum *Theodoſii & Valentiniani* Imperatorum, ad *Taurum*, Prætorio Præfectum, L. 11. C. de *SS. Eccleſiis: Neminem ab Angariis, vel Parangariis, vel Plauſtris, vel quolibet munere, excuſari præcipimus, cum ad feliciſſimam expeditionem noſtri Numinis, omnium Provincialium per loca, quà iter arripimus, debeant ſolita Nobis miniſteria exhiberi, licet ad SS. Eccleſias poſſeſſiones pertineant &c.* Expeditiones enim ſummi Principis cum publicam Reipublicæ utilitatem reſpiciant, hæcque favori Eccleſiæ præferatur, palam eſt, nec Eccleſias, nec quemcunque alium, utut aliàs privilegiatum, tali caſu, ab angariis eximi. Vid. *Brunneman*, in cit. L. 11. C. *de SS. Eccleſiis*, p. m. 7. Conf. *Klock*, T. 3. *Conſil.* 138. §. 65; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imp.* l. c. §. 12. p. 647.

(94) Albergaria (*a*) eſt vocabulum Italicum, à nomine albergo, (*b*) (quam vocem à Germanico Heiberg, (*c*) deſcendiſſe refert *Klockius, T. I, Conſil. 21, §. 35;*) hoſpitium; ex quo albergare, allogiare & ricevere uno in caſa. Albergo dicitur alias manſio, *der Ausſpann, die Atzungs-Gerechtigkeit,* (*d*) *Mahl, Futter &c.*

NOTÆ.

(*a*) ALBERGARIA &c. Legi hic merentur: *Fridericus Binder*, Diſſ. de *Jure Albergariæ. Speidelius, Notabil.* voc. *Atzung und Lager*, p. m. 58; *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Albergaria*, p. m. 11. & voc. *Atz.* p. 30. & voc. *Schaurn*, p. 430; *Rudinger*, Centur. I. *Obſervationum*, Obſervat. 36. p. m. 568; *Beſoldus*

dus Theſ. Pract. voc. *Auſſpann*, p. m. 63. ibique *Dietherr*, in *Addicienibus*: *Erneſtus Cothman*, Vol. 3 Conſil. 38. n. 173; *Tabor*, de *Metatis*, Cap. 4. §. 5; *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. X. § 222 &c. pag. 469; & §. 256 & ſeqq. pag. 471 &c. *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. I, §. 190. pag. 21 &c. & Cap. 17, §. 243 ad 245, p. 383 & 384; & T. 3. Conſil. 14. §. 43; *Fritſchius*, de *Jure aperturæ*, Cap. V, §. 3 & 4; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 80, §. 7, p. 711; *Kelbius*, Abbas *Arnsburgenſis*, in *Aquila certante*, Confutatione Signi XXIX, Art. I, p. 245 &c. & Art. 2, §. 1, & ſeqq. pag. 248 &c. & Art. 3, §. 1 & ſeqq. p. 250 &c. nec non Art. 4, p. 256 &c. Art. 5. p. 261 &c. & Art. 6, p. 265 &c. Dn. *Knipſchild*, de *Juribus & Privileg. Civitatum Imper.* Lib. I, Cap. XII, §. 170, p. 104 &c. *Ockel*, de *Palatio Regio, ſeu Stabinatu Hallenſi*, §. 110, p. 107 &c. Dn. *Maltzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XVII, §. 128, pag. 551; Dn. *Paulus Chriſtianus Schrœter*, Diſſ. de *Burggraviis Magdeburgicis*, Præſide Dn. *Hernio*, menſ. Octob. An. 1709. Wittebergæ habita, § 37. p. 609.

(*b*) ALBERGO &c. Vox hæc ipſa Germanicæ originis eſſe videtur, denotans locum, *wo ſich alle und jede bergen konnen.*

(*c*) HERBERG &c. Hinc *Herbergaria*: quo vocabulo *Otto IV.* Imp. in Diplomate, ſub dato *Brunſwic*, 14 Kal. Junii, An. 1209. *Alberto*, Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, conceſſo, utitur, apud *Meibomium*, in *Apologia pro Ottone* IV, Tom. 3. *Rer. German.* p. 128. & *Tolnerum. Cod. Diplom. Palat.* §. 71, p. 62 verb. *Nos, neque per Nos, neque per Homines noſtros, faciemus, vel fieri mandabimus, in Civitate Magdeburgenſi, vel in Opidis, vel aliquibus bonis Archi-Epiſcopi & Eccleſiæ, aliquam exactionem, nec ſumemus Hoſpitia, quæ vulgariter Herbergarie nuncupatur*, (nuncupantur) *contra voluntatem Archi-Epiſcopi, vel alicujus ſui ſucceſſoris &c.* Hæc ut intelligantur, notandum, inter emolumenta, quæ olim Burggraviorum & Advocatorum Eccleſiæ functiones comitabantur, & hoc fuiſſe, quod eis non ſolum mulctarum portio, ſed & *Fodrum*, & *Alberga* (*Albergium, Albergarium*) *Futter und Mahl, auch Atzunge*, darentur; cum itaque Imperatores totius Eccleſiæ Advocati, vel adhuc hodiè, audiant, palam eſt, regulariter *Albergariæ Jus* in omnibus Imperii Eccleſiis, niſi ubi ex gratia, pactove, illud remiſerint, Eis competiiſſe, & hodienum competere, quicquid etiam in contrarium ſanciat *Lucius III.* P. R. Lib. 3. *Decretalium Gregorii IX.* Tit. 38. de *Jure Patronatus*, Cap. 23. *Præterea &c.* excommunicationis pœnam dictando Laicis in genere, qui illud ſibi vindicent; fruſtra decretum hoc exaggerante *Kelbio* l. c. Art. 2, §. 2, p. 249. Conf. *Klockius*, T. 3, Conſil. 14. §. 43; *Heidernus*, in *Apologia der Reichs-Vogtheyen*, Cap. 8. §. *Sintemahl*, p. 286. ibi: *Da ſonſten den General Advocaten auch Wein, Meth, Bier, Haber, Hüner, Ayer, &c. beſtimmet werden &c.* Dn. *Ockel* l. c. Dn. *Schrœter* l. c. Cæterum, etymon *Albergariæ*, à Germanorum *Herberge* deſumptum, comprobatur etiam Privilegio *Bertoldi*, Argentoratenſium Epiſcopi, in Vigilia *Andreæ*, An. 1243, Argentoratenſibus dato, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4. *im Andern Theil, 38 Abſatz*, §. 3 pag. 726. ibi: *De conſenſu & conſilio Capituli Noſtri, & aliorum Fidelium Noſtrorum, omnes poſſeſſiones, quas iidem Cives Noſtri, in quindecim Villis ad Comitiam pertinentibus, ſcil. Criechesheim, Tungensheim, Vulriechesheim, Pfetensheim, Berſtete, Franckenheim, Onolvesheim, Trubtersheim, Turningen, Udelnheim, Offenheim, Avenheim, Himelolsheim, Dozzenheim & Belben &c. eo tempore, quo præſens litera data fuit, poſſidebant, literas* (liberas) *permiſimus ab omnibus exactionibus & ſervitiis cujuſcunque nominis, quæ Nobis, & Succeſſoribus Noſtris, perpetuo darè & facere deberent, exceptis Hoſpitiis, quæ vulgò Herberge dicuntur, in quibus non magis ipſos, quam alios Villanos, volumus gravari, fraude & dolo penitus ceſſante &c.* Conf. *Klockius* de *Contribut.* Cap. I. §. 190. p. 21; *Ockel* l. c.

(*d*) ATZUNGS-GERECHTIGKEIT &c. *Æzen*, eſt cibum præbere; propriè de avibus uſurpatur. Synonyma vulgò ſunt: *Atz, Auſſpann, Ablager, Gaſtung, Nachtſeld.* Vid. *Magerus* l. c. §. 256 & 257, p. 471; *Knipſchild* l. c. *Klockius* l. c. *Webner*, voc. *Albergaria*, p. 11. It. *Unkoſten, Atzung, Zehrung, &c.* Vid. idem *Webner* voc. *Atz &c.* p. 30; *Magerus* l. c. §. 222. pag. 469; It. *Futter und Mahl*; Vid. *Knichen*, de *Jur. Territ.* Cap. 4. §. 419 & 420, p. m 156; *Magerus* l. c. §. 232. p. 469. *Cothmannus*, in Conſilio 38. Vol. 3. §. 173. audit *Manſio*; *Jus Epulationis & Commeſſationis.* Conf. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Manſio, Manſiones*, pag 391 & 392; It. *Manſionaticum &c.* p. 395. *Webner* l. c. voc. *Auſſpann*, p. 37. *Klockius* l. c. Cap 17. §. 245 p 384; Dn. *Lyncker* Diſſ. de *Beneplacito*, Sect. 2. C. 1. §. 5; Galli illud indigitant, per *Droit de gîte*; Vid Dn. *Le Vaſſor, Hiſt. du Regne de Louïs* XIII. Tom 2. Liv. VI. pag. 12: *Lorsque les Rois voiageoient, ils avoient droit de loger une nuit dans les grands Beneficei, aux depens des proprietaires. Cela s'appelloit le Droit de gîte &c.* Quem locum quoque obſervavit Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. V. §. 17. p. 247.

(95) Albergaria, eſt onus ordinarium, quod incolæ alicujus loci Dominis, vel aliis, (a) cum Familiis & Comitibus advenientibus, debenr, conſiſtens in hoſpitio, eſculentis & poculentis, præſtandis.

NOTA.

(a) ALIIS &c. Titulo præſcriptionis, pacti, aliove valido, illud ſibi vindicantibus. Conſ. *Myler. de Princip. & Statib. Imperii*, P. 2. Cap. 80 §. 7. pag. 711.

(96) Et ſic differt à nuda Inhoſpitatione, (a) *Wo einem nichts, als das bloſſe Quartier, mit gehœriger Aufwartung, ohne Eſſen und Truncken, gegeben wird.*

NOTA.

(a) INHOSPITATIONE &c. De *Hoſpitatura*, extat Diſſ. Inaug. *Georgii Laurentii Bleſſendorff*, Francof. 1660 & 1673; De *Jure Hoſpitiorum*, itidem Inauguralem ſcripſit *Hieronymus Scheurl*, Conſil. Norimberg. Eodem faciunt: Dn. *Schilter*, Diſſ. de *Jure Hoſpitii*; & Dn. *Joh. Gerhard. von Böckellen*, Prof. Helmſtad. Tract. de *Jure Hoſpitiorum, vom Gaſt-Recht*: *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. X. §. 238 & ſeqq. pag. 470; Non ſatis accuratè pro ſynonymis habet *Knipſchild* l. c. Lib. I. Cap. 12. §. 170. p. 104. *Hoſpitatura & Albergaria* Jura. Prætendit Hoſpitaturæ Jus Elector Palatinus in nonnullis locis, ad Rhingravios ſpectantibus. Vid. præced. Tit. XII. §. 31. lit. d. v. 11. pag. 920; *Zu Zeiten der Franckfurter Meſſen, kehret das Chur-Pfalziſche Geleit in dem Cloſter Maria-Münſter genant, Ciſterc. Ordinis. in der Vorſtatt zu Wormbs, nacher Speyer, ein &c.* Ita Dn. *Kolbius*, in *Aquila certante*, cit. *Confutatione Signi Solmenſis XXIX.* Art. VI. § 2. p. 269. pergens l. c. §. 3: *In dem Cloſter Maulbrun, olim Ordin. Ciſterc. hat der Freyherr von Lammersheim, und ſeine Poſteri, das Jus hoſpitationis, ex reſervatione &c.*

(97) Albergaria varie dividi poteſt; & alia vel limitata eſt, vel illimitata, *gemeſſen oder ungemeſſener Aatz.* Alia eſt, quæ debetur jure ſuperioritatis, quam Status Imperii in ſuis territoriis habent; alia jure ſervitutis, quam vicini non ſubditi debent.

(98) Hoc albergariæ jus forte ex hoſpitationibus, olim militibus in expeditionem euntibus, vel hybernantibus concedi ſolitis, natum eſt; vel quod ſubditi Principes ſuos, vel Miſſos Principum, & eorum Comites, qui juſtitiæ adminiſtrandæ cauſa, (*de quo aliquid infra dicemus,*) adveniebant, vel alia de cauſa tranſibant, gratis victualibus, aliisque neceſſariis, exceperunt. Unde hoc jus apud Italos ortum, nunc aliis populis, imprimis vero Germanis valde uſitatum eſt. Vid. *Tabor. intr. de metat. c. 4. n. 5. Anton. Sola de conſvet. Sabaud. pag. 1. gl. 4. n. 3.*

(99) Jus hoc competit, vel vi jurisdictionis & Superioritatis, vel præſcriptionis, vel conventionis.

(100) Propter jurisdictionem hoc tribuunt DD. primo, Imperatori in univerſo Imperio; quia nemo ab angariis, vel alio quovis munere, excuſatur, quando Imperator, per loca provincialium, expeditionem arripit, licet ad Sacroſanctas Eccleſias poſſeſſiones pertineant. *L. 11. C. d. SS. Eccl. Mager. de Advoc. armat. c. 10. num. 128.*

(101) Et ſic quilibet hoſpitio Imperatorem tenetur excipere, adeò, ut ſi apud Epiſcopum diverterit, licitum ſit Epiſcopo, collectationem moderatam, vel indictionem ſubſidii charitativi, facere. *Stephan. lib. 3. d. jurisdict. part. 1. cap. 14. num. 128.* Frequentius tamen Cæſari hodie alia munera offeruntur, quo ſumptus itinerum ferre queat, quod alicubi, aureum vas monetis aureis plenum offerendo, fieri mos eſt. *Dominus Binder de jure albergar. concl. 7. lit. a. inf. apud Fritſch.*

(102) *Secundò*, omnibus Principibus (a) Imperii, & omnibus Imperii Civitatibus immediatis: habent enim iſtæ *die Lands Hohe Obrig- und Herrligkeit, mit allen Gerichten, Obriſt,*

Obriſt, mittelſt, und niedrigſt, mit allen ihren Ehren, Würden, Freyheiten, Nutzen und Zugehœrden. Reinck. l. 1. Cl. 5. c. 5. n. 5. & ſeqq.

NOTA.

(*a*) PRINCIPIBUS &c. Num ſubditi ſemper Dominis Jure Albergariæ teneantur? vid. *Klock*, Tom. I. Conſil. X. ſ. 265 ad 277. Cui contrarius eſt *Kolbius* l. c. §. 4. p. 268.

(103) Si provincia, caſtrum, vel villa ad diverſos ſpectet Dominos, *da zwey- und drey-herrige Orth ſeynd*, & jura diviſa ſunt, ei videtur hoc jus competere, qui centenam omnigenam, cum jure territoriali exercet, *der die Ober-Vogtey in dem Orth hat.* Nam ad hunc pertinent fere omnia jura fiſcalia, & reditus, qualis reditus & albergaria eſſe videtur. *Vid. Knichen de ſubl. & regal. territ. jur. cap. 4.* ubi inter alia & hæc leguntur: *Tandem ex iis quis obtinet, die hohe Frayß und Cent, quæ, ſi ut omnigena & cum jure territoriali exerceatur, plurima fert commoda, jahrlichen Kirchmeß, Schutz und Schenckung, Krüg, Lager, Holtz, Cent- und Vogt-Habern, Büttel-Laub, Atzung, Futter, Mahl und Lager auf den Gütern, Lager, Klage, Land-Wehr, &c.*

(104) Ubi juriſdictio indiviſa manet, ſinguli advenientes Domini eandem vindicabunt, neque alter, in præjudicium alterius, & ſubditorum, plus exiget, quo ſubditi graventur, & ad ſeditionem inclinent. *Dn. Binder. dict. tr. de jure Albergar. concl. 8. in f.*

(105) *Advocatis* itaque regulariter Albergaria non debetur, (*a*) quia Superioritatem nullam habent; & hinc ſæpe in ipſis literis advocatiæ hoc prohibetur, e. g. Rudolphus, Epiſcopus Herbipolenſis, in literis ſuis Chombergenſis Advocatiæ, ita dicit: *Sie ſollen auch von ſolcher Vogtey, Schutz und Schirmweiß, auf dem Gottes Hauß Chomberg, ſeinen Dœrffern, Leuthen, Gütern, weder Herberg, Atzung, Lager, Dienſt, auch ſonſt keine einige andere Gerechtigkeit haben. Trithem. in Chron. monaſt. Hirſaug. de an. 1069.*

NOTA.

(*a*) NON DEBETUR &c. Conf. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2. Cap. VII. §. 6. v. 55. pag. 147.

(106) Interdum tamen Clientes Advocatis hoc jus expreſſe promittunt. *Beſold. theſ. pract. in voce Schutz- und Schirms-Verwandten*, ubi dicit: *Dieſes iſt nicht auſſer acht zu laſſen, daß etliche* jura protectionis, ex ſingulari pacto, *und zumahl eine* ſubjectionem, *und* reſpective juriſdictionem, *nach ſich ziehen.*

(107) Sic Vaſallus Domino Feudi regulariter Albergariam non debet, quamvis teneatur Vaſallus, in caſu neceſſitatis, Dominum *alere*, (*a*) quod tamen plerique ex Doctoribus negant; niſi forte feudum adeo ſit opimum, & ex facto Vaſalli Dominus ſit inops; in neceſſitatibus enim Vaſallus Domino ſubvenire debet. *2. F. 26. §. licet.* nulla autem neceſſitas major eſt egeſtate & fame, *l. 1. C. de oper. libert.* Tamen albergaria, non egeſtatis cauſa conceditur, quatenus jus eſt.

NOTÆ.

(*a*) ALERE &c. Scil. ex Feudo, & quidem ad dimidiam usque fructuum unius anni partem, arg. 2 F. 55. Conf. *Struv. Synt. I. F.* c. 11. t. 5. §. 15. p. 417.

(108) *Epiſcopis* debetur, aut Archi-Diaconis, vice eorum, toties, quoties per diœceſin, vel temporalis vel ſpiritualis curæ gratia, tranſeunt.

(109) Hæc albergaria dicitur Canoniſtis, *procuratio.* Ab hac procuratione nullus

Digitized by Google

excipitur locus, dummodo viſitatio ibi fiat. Imò, quando Epiſcopus Eccleſiæ, aut Monaſterio, exemptionem & immunitatem concedit, viſitationem tamen, & per conſequens procurationem, ſibi reſervare cenſetur, ut tamen hæc procuratio ſit limitanda, ſecundum locorum viſitandorum facultates. *DD. in cap. 1. de cenſib. in 6.*

(110) Si Princeps caſtrum vel pagum, ubi albergariam habet, nobili cuidam in feudum concedat, cum mero mixtoque Imperio, ſibi *albergariam* reſervaſſe creditur; quia Superioritatem territorialem non contulit; in literis enim inveſtituræ expreſſe debuiſſet albergariæ facere mentionem, ſi eam in nobilem collatam voluiſſet. *Klock. de contrib. c. 14. n. 28.*

(111) In vicini territorio habent Principes ſæpe hoc jus, per modum ſervitutis publicæ, quæ vel præſcriptione, vel conventione, vel alio modo conſtituitur; ad exemplum hominum propriorum.

(112) Et ſi certæ familiæ albergaria conſtituatur, & quidem familiæ in genere, ſive ea augeatur, ſive ea minuatur, omnibus præſtanda eſt; ſi verò certis perſonis ex familia, vel ex certo numero perſonarum, e. g. decem vel duodecim perſonis conſtituatur, pluribus ea non debetur; ſervitutes enim præſtandæ ſunt, ut ſunt conſtitutæ, & graviores reddi non debent. *vid. Kappen. deciſ 17 per tot.*

(113) Sic etiam albergaria ſic limitata ratione temporis, (*a*) vel quantitatis, ultra extendi non debet; limitata enim cauſa limitatum habet effectum. Si itaque albergaria *ad certum* modum conceſſa ſit, *ein gemeſſen Atzt, auf gewiſſe Zeit des Jahrs, wie viel, wie lang ſolches gerisht ſoll werden?* Dominus ea aliter (*b*) uti non poteſt, adeo, ut ſi forte alio anni tempore, aut cum miniſtris ſupra conventum numerum, veniat, aut diutius, quàm par eſt, maneat, propriis ſumptibus vivere cogatur. *vid. exempla apud Wehn. in voce ſchauren.*

NOTÆ.

(*a*) TEMPORIS &c. *In Franconia, prope Kitingam, ſunt ſex Pagi, vulgò ſechs Meyndœrffer, Præfectura Grelingenſis, olim dominatus Braunecks hodiè Marchionatus Brandenburg: ſeu Burggraviatus Noribergenſis, als: Suckershauſen, Steffe, Obernbrett, Gnodſtatt, Mertesheim, und Ober-Ickelsheim. In his Pagis Decima debentur dem Dohm-Probſten zu Würtzburg; & e contra giebt der Dohm-Probſt dem Marggrafen jährlich 12 Malter Schirm-Habern, und 30 Pfund Unsz. Pfenning, zu Schirm-Gelt, die Unterthanen dafur zu beſchauren, hoc eſt, zu ſchützen und beſchirmen. So auch die Hochgericht in berührten ſechs Flecken, vom Amptmann zu Creylingen, beſucht und gehalten werden, quod, quolibet anno, ter fieri ſolet, als: Im Herbſt, Februario und Mayen, ſo mag der Amptman, mit ſo viel Perſohnen und Pferden, als ihm beliebt, und deren Zahl man nicht wiſſen mag, darzu auch mit ſchonen Frauen und Spielleuten &c. des Abends, ankommen, und des folgenden Tags, nach gehaltenem Hof-Gericht, umb die Zeit und Stund er voriges Tags angelangt, und alſo nach 24 Stunden, wieder abziehen. Was damals verzehrt, muß der Dohm-Probſt zu Würtzburg ausrichten; quod hodieque ſervatur, ſed uſu paruum honeſtiore &c.* Hæc *Wehnerus, Obſervat. Pract.* voc. *Schauren*, p. 430 & 431; unde ſua *Magerus*, de *Advocatia Armata*, Cap. X. §. 277, p. 473. *Joh. Gotthard von Bäckellen*, de *Jure Hoſpitiorum*, Cap 4. §. 2; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, ſeu *Scabinatu Hallenſi*, §. 110, p. 107 & 108. Specialiora adhuc ſuppeditat *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad Lib. V. Cap. 7, §. 62, pag. 818 & 819. verb. *Die uhralten Gerichts- Saal- und Ehehafft-Bücher der Marggräfiſchen Brandenburgiſchen ſechs Mayndorffer, als Ober-Ickelsheim, Mertesheim, Gnottſtatt, Obernbrait, Steffe, und Suckershauſen, welche zu dem Ampt Creylingen gehören, ſollen ausweiſen, daß die Herrſchafft, weit über 200 Jahr, befugt, und die Reverſalen, neben ſelbſt eigener vielfaltiger Bekantnüſſe, deren bey dem Stifft Würtzburg jederweiln geweſenen Dohm-Probſten, beſtärcken, daß, ſehr weit über hundert Jahr, die Herrſchafft Brandenburg, nachdeme ſie vermelte Ort erkaufft, in ruhiger unwiedertriebener Poſſeſſion, vel quaſi, geweſen, und noch ſeyn, in berührten ſechs Mayndorffern, drey Hoch-Gericht, zum Hornung, Mayen und Herbſt, jährlichen, entweder Selbſt, oder durch die Ihrigen, mit viel oder wenig, (deren man keine Zahl weiß,) auch mit Jägern, Hunden, Federſpiel, ſchönen Frauen und Spielleuten, auf vorgehende Denunciation, ſo 14 Tag zuvor geſchicht, zu beſuchen, und zu halten, darbey das Mahl,*

Mahl, nach belieben, groß oder klein, zu nehmen: eine Kufen mit Wein, in jedem obgedachter Dorffer, bey Haltung des groſſen Mahls, auf die Gaſſen zu ſtellen, (darein eine, oder zwo, Schüſſeln geleget werden, damit jederman daraus trincken moge, und pfleget derjenige, ſo die Brandenburgiſche Herrſchafft repræſentiret, wohl ſelbſten daraus den erſten Trunck zu thun) und die mitgebrachte Pferde beſchlagen zu laſſen; doch daß ſolches alles, an jedem Ort, nur, von einem Tag biß auf den andern, wehre, welches allein die Dom-Probſtey zu Würtzburg zu bezahlen: Wo ſolches nicht geſchicht, hat die Herrſchafft Brandenburg die Dom-Probſtes darumb zu pfanden, und Macht, zu ihren Gütern und Einkünfften zu greiffen &c.

(*b*) ALITER &c. Contra abuſum Albergariæ Juris merito declamat *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap X, § 299 & ſeqq. p. 475 &c. memor ſimul argutiarum *Herboldi*, *Murhartenſis* Abbatis, à proverbio, *Botz guti Gott*, (pro benignum Deum) cognominati, qui, (*Georgio Widemanno* teſte, in Chronico,) cum *Udalrici*, Würtenbergenſium Comitis, dicti Cœnobii Advocati, Venatores, cum canibus, juſto frequentius, *Murharti* hoſpitarentur, & aliquando pro viribus comeſſarentur, paucis duntaxat comitibus ſtipatus, clam Stutgardiam profectus, ad menſam Domini Territorialis acceſſerit, interrogatusque: num querelarum quid aut negotii exponendum haberet? aſtutè reſponderit: *Botz guti Gott, putabam ego Murharti eſſe Monaſterium, ab Imperatore Ludovico, pro Religioſis fratribus, fundatum: nunc video eſſe ſtabulum canum: nam Domini mei Clementis ſervuli, qui cumellis canes ductant, ipſi canes ibi ſtabulantur. Non opus eſt amplius cantu, & diapſalmate meorum Monachorum, ſatis vero ibi baubantur canes, quamdiu hi in Monaſterio meo degent, ego hic in aula manebo, Dominus meus poteſt me facilius paſcere, quam ego canes ejus &c.* Ad quæ generoſi animi Comes, ſuavè ridendo: *Vade, chare Prælate, auferetur hoc cacoethes.* Unde colligere eſt, Præſulem iſtum bonum familiaris rei adminiſtratorem fuiſſe, nec abuſum albergariæ juris, Comiti *Murharti* competentis, diutius tolerare voluiſſe; Conf. *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XVII, §. 245. pag. 384.

(114) Amittitur hoc jus (1) præſcriptione, ad quam neceſſaria non eſt, ex parte dominantis, requiſitio, ex parte *ſervientis* (*a*) denegatio; ſed ſolus non-uſus ſufficit. Et quidem, ſi ſerviens aliquem titulum habeat ſuæ præſcriptionis, ex quo ſuperioris conſenſum docere poſſit, 40. anni ſufficiunt; Si autem nitatur ſolius temporis lapſu, tempus immemoriale requiritur. *l. ult. C. de fund. patrimon. Tabor. tr. de metat. part. 3. ſect. 2. c. 1. n. 11.*

NOTA.

(*a*) SERVIENTIS &c. Ad præſcriptionem Servitutis denegatæ, requiritur quidem regulariter (1) Domini ſervientis prædii prohibitio, *wann ich einem die Servitut negire*; (2) Domini dominantis prædii acquieſcentia, *wann es auch der ander dabey laſſe, und weiter ſich nicht opponirt*; Vid. L. fin. C. de *Præſcript. long. temp. Struv. Jurisprud. Romano-German.* lib. 2, Tit. V, §. 6, p. 91. Hic autem ſecus fit.

(115.) Amittitur (2) renunciatione: ſi quis plura jura in aliquo loco habeat, ſpecialis renunciatio requiritur, & ſi uni juri forte renunciavit, non præſumitur, alteri renunciaſſe; Renunciationes enim ſtrictè ſunt intelligendæ, ut minus præjudicent renuncianti. *Franciſc. Curt. jun. part. 1. conſ. 23. n. 1.*

(116) Idem (3) amittitur, ſi ſubditi, Imperiali privilegio, contra ejusmodi onera, ſint muniti; ſi ſubditi cum ſuperiore convenerint, certo aliquo, pro hoc onere, ſoluto; ſi ſubditi à ſuperioribus, ne aliis vicinis exhibeant albergariam, prohibeantur. *vide hæc omnia exemplis illuſtrata apud Dn. Binder. de Jur. Alberg. concl. 27.*

(117) Affinia huic Juri ſunt *Jus metatorum*, (*a*) *die Einquartierung*; Jus aperturæ; protectionis avenæ, *der Schirms-Habern*, vaccæ Walpurgicæ &c. *vid. Tabor. de metat. & epidem.*

NOTA.

(*a*) METATORUM &c. De *Jure Metatorum*, Tractatum edidit *Waltherus*. Conf. *Movii*, Diſp. de *Metatis & Epidemeticis*, Gryphisw. habita, 1633; *Joh. Otto Tabor*, Tr. operoſiſſ. *de Metatis & Epidemeticis*, Argent. 1645; omnia tamen ex Legib. Romanis deducens; *Jacob Bilibaldus Haller ab Hallerſtein*,

ſtein, Patric. Norimbergenſ. diſſ. de *Metatis militaribus*, Præſid. Dn. *Henrico Linckenio*, An. 1675, Altorfi ventilata, de *Metatis Palatinis*, ſeu *Ablager*, eodem Præſide, an. eod. diſputavit Dn. *Frider. Guilielmus Ebner*, Norimb. *Beſoldus*, Theſ. Pract. voc. *Einquartirung*, p. 215 &c. Idem, de *Regalibus*, Cap. IX, §. IX. p. m. 1135. *Speidelius*, *Notabil.* voc. *Einquartirung*, p. m. 228; *Mylerus*, de *Principib.* & *Statib. Imperii*, Part. 2; Cap. 80, §. 2, p. 709; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 5, §. 4, v. 165, p. 314; Dn. *Bohmer*, *Introduct. Jur. Publ. univerſ.* Part. ſpec. Lib. 2. Cap. 1, §. 27. lit. n. pag. 328. Dicuntur *Metata*, vel à *meta*, i. e. termino, ceu *Lucas de Penna*, ad Tit. C. de *Metat.* putat, vel à *metiendo*, quod metatores caſtra deſignent, ut *Faber*, in Lexico, arbitratur. Competit hoc Jus omnibus, qui aut Summa Majeſtate, veluti Cæſar, aut Territoriali Superioritate, ut Imperii Status, pollent, reliquis excludendis. Vid. *Knichen* de *Sublimi Territor. Jur.* c. 4. §. 422. p. 156. *Mylerus* l. c. §. 4. *Beſoldus* l. c. In Imperio, Cæſar, inſciis Statibus, poſt *Inſtrum. Pac.* art. 8. §. 2. verb. *Hoſpitationes Militum*, illud exercere nequit, quoniam ad Comitialia refertur. Conf. Capit. *Leopoldi*, art. 13. in fin. & *Joſephi*, art. 13. in fin. & *Caroli VI*, art. 4. *Burgeldenſ.* ad *Inſtrum. Pac.* p. 3. Diſc. 2. p. 19. Originem *Metatorum* repetunt *Beſoldus* l. c. & *Tabor* de *Metat.* c. 4. à *L. Poſthumio Albin. Conſule*, authore *Livio* lib. 42. Num *realia*, num *perſonalia* munera dici mereantur? diſputant; Poſterius affirmat *Jacobus Bornitius*, quod perſonalem quandam vexationem inferant, proptereaque hoſpitalis moleſtia nominentur l. 8. C. de *Metat.* prius defendit *Hahnius ad Weſenbec.* Tit. de *Munerib.* & *honorib.* n. 2 cum ipſi rei indicantur, de eo, quod in ipſa re faciendum. Vid. l. 1, §. 11. ff. de *Muneribus* & *honorib.* & l. 2. C. de *Muner. Patrim.* Inſolentiæ militum, hoſpitanti ſæpius valdè moleſtæ, per accidens fiunt, nihilque propterea involvunt contrarii. Dividuntur (1) In *Simplicia*, & ea, quæ cum *alimentatione* fiunt; Vid. *Hallerus* l. c. §. 11. & 12. Illa, nudo hoſpitio abſolvuntur; Hæc, iterum ſunt vel *ſimplicia*, quando, præter hoſpitium, militi *avena* pro equo danda; vel *duplicia*, quando & miles & equus alendi; exprimi hæc ſolent phraſi: *Obdach*, *Mund-Portion*, Service, *Stroh*, *glat und rauh Futter*, *geben.* Vid. *Hahnius* l. c. §. 3. (2) In *Militaria*, quando milites ſaltem hoſpitio excipiendi veniunt, debitaque ipſis præſtanda; & *Palatina*, quando alii Officiales & Miniſtri Principis, excipiendi ſunt; arg. l. 3. §. 14. ff. de *Munerib.* & *honorib.* & l. 2. C. de *Metat.* Dicuntur Palatina, à Miniſtris, in Palatio Principi ſervientibus, quod poſtea & ad alios extenſum, ceu notat *Ebnerus* l. c. §. 11. p. 11. Plerumque autem *ſimplicia* tantùm eſſe ſolent, arg. l. 5. & 6. C. de *Metat.* & l. 3. C. de *Erog. Milit. Tabor de Metat.* p. 2. c. 6. §. 10. *Hallerus* l. c. §. 38. *Ebnerus* l. c. §. 25. militaria verò *duplicia*. Eximuntur à Metatis vel Perſonæ, vel Res; Illarum nomine veniunt (1) Clerici, arg. *Inſtrum. Pac.* art. 7. (2) Doctores & Profeſſores, arg. l. 8. C. de *Metat.* nec obſtat l. 3. C. de *Prof.* & *Med.* ubi Poëtæ, nec l. 22. pr. de *Excuſ.* ubi Geometræ, hac immunitate deſtituuntur, quandoquidem ibi ſermo de Poëtis & Geometris, qui non Profeſſores; ut recte notat *Hallerus* l. c. §. 52 (3) Advocati, arg l. 6. D. *de Prof.* (4) Conſiliarii Principis, etiamſi officia reſignaverint. *Haller.* l. c. §. 53. (5) Senatores, *Brunneman* ad ad Tit. C. de *Metat.* (6) Militum Præfecti, arg. l. 1. C. *Quib. muner. excuſ.* (7) Magiſtri ſcholarum; arg. l. fin. §. ſ. C. de *Muner.* Res, quæ à metatorum onere immunes, ſunt (1) Templa, in favorem cultus divini, (2) Scholæ, tanquam ſeminaria Eccleſiæ, (3) Orphanotrophia & Hoſpitalia, quippe quæ ad pias cauſas fundata & exſtructa; (4) Palatia Principum, l. un. C. de *Palat.* & *Dom.* (5) Prætoria, arg. l. 3. C. de *Metat.* ne ſcil. Magiſtratus juſtitiam exercendo turbetur. (6) Molendina publica. Hering. de *Jur. Mol* q. 27. (7) Plerumque Balnea publica; & Apothecæ publicæ; *Speidel.* voc. *Bader.* (8) Salinæ, arg. l. 6. §. 5. de *Offic*, *Praſ.* ob metum ignis, qui facillime ejuſmodi tuguriola conſumere poteſt. &c. Diſtributio metatorum fiat ſecundum proportionem Geometricam, i. e. reſpectu bonorum, ſeu facultatum, quibus quis pollet; iniquum enim foret, ſi pauperi eadem cum divite ferenda onera imponerentur. In Comitiis Imperii, aut Sacris Romanorum Regum, Imperatorum &c. incumbit metatorum cura Vice-Mareſchallo *Papenheimio*, qui non ſolùm ædes, præſentibus Imperii Statibus, abſentium Legatis, aliarumque Potentiarum Miniſtris, habito ad perſonam reſpectu, eligit, ſed & aſſignat, atque inſcriptionem affigit, vulgò *das Anſchreiben.* Vid. Præced. Tit. XI. §. XI, lit. a, v. 4. p 812 &c.

(118) Jus aperturæ (*a*) ſimpliciter Apertura dicitur; Germanis, *die Oeffnung: Oeffnungs-Gerechtigkeit, ewige Oeffnung.*

NOTA.

(*a*) APERTURA &c. Legi merentur: *Fritſchius*, de *Jure Apertura*, 1669. *Wilhelmus Deckherrus* Tract. de *Jure Apertura*, vulgò *Oeffnungs-Recht*, Argentor. 1670. *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Oeffnung* p. 707 &c. *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. ead. p. 383; *Rudinger*, *Obſervat. Singul.* Centur. 3, *Obſervat.* 95, p. m. 671; *Speidel*, *Notabil.* voc. *Oeffnung*, p. m. 693, *Knipſchild* de *Jurib. Civit. Imper.* Lib. 1. Cap. 12. §. 172.

§. 172, p. 105; *Bidembachius; Quaſt. Nobil.* 22. tot. *Meichſner, Deciſ. Camer.* T. I. P. I, Deciſ. ult. *Magerus, de Advocatia armata*, Cap. X, §. 593 &c. p. m. 499; *Mylerus, de Principib. & Statibus Imperii*, P. 2, Cap. 80, p. 708, *Limnaus* Lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 244. p. 254; *Kelbius* Abb. *Arnsburgenſ. Confutat. Signi Selmenſis XXV*, p. 231 &c. Dn. *Datt*, vol. *Rer. German.* Lib. I, Cap XXI, §. 22 & ſeqq. p. 149. &c.

(119) *Jus aperturæ eſt jus, quo alicui civitas, caſtrum aut fortalitium, belli, paciſve tempore, ad ſecuritatem, hoſpitium vel tranſitum, apertum eſſe debet.*

(120) Veriſimile videtur, hoc jus ortum eſſe eo tempore, quo diffidationes ac inimicitiæ publicæ in uſu erant, (*a*) *da das Fauſt-und Kolben-Recht im Schwang gegangen*, ſcilicet poſt tempora Friderici II. *vid. A. B. cap. 17. & Conring. de judic. Germ. antiq.* tunc enim apertura aſyli cujusdam loco fuiſſe videtur illis, qui armis laceſſiti, ſecuram refugiendi commoditatem, *eine offene Retirada* quærebant. Quemadmodum adhuc hodie jus illud aperturæ, plerumque tempore guerræ, *bey offendlichen Fehdens-Zeiten*, exercetur.

NOTA.

(*a*) Idem docent *Fritſchius* l. c. Cap. I. §. 7, *Deckherr* l. c. Cap. I. §. 9, p. 11; Dn. *Datt* l. c. §. 23, p. 149.

(121) Si jus aperturæ alicui competit in caſtro, quod ſitum eſt in ſuo territorio, ſine omni temporis diſtinctione, fundamentum ſeu præſumptionem facit pro Superioritate (*a*) territoriali, & præſumitur, hoc caſtrum eſſe non tantum *in*, *ſed de*, territorio: Si verò debeatur in alieno & vicini territorio, non Superioritatem, ſed ſervitutem arguit. *Klock. de Contribut. c. 7. n. 116.* Aliter *Fritſch.* diſtinguit, ſc. an in ſubditorum caſtris alicui hoc jus competat, an vero in vicini territorio? priori caſu dicit, hoc jus arguere Superioritatem; poſteriori ſervitutem. *de jure apert. cap. 2. num. 9.*

NOTÆ.

(*a*) Utut apertura Caſtri tempore Belli debita, multis Superioritatem Territorialem innuere videatur, (quæ theſis tamen ſimpliciter non probanda, per ea, quæ tradunt *Klockius*, T. I. Conſil. 10, §. 308, & *Deckherr* l. c. Cap. 8, §. 4, p. 48.) & verba: *Das genante Schloß und Statt, ſoll Uns offen ſeyn, wieder jedermänniglich, zu Unſern Kriegen, und Nothen, wo Wir das bedürffen, niemand ausgeſchloſſen &c.* non niſi de reſervatione dictæ Superioritatis, accipi poſſe, tradant: *Weſenbecius*, P. 1. Conſil. 2, §. 78, *Meichſner* l. c. *Wehner* l. c. *Rudinger* l. c. *Dietherr* ad *Beſoldum*, voc. *Oeffnung*, p. 708 &c insuperque haud raro jus hoc Juri Territorii annumeretur, & inter *Vogthiam Superiorem*, quæ Jure Principatus eſt, referatur à *Knichen* de *Jur. Territor.* Cap. 4. §. 354, p. 150, & *Klock*, de *Contribut.* Cap. 7, §. 116, p. 175; *Beſold.* l. c. p. 707, §. *Oeffnung annumeratur* &c. attamen non ſemper illud Superioritati præfatæ accenſendum eſſe, ſed quandoque competere, vel (1) ex Pacto, vel (2) ex Confœderatione, (3) ex Inveſtitura, (4) ex Conſuetudine, ſeu Præſcriptione; (5) Jure dominii inter cohæredes; (6) Diſpoſitione paterna; (7) Servitute. (8) Mera conceſſione gratuita &c. dudum oſtenderunt: Auctor *der Waldeckiſchen Ehren-Rettung*, P. 2, Cap. 24, fol. 193; *Meichſner*, T. 3. deciſ 6 §. 54 & 72; *Beſoldus* l. c. §. *Oeffnung interdum*, p. 707; & §. *Eſt quoque*, ibid. & §. *Quod Jus aperturæ* l. c. p. 708; *Speidel* l. c. *Mager* l. c. Cap. 10, §. 597 ad 600. p 500; *Wehner*, l. c. §. *Formulas*; *Cephalus*, Conſ. 628; *Schrader*, Vol 1. Conſil. 13, §. 74; *Deckherr* l. c. Cap. 4, p. 17, *Klock* l. c. *Knipſchildt* l. c. §. 174, p. 105; *Irenicus*, ad *Burgeldenſem*, Part. 1. Diſcurſ. 26, p 282 &c. *Mylerus* l. c. §. 1. p. 709 &c. variis exemplis thema illuſtrantes. Hinc & variæ definitiones ejus, apud *Deckherr* l. c. Cap. 2, §. 5. p. 14 &c.

(122) An Imperator, tempore guerræ, in Principum ac Statuum caſtris & civitatibus, jus aperturæ habeat? *difficilis* quæſtionis eſt. Ferdinandus II. in Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 1623. propter metum ingruentium bellorum, ſibi jus aperturæ, in omnibus & ſingulis Civitatibus Imperii, prætendit. (*a*) Verùm, cum res ſit periculi plena, ex juribus & Privilegiis Statuum judicandum videtur. Quamvis negari non poſſit, Imperatorem, tanquam ſupremum Imperii caput, ſi à publico Imperii hoſte præſentiſſimum metuat periculum, in Prin-

Principum ac Statuum Imperii caſtris ac fortalitiis, certis ſub conditionibus, aperturam petere poſſe, ne deterioris ſit conditionis, quàm Dominus Feudi in caſu neceſſitatis. Quod verò attinet aperturam pacis tempore, eam, ſaltem reverentiæ & cultus cauſa, Principes ac Status Imperii Imperatori denegare non poſſunt. Civitates imprimis Imperiales; *vid. Limn. in annot. ad Capitul. Car. V. p. 336.* ubi hoc potiſſimum accipit de Imperii Civitatibus: verba hæc ſunt: *Niſi Palatia fuerint pro Principe in Civitatibus Imperii reſervata, quis Ducum, Comitumve erit, qui aula ſua excedere, & Principi ſedem ibi vacuam dare paratus ſit?* Idem Limnæus ex Caninio refert: Manſioni Imperatoriæ, in caſu neceſſitatis, ex mediatis civitatibus adſcriptam eſſe *Bambergam*, ita, ut ſi Imperator non habeat alium locum, ubi commorari poſſit, Epiſcopus Bambergenſis obligetur, dicta civitate excedere, eamque Imperatori concedere, & ſe *Villacum*, Carinthiæ civitatem, conferre.

NOTA.

(a) PRÆTENDIT &c. Vid *Friſchius de Jure Intrada*, Cap. 3. §. 3. pag. 5.

(123) Quo reſpectu Imperatori adventanti, vel noviter electo, à Civitatum Imperialium magiſtratibus claves aſſerantur? non conveniunt Publiciſtæ. Alii, reſpectu Superioritatis ſeu ſummæ poteſtatis, quam Imperator in Civitatibus habet, hoc fieri exiſtimant. *Arum de Comit. c. 5. n. 75.* Alii verò hoc fieri putant, in ſignum reverentiæ, & in recognitionem univerſalis protectionis, (a) nec non in ſignum illius, quam permittunt eorum privilegia & jura, tanquam Statuum Imperii, ſubjectionis, quæ tamen libertatem earum & jura nullo modo tollat; præſertim cum Imperator, nuda tantum clavium oblatione, ut plurimum, contentus ſit, & Civitatibus eas vel in manibus relinquat, vel ſtatim reſtituat. *Hermes Faſcic. Jur. publ. c. 31. n. 36.*

NOTA.

(a) PROTECTIONIS &c. Ita quoque *Friſchius*, de *Jure apertura*, Cap. 3, §. 13 &c. & de *Jure Intrada*, Cap. V, §. 11, p. 11; & *Knipſchild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imper.* Lib. 2, Cap. 1, §. 68, pag. 169.

(124) Jus aperturæ interdum *vi pacti* (a) competit, & Superioritatem non infert. Sic Advocati interdum hoc jus aperturæ habent in civitate, quæ eſt in ipſorum clientela ſeu protectione. Quemadmodum Archi-Duces Auſtriæ in Epiſcopatu Tridentino jus aperturæ dicuntur habere. *Cephal. Conſ. 628. vid. Mager. de advocat. armat. c. 10. n. 593.*

NOTA.

(a) PACTI &c. Quemadmodum Auſtriæ Archiduces illud habent in Epiſcopatu Tridentino Vid. *Joh. Cephalus*, Conſ 628; *Speidel* l. c. *Magerus* l. c. §. 597. p. 500. *Wehner* l. c. §. *Formula*. p. 383. *Beſoldus*, voc. *Oeffnung*, p. 707 & 708; *Myler* l. c §. 1. p. 709; *Knipſchild* l. c. lib 1. c. 12, §. 174, p. 105. *Andler, Jurisprud.* lib. I, Tit. V, Part. 3, §. 42. p. 185. Pariter ac Elector Palatinus *Philipsburgi*. vid. praeced. Tit. XII §. 31, lit. d. v. 12. Dux Bavariæ, *Ortenburgi*, vid. *Beſoldus* l. c. p. 707. Domus *Saxonica, Brandenburgica & Haſſiaca*, inter ſe, vigore *Pacti Confraternitatis*, an. 1614. vid. ſeq. Tit. XX. §. 85, lit. a. Domus *Würtenbergica*, in Cœnobio *Alba Dominorum*; vid. *Documenta Würtenbergica*, T. 1. Tit. *Alba Dominorum*, §. XXXIII, p. 198 &c.

(125) Interdum jure confœderationis, amicitiæ, vicinitatis & urbanitatis competit. *Alſo hat ſich Herzog Friederich in Bayern mit dem Stifft Paſſau*, Anno 1393. *verbunden*, (a) *daß demſelben die Bayeriſchen Schlæſſer ſollen offen, und ihnen damit beyſtændig und geholffen ſeyn, doch ausgenommen den Ræmiſchen Kænig* Wenceslaum, *Klock. tom. 1. conſ. 10. n. 306.*

NOTA.

NOTA.

(*a*) VERBUNDEN &c. Huc etiam referendi *Ganerbii*; nec non Pactorum mutuæ ſucceſſionis ſocii; de communi apertura Familiæ Hohenzolleranæ, legas *Beſoldum* l. c. p. 708. ibique *Dietherr*, in *Additionib.* p. 709; conf. ſeq. §. 126. lit. a.

(126) Hoc jus inter vicinos ita conſtitutum, locum habet, & tempore pacis, & tempore belli, prout tenor pacti, hoc, vel ad tempus pacis, vel belli, reſtringit. (*a*) Alii hoc jus inter amicos & vicinos tantùm ad tempus pacis reſtringunt, *quos vide apud Fritſch. de Jure apert. cap. 3. num. 30.*

NOTA.

(*a*) RESTRINGIT &c. Non ſemper eodem modo ſe habet Jus aperturæ; quandoque enim perpetuum eſt; quandoque ad vitæ ſaltem dies conceſſum; nunc reſtringitur duntaxat ad tempus Belli, nunc, ad Pacis tempus tantùm, nunc vero utrumque includit. Mox nudam in ſe continet receptionem, mox ſimul & defenſionem, mox & arma, & quælibet neceſſaria, involvit. In Hohenzollerana Gente ita cautum: *Wir wollen auch, daß Unſere Sohne, und Ihre nachkommende Erben, auf zukünfftigen Fall, in Unſern Schloſſern und Stätten, einander Oeffnung geben, zu Ihren Geſchäfften, und daß der, ſo Oeffnung giebt, des Andern, ſo Oeffnung begehrt, zu Recht und aller Billigkeit mächtig ſeye, und wan der, ſo Oeffnung einnimbt, Früchten, Pulver, oder anders, ſo im Schloß iſt, zu der Nothdurfft gebrauchen würde, ſoll ihm der Innhaber ſelbigen Schloſſes, ſolches Pulvers &c. da er es derſelben Zeit entbehren kan, vergünnen, und ſoll er nochmals das weiter, in das Schloß, auf ſeinen Koſten, völlig, innerhalb Jahres Friſt, erſtatten, damit das Schloß allweg gerüſt, und zu der Nothdurfft verfaſſt ſeye. Alles getreulichen und ungefährlich. Doch ſoll der Innhaber des Schloſſes allwegen ſtärcker mit Leuten, als der, ſo Oeffnung begehrt, im Schloß ſeyn und bleiben &c.* Vid. *Beſoldus* l. c. Conf. ibidem *Dietherr*, in Addit. p. 709. *Deckherr* l. c. Cap. VII, §. 5. p. 43.

(127) Idem competere poteſt jure feudi, ac inveſtituræ. (*a*) Et tale feudum dicitur *aperibile, ein offen Hauß, ein aufgebend Leben*, & eſt, quo res aliqua ea conditione in feudum datur, ut Vaſallus, loco ſervitiorum, tempore belli pacisve, arcem vel civitatem Domino aperire debeat. *Struv. de Feud. c. 4. aphor. ultimo.*

NOTA.

(*a*) INVESTITURÆ &c. In literis de An. 1438. quibus *Henricus* & *Volradus*, Comites *Waldeccii*, an 1438 die undecim millium Virginum, *Ludovico*, Haſſiæ Landgravio, Comitatum ſuum in Feudum obtulere, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 2 *Fortſetzung, XXV Abſatz*, §. 229, p. 355, legitur: *Die vorgenannte Graffeſchafft zu Waldegke, Sloſſe, und Stede, und Dorffer, darinn und darzue gehorende, als viele uns der zuſtehet, jetzt in haben, und hernach mechtig werden, ſollen Unſem obgenanten Oheimen, ſynen Erben und Nachkommen, Furſten des Landes zu Heſſen, und den Iren, von Irer wegen, allezyt uffen ſin, ſich da-inn und daraus zu behelffen, wider allermenlichs, eymandts ußgenommen, auch ane geverde &c.* Conf. *Deckherr* l. c. Cap. 6, §. 2, p. 39. & præced. Tit XII, §. 31. lit. d, v. 12. p. 920, ubi Exempla alia.

(128) *An Vaſallus, aperturam caſtri Domino denegans, ſtatim poſſeſſione ejus privari ac expelli poſſit?* negatur; (*a*) niſi Vaſallus hoc dolo, vel ſine probabili cauſa, fecerit; tunc enim ad feudi privationem agi poſſe, concedimus. *vide Waldeckiſche Ehren Rettung, part. 2. C. 24.* non tamen, ubi apertura, vel jure vicinitatis, vel alio jure, quàm Superioritatis, competens, denegatur, armata manu porta aperiri vel effringi debet; Hæc namque via facti ſacris Imperii conſtitutionibus, ſub pœna fractæ pacis publicæ, juſtè prohibita eſt; ſed judicio agendum erit vel poſſeſſorio vel petitorio, vel alia juris via legitima ſequenda erit. *Vide Klock. de contribut. cap. ultim. Fritſch. c. 6. §. 3. & 4.*

NOTA.

(*a*) NEGATUR &c. Conf. *Roſenthal* de *Feudis*, Cap 8 Concl. 2, lit. G, *Beſoldus* l. c. §. *Ac notandum*, p. 708; ubi Exemplum Landgraviorum Haſſiæ allegat.

(129) Tandem poteſtati bellicæ adhæret Jus finem imponendi bello, aut induciis, aut pace. Aliquatenus enim terminatur, ſi non bellum, tamen concertatio, induciis, quæ ſunt quaſi bellorum feriæ. *Induciæ propriè ſunt conventio, per quam bello manente, bellici actus ceſſant.* Quemadmodum enim Principes habent jus finem omnino imponendi bello, pace; ita & jus habent, *inducias* (a) faciendi cum hoſte ſuo. *Vid. I. P. art. 8. §. gaudeant. in fin.*

NOTA.

(a) INDUCIAS &c. Vid. ad præc. Tit. 3. §. 20. lit. A.

(130) Eidem autem, cui eſt jus faciendi pacem, etiam Jus eſt *fœdera* (a) ſanciendi; pax enim per ſanctionem fœderis fieri ſolet.

NOTA.

(a) FOEDERA &c. Vid. ad præc. Tit. 3. §. 21. lit. A.

(131) *Fœdus autem eſt conventio publica, (a) auctoritate Imperantium facta, inter duos populos, ad ſocietatem & amicitiam colendam, & utriusque utilitatem promovendam.*

NOTA.

(a) CONVENTIO PUBLICA &c. Fundatur hæc definitio l. 5. ff. de *Pactis*. Quomodo accipienda veniat? exponit *Grotius* de *Jur. B. & P.* lib. 2. c. 15. §. 1. p. 266. & 267. De diſcrimine fœderum & ſponſionum, idem, ex *Livii* libro IX. ratiocinatur l. c. §. 3. pag. 267. Omnem pacem, genuino ſenſu ſumpta voce, *fœdus*, vel ſimpliciter, vel cum appoſito pacis, vocari poſſe, notat *Schützius* Vol. 2. I. P. Diſſ. 13. β. 1. lit. C. p. 859. Contrarium aſſerere non licet, cum non pariter omnia fœdera, mediante pace, ſicut omnis pax, mediantibus fœderibus pangitur, ineantur. Sic pax inter *Carolum II.* R. Angl. Fœderatosque Belgas, de An. 1667. in proœmio, paſſim audit *Fried*, *Freundſchafft*, Confœderation, *Bündniß &c.* Conf. Ejusdem formulæ art. 1. 3. 5. 6. 8. 11. 23. 31. 36. 38. Idem de aliis Pacificationibus dicendum. Nec male *Grammondus* lib. 4. *hiſtor.* pag. 247. de pace inter *Ferdinandum II. & Ordines Imperii*, ait: *Tandem in Fœdus conventum, cujus hæc ſumma fuit ---- Pacem fore totâ Germaniâ &c.*

(132) Varias fœderum *diviſiones (a)* vide apud Politicos.

NOTA.

(a) DIVISIONES &c. Sunt autem (1.) vel *Defenſionis*, quæ mutua auxilia reſpiciunt, quale illud Judæorum cum Romanis, *1 Maccab. 8. §. 23.* vel *Commerciorum*, quæ in favorem ſaltem Commerciorum panguntur; exempla quotidiè occurrunt; Vel *defenſionis & commerciorum* ſimul, quale inter Civitates Hanſeaticas; vid. *Webner* voc. *Hanſeſtätt*. (2.) Vel *Æqualia & Inæqualia*; illa, utrinque eodem modo ſe habent; hæc utrinque eodem modo ſe non habent, quale olim fuit inter Helvetios & Argentoratenſes; (3.) Vel *Perpetua*, quæ in perpetuum durant, v. g. Belgicum, Helveticum, Hanſeaticum &c. vocabantur olim Fœdera Salis, *Saltzbund*, notante *Bodino* lib. 5. de *Republ.* c. 6. p. 615. Vel *Temporanea*, quæ certo tempore expirant; De aliis fœderum ſpeciebus, v. g. Paſſagiorum, Patrocinii, Clientelæ, Tributorum &c. evolvendi Politici.

(133) Status Imperii inter ſe, *& cum exteris*, fœdera inire poſſunt, pacis & ſecuritatis gratia. *A. B. tit. 15. Handhabung des Friedens, Rechtens, und der Ordnung zu Worms. Anno 1495. ſub tit. die Kœnigliche Majeſtæt, ibi, auch ſollen wir. I. P. art. 8. §. gaudeant in f.*

(134) An ad hæc fœdera facienda, vel inter ſe, (a) vel cum exteris, (b) conſenſu & authoritate Imperatoris opus ſit? vehementer fuit diſputatum, tempore Caroli V. & Ferdinandi II. quorum ille *fœdus Smalcaldicum:* (c) hic *Unionem* (d) improbavit; quia hæc fœdera ipſis inſciis & non approbantibus facta. Fundamentum potiſſimum videbatur conſiſtere in A. B. *dict. tit. 15.* Hodie omnis hæc diſputatio eſt ſublata per *I. P. dict. art. 8.* & Imperii Status poſſunt quocunque modo fœdera facere, inter ſe & cum exteris, etiam inſcio Imperatore.

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) INTER SE &c. Qui de *Fœderibus* ſcripta reliquerunt, præced. Tit. 3, §. 21, lit. a. p. 398, nominantur. Antiquiſſimis jam temporibus, Fœdera inter Imperii Status, inſciis etiam Imperatoribus, quamvis non ſemper, icta, dictum ibidem, lit. c. p. 400 &c. Conf. Mandatum Avocatorium Statuum Imperii circuli Saxoniæ Inferioris, An. 1626. menſ. Mart. apud *Lundorpium*, Tom. 3. *Act. Publ.* Lib. VIII, Cap. 76, p. 869 &c.

(*b*) CUM EXTERIS &c. De *Fœderibus Statuum Imperii cum Exteris*, proſtat diſſertatio peculiaris Dn. *Andreæ Caſpari Schwartzkopff*, Præſide Dn. *Jacobo Brunnemanno*, An. 1703, menſ. Febr. Halæ habita. Non parum inde crevit Statuum auctoritas. Viceque verſa Potentes exteri in lucro numerant Germaniæ Proceribus tantam eſſe poteſtatem, quam, occaſione data, in ſuos uſus derivare haud ſuperſedent. *Bodinus*, Lib. I. de *Republica*, Cap. IX. §. 118. p. m. 185. de ſolis Germanorum Fœderibus cum Gallis, inquit: *Memini quadraginta ſeptem Fœdera, quæ Reges Noſtri, Philippus V. Carolus V, VI, VII, Ludovicus XI, cum Germanis Principibus coierunt, quibus ſe auxilio futuros, adverſus omnes, excepto Imperatore, ac Rege Romanorum, ſpoponderunt &c.* Præced. Tit. 3. §. 21. lit. c. p. 400 & ſeqq. multa hujus rei documenta extant; Rectè hinc *Johannes Fridericus*, Saxonum Elector, in tertia Apologia, ſub dato *Torgaw*, 4 April. 1541. contra Duplicam *Henrici Junioris*, Duc. Brunſuic. & Luneb. apud *Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. I. Lib. 4. Cap. 22, §. 53, p. 1477: *Darzu ſo iſt der Obrigkeit, von GOttes und Rechts wegen, in Ihrem Ampt zugelaſſen, Defenſiv-Bündniß, und Verſtändniß, mit Andern, zu machen, zu Schutz und Schirm Ihrer Lande und Unterthanen, und zuforderſt, in Sachen, die GOtt und ſein Wort, belangen &c.* & rurſus, una cum *Philippo*, Haſſiæ Landgravio, *in der fernern Ausführung Ihrer Unſchuld*, de An. 1546, menſ. Aug. apud *Hortlederum* l. c. Tom. 2, Lib. 3, Cap. 19, §. 3, p. 325: *Sind auch von den Chur- und Fürſten des Reichs, diejenigen nicht geweſt, die von erſten Schutz und Defenſiv-Bündniß, mit auswertigen Chriſtlichen Konigen und Potentaten, gemacht, und aufgericht &c.* & l. c. §. 4: *Wie auch einer jeglichen Obrigkeit, mit andern Potentaten, Fürſten oder Herrſchafften, Defenſiff-Bündniß zu machen, unſtrefflich zugelaſſen iſt &c.* Exemplis rem illuſtrat Auctor Tractatus, cui titulus: *Bericht und Antwort auf die vornehmſte Capita, Puncten und Päß, der Bayer-Anhaltiſchen Gehermen Cantzley*, apud *Lundorpium*, Tom. 3. *Actor. Publicor.* Lib. VII. Cap. 3, §. *Dieſes wolte aber &c.* ad An. 1624, p. 104 &c. Conf. de Theſi: *Chur-Cöllniſche mündliche Antwort*, ad Propoſitionem Oratoris Cæſarei, Comitis de *Konigseck*, An. 1702, apud *Fabrum*, Tom. VI, *der Staats-Cantzley*, Cap. VIII. §. 29, p. 590: *Die von Sr. Churfürſtl. Durchl. mit Sr. Aller-Chriſtlichſten Maj. getroffene Alliance belangend, ſo könte man Ihnen ja das Recht nicht ſtrittig machen, welches Sie, gleich andern Chur- und Reichs-Fürſten hätten, Defenſiv-Allianzen, nach Dero Gefallen, und wie Sie es vor rathſam befinden, mit wem es auch ſey, vor die Erhaltung Ihrer Lande, zu ſchlieſſen, wenn ſie nur nicht wider den Kayſer und das Reich, zuſammen lieſſen &c.* Add. Ejusdem Electoris literæ ad Moguntinum, de dato *Bonn*, 19 Febr. 1702. apud *Fabrum* l. c. §. 31. p. 596 & 597: *Dahero Uns, ſo wenig als andern Chur-Fürſten und Ständen des Reichs, verbotten iſt, zu Unſerer Landen Rettung und Sicherheit, und umb das Römiſche Reich bey dem Ryßwickiſchen Frieden erhalten zu helffen, mit obigen Cronen (Franckreich und Spannien) Uns in Alliance dergeſtalt einzulaſſen, daß doch Ihre Kayſerliche Maj. und das Reich, ausgenommen, und diejenige Pflichten, womit Wir Ihnen zugethan, austrücklich vorbehalten - - - - worden &c. &c.* De ipſis Cæſarum Capitulationibus, veluti *Leopoldi*, Art. X, *Joſephi*, Art. X, & *Caroli VI*, Art. VI, (verbis ſeq. §. 135, lit. a, occurrentibus,) ne dicam; quibus jungi merentur: *Bodinus* l. c. Lib. I. Cap. VII, §. 78, p. 122; *Limnæus* Tom. I. *Jur. Publ.* Lib. 4, Cap. 8, §. 25, p. 138 &c. & §. 28, pag. 150 &c. & Tom. 4. Addit. ad hunc locum, p. 612. *Becker Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. 4, §. 3, pag. 132; *Schützius*, Vol. 2. *Jur. Publ.* Exercit. XII, §. 11, lit. c & d. pag. 795 &c. & §. 17, lit. b & e, p. 815 &c. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. XVII, §. 12, p. m. 151 &c. & §. 15, p. 153 &c. *Wahremundus ab Ehrenberg*, de *Fœderib.* Lib. I, Cap. 2, §. 238, & Lib. 2, Cap. I, §. 37; & Cap. 2, §. 128; *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. VI, §. 196 & 197, p. m. 214; *Daniel Otto*, Cap. XI. *Jur. Publ.* p. 390. & ſeqq. *Carpzovius*, de *Lege Regia* Cap. VI, Sect. VI, §. 14. p. 153, & Sect. VIII atque IX, pag. 158 &c. *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. 3. Diſcurſ. 2, §. 4, p. 20 & 21, *Rumelinus* in *Aur. Bullam*, Part. 2, Diſſ. 4, §. 34, pag. 557 &c. & ibidem *Mylerus*, in *Additionibus*, p. 559 &c. cum citatis, Dn. *Coccejus*, *Prudentia Jur. Publ.* Cap. XXVI, §. 21. pag. 399 &c. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 20, §. 4, v. 34 & ſeqq. p. 648 &c. Dn. *Nitzſchius* ad *Capitulat. Joſephi*, Art. X, §. 6, pag. 313 & 314; Dn. *Müller*, Diſſ. de *Copiis Auxiliaribus Statuum Imperii*, An 1685, menſ. April, Hallæ habita, §. 17 & 18, pag. 18 &c, Dn. *Wegelinus*, ad *Capitulat. Caroli VI*, Art. VI. pag. 145 &c.

(*c*) SMALCALDICUM &c. De Fœdere hoc unicè in defenſionem Religionis Evangelicæ, an. 1530. & 1531, à Proteſtantibus, icto, Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. a. n. 9 & ſeqq. p. 268 &c. ſiſtit tabulas Dn. *Lunig*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs, 2 Abtheilung*, §. 85. p. 249 &c. de arctiori formula, an.

1536, ibidem, inter ejuſdem Religionis defenſores, contracta, vid. præced. Lib. 3, Tit. 3, §. 21, lit. C. p. 424. ad An. 1536. Appellat quidem *Henricus* Jun. Dux Brunſuic. & Luneb. in *duplica*, ſub dato *Wolffenbüttel*, an. 1540. *Dienſtag nach omnium Sanctorum*, Fœdere hoc junctos *Conſpirations-Verwandte*; vid. Apologia Electoris Saxoniæ, An. 1541. ap. *Hortleder* l. c. Tom. I. Lib. 4. c. 22. §. 53, p. 1477; & *Franciſcus Burcardus*, in *Autonomia*, nominat idem Fœdus, *Einen Schmalkalderiſchen-Frantzöſiſchen- und Peſtilentziſchen Bund*; *Bodinus* quoque l. c. Lib. 2. Cap. 5, §. 212, p. 342, inter pernicioſas maleferiatorum civium, nulla juſta de cauſa, adverſus Patriam, arma capientium, conjurationes, idem referre videtur; ne dicam de *Natali Comite*, qui Lib. I. *Hiſtoriarum*, ad An. 1546, illud, non minus ignominioſe, p. 3 & 4. *à Principibus, ad novam Religionem ſe addentibus, & conſpirantibus*, conflatum, calumniatur, aliiſque, convitiis illud proſcindentibus; ſatis tamen pro eo locuti ſunt: *Bernhardus Zieritz*, in *Diſcurſu Apologetico, pro Fœdere Smalcaldico*; *Horclederus*, in *Excerptis ex Sleidano Quæſtionibus*, *pro Fœderatorum Bello, auſpiciis Saxonicis, contra Carolum V. Imp.* apud *Goldaſtum*, Part. 31. *Politicorum Imperialium*, p. 1371 &c. Idem de *Cauſis Belli Germanici*, P. 1. Lib. 8, per totum. *Anthonius Colerus*, de *Jure Imperii German.* Sect. 73 & ſeqq. *Carpzovius* l. c. Cap. VI. Sect. VIII. §. 6 & ſeqq. p. 158 &c. *Rumelinus* l. c. §. 37, p. 565 &c. *Daniel Otto* l. c. pag. 390; *Limnæus* l. c. Lib. 4, Cap. 8, §. 31 & ſeqq. p. 152; *Burgoldenſis* l. c. *Schützius* l. c. Vol. 2, Exercit. XII, §. 23, lit. E. pag. 850; *Kulpiſius*, ad *Monzambanum*, Part. 2. Cap. 5. §. 10. p. 95; *Cocceius* l. c. Ex ſcopo, & tenore, judicandum, num ejuſmodi fœdera, quale hoc fuit, inſcio Cæſare, contrahi valeant? iſte autem talis fuit: *So haben wir GOtt dem Allmächtigen zu Lob, und mehrerm Gedeyhen und Aufwachſen Göttlicher freyer Lehre; zu Erweckung und Forderung eines Chriſtlichen einhelligen Weſens und Friedens; Dem H. Röm. Reich Teutſcher Nation und aller Ehrbarkeit, darzu gemeinen Unſern Fürſtenthumben, Stätten und Landſchafften, zu guter Wohlfarth, Ehr, Nutz und Frommen, allein zur Gegenwehr und Rettungs-Weiſe, (die einem jeden, nicht allein von natürlichen und menſchlichen, ſondern auch von Göttlichen geſchriebenen Rechten, zugelaſſen, und vergonnet iſt,) mit und gegen einander, eines Chriſtlichen und freundlichen Verſtands, vereiniget, entſchloſſen, demſelben auch auf- und angenommen, und thun das gegenwärtig, in und mit Krafft dieſes Briefs &c.* & mox: *Demnach dieſer Verſtand allein Gegenwehrs- und Rettungs-Weiß, und gar nicht darumb angeſehen, daß jemand unter Uns einigen Krieg anfahen ſoll: ob ſich dann begeb, daß einiger Theil unter Uns, wer der auch wäre, umb das Wort GOttes, Evangeliſche Lehr, und Unſers Heiligen Glaubens, oder, umb Sachen willen, die aus dem Wort GOttes, Evangeliſcher Lehre, und dem H. Glauben, folgen, und demſelben anhängig ----- befehdet, oder vergewaltiget und überzogen wolt werden; oder befehdet und überzogen wurde --- daß dan wir --- ſo bald wir das von dem vergewaltigten, oder ſonſt, durch glaubige Erfahrung, verſtändiget, berichtet und innen wurden, die Sach Uns keiner andern Geſtalt ſollen anliegen laſſen, dann ob Unſer jeder ſelbſt angegriffen, befehdet, überzogen, und alſo ſein ſelbſt eigen Sachen wäre &c.* paucisque interjectis: *Es ſoll auch dieſer Unſer Chriſtlicher Verſtand der Kayſerl. Majeſt. Unſerm Allergnädigſten Herrn, oder keinem Stand des H. R. Reichs, oder ſonſt jemands, zu wider, ſondern allein zu Erhaltung Chriſtlicher Wahrheit und Friedens im H. Reich Teutſcher Nation, und zu Entſchüttung unbilliges Gewalts, für Uns, und Unſere Unterthanen und Verwandte, allein in Gegenwehr und Rettungs-Weiſe, fürgenommen, da Unſer jeder, wie oben berührt, Recht geben und nehmen mag, und nicht anders gemeint werden &c.* Non opus proinde habuit *Melanchthon*, in Epiſtola ad Camerarium, pag. 127, vel ipſemet illud improbandi.

(*d*) UNIONEM &c. Per *Unionem* hanc non intelligitur Fœdus, occaſione Juliacenſis controverſiæ, An. 1610. à multis Imperii Statibus, hoc titulo, contractum, (de quo Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs, in der Andern Abtheilung*, §. 95, pag. 280 &c. & ibid. Continuat. 2, *in der vierten Abtheilung*, §. 113, pag. 154 &c. *Limnæus* Lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 34. pag. 152 & ſeqq. & *Memorabilia* mea (*Merckwürdigkeiten*) Seculi XVII, ad An. 1610. Cap. 4, §. 1. p. 323 &c. ibique plures allegati, evolvantur) ſed illud, quod, an. 1631, 2 April. adverſus Edictum Cæſareum, de *Reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis*, in favorem protegendæ Religionis Evangelicæ, Ordinumque Proteſtantium priſtinæ libertatis, in Conventu *Lipſienſi*, à *Joh. Georgio*, Electore *Saxonum*; *Georgio Wilhelmo*, Elect. *Brandenburgico*; *Auguſto*, C. P. R. *Sultzbacenſi*; *Johanne Philippo*, Duce *Saxo-Altenburgico*; *Joh. Caſimiro*, Duce *Saxo-Coburgico*; *Wilhelmo*, Duce *Saxo Vinarienſi*; *Wilhelmo*, *Haſſiæ* Landgravio; *Friderico*, Marchione *Badenſi*; *Auguſto*, Principe *Anhaltino*, Legatisque *Johannis Erneſti*, Ducis *Saxo-Iſenacenſis*, pariter ac Ducum *Brunſuicenſium & Luneburgenſium*; Marchionis *Brandenburgo-Berutini*; ArchiEpiſcopi *Bremenſis*; Abbatiſſæ *Quedlinburgicæ*: Comitum *Mansfeldiæ*, *Solmenſium*, *Stollbergiorum*, *Barbienſium*, *Waldeccenſium*, *Lippenſium*, *Schwartzburgicorum*, *Rutbenorum*, Dynaſtarum *Schonburgicorum*, atque Civitatum *Argentoratenſis*, *Francofurtenſis*, *Erfurtenſis*, *Auguſta Vindelicorum*, *Lubecenſis*, *Bremenſis*, *Brunſuicenſis*, *Hildeſienſis*,

ſienſis, *Northuſana* & *Mülhuſenſis*, quibus reliqui quoque Suevici & Franconici Circulorum Ordines acceſſerunt, ictum; contra hoc enim *Ferdinandus II.* Cæſar Mandata avocatoria affixit, Civitates præſertim Imperiales, Immediatamque Nobilitatem, & uni Confœderatorum Vaſallos, peculiaribus literis admonens, ne ad arma ruerent. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 2. ad h. a. pag. 309 ad 312. & 328 ad 336; *Brachelius*, Lib. 4. *Hiſtoria ſui Temporis*, p. 224; *Meteranus*, ad An. 1631. pag. 657, ad 661; *Lunderpius*, Tom. IV. *Act. Publ.* Lib. I. Cap. 44. §. 1 & 2. pag. 130 &c. & §. 10, p. 144. & §. 13, p. 152; Dn. *Jacobus Weller, im Lebenslauff Joh. Georgii* El. Saxon. p. 252; Ill. *Puffendorf*, Lib. 3. *Rer. Suecicar.* §. 12, pag. 45; *Nani, Hiſtoria Veneta*, Tom. I, Lib. 8; Dn. *Lunigius* l. c. Part. ſpec. *in der Andern Abtheilung*, §. 99, p. 286; Auctor *des unmaſsgeblichen Bedenckens, das Evangeliſche Directorium betreffend &c.* apud *Fabrum*, Tom. 31. *der Staatt-Cantzley*, Cap. V, §. 8. pag. 492 &c.

(135) In omnibus autem Fœderibus, Imperator & Imperium excipi debet, (*a*) ita, ut nihil contra alterutrius ſalutem fiat. *Aur. Bulla, dict. Tit. XV. Inſtrum. Pac. dict. Art.* VIII. *Specul. Saxon. lib. 2. Art. I.* cujus verba hæc ſunt: *Wo Fürſten und Herren mit Eyden zuſammen ſchwæren, ſie ſcheiden dann das Reich daraus, ſo haben Sie wider das Reich gemiſshandelt.*

NOTA.

(*a*) EXCIPI DEBET &c. Id jam ab antiquo obſervatum; documento ſunt fœdera, quorum præced. Tit. 3, §. 21. lit. c. ſub *Philippo*, p. 401; aliiſque Imperatoribus, ad Ann. 1416, 1418, 1419, 1427, 1440, 1459 &c. pag 413 &c. facta mentio; hodiè quidem Leges Imperii fundamentales id velle, non ſolum ex *Handhabung des Landfriedens zu Worms*, An. 1495. §. V. verb. *Auch ſollen Wir, und Unſer lieber Sohn, Ertz-Hertzog Philips, auch Unſre Churfürſten, Fürſten und Stand des Reichs, ohne Wiſſen und Willen jährlicher Verſamblung,* (Comitiorum) *keinen Krieg, oder Vehd, anfahen, noch einig Bündniſs, oder Einigung, mit frembden Nationen, oder Gewalten, machen, die dem Reich zu Schaden, Nachtheil, oder zu wider, ſeyn mæchten &c.* Sed & ex tabulis *Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ*, Art. 8. §. 2. *Gaudeant &c.* verb. *Ne ejuſmodi fœdera ſint contra Imperatorem, & Imperium, pacemque ejus publicam, vel hanc in primis Tranſactionem, ſiancque, ſalvo per omnia Juramento, quo quiſque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt &c.* imò, ex ipſorummet Imperatorum Capitulationibus, v. g. *Leopoldi*, Art. X. verb. *Wann wir auch ins künfftig, Unſerer eigenen Landen halber, einige Bündniſſen machen würden, ſo ſoll ſolches anderer Geſtalt nicht geſchehen, als unbeſchædiget des Reichs, und nach Inhalt des Inſtrumenti Pacis &c.* *Joſephi*, Act. X. ubi eadem, & quidem cum additamento: *So viel aber die Stände des Reichs in Gemein belangt, ſoll denenſelben, allen und jeden, das Recht der Bündniſs unter Sich, und mit Auswertigen, zu Ihrer Defenſion, Conſervation, Sicherheit und Wohlfahrt, zu machen, dergeſtalt frey bleiben, daſs ſolche Bündniſs nicht wider den Regierenden Ræmiſchen Kayſer, noch wider den allgemeinen Land-Frieden, und Munſteriſchen Friedenſchluſs, ſey; und daſs dieſes alles, nach laut deſſelben, und ohnverletzt des Eyds, geſchehen, womit ein jeder Stand dem Ræmiſchen Kayſer, und dem H. Ræm. Reich, verwand iſt; daſs auch die von frembden Potentaten begehrende Hülffe alſo, und nicht anders, begehrt werde, noch gethan ſeye, denn daſs dadurch dem Reich keine Gefahr zuwachſen mæge &c.* & *Caroli VI.* Act. VI. quo hæc omnia denuò confirmata, diſcendum eſt, theſin probantibus: *Schützio*, Vol. 2. *Jur. Publ.* Exercit. XII. §. XVII. lit. c p. 816. *Limnæo*, *Jur. Publ.* Lib. 4. Cap. 8. §. 25. p. 138; *Wahremundo ab Ehrenberg*, de *Fœderibus*. Lib. I. C. 2. §. 232; *Grotio*, Epiſt. 809. ad An. 1637; *Megero*, de *Advocatia armata*, Cap. VI §. 198. pag. m. 214; *Carpzovio*, de *Lege Regia*, Cap. VI. Sect. VI. §. 10. 11 & 12. p. m. 153. *Kyllingero*, de *Ganerbiis*, Diſcurſ. 15. §. 67; *Reinkingio*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, Lib. 2. Claſſ. 3. Cap. 3. §. 26 & 27 p. m. 1025 &c. *Knipſchildio*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperial.* Lib. 2. Cap. 23. §. 30 & ſeq. p. m. 480; cum citatis; Dn. *Nitſchio*, ad *Capitulat. Joſephi* Art. IX. §. 1. v. 5. p. 304; Dn. *Wegelino*, ad *Capitulat. Caroli VI.* Act. VI. verb. *So viel aber die Stände des Reichs &c.* p. 145 &c. Abſit autem unquam dari caſum, quo Status Imperii, ſive in ſecuritatem libertatis ſuæ, Juriumque & Privilegiorum, ſive ad defendendam Pacem Religioſam, contra Imperatorem, fœdus contrahere cogantur; tunc enim licere Statibus *defenſivum fœdus* pangere, imò Vaſallos ſuos ſubditoſque ex militia Cæſarea avocare, pateſcit ex Mandato Ordinum Circuli Saxonici Inferioris; ad Vaſallos ſuos & ſubditos, de An. 1626. menſ. Mart. apud *Lunderpium*, Tom. 3. *Act. Publ.* Lib. 8. Cap. 76. pag. 869. inde notanda verba: *Obwolen Hochſt- Hoch- und wohl-gemeldte Fürſten und St. nde, nachdem Sie, aus hochdringender Noth, (jedoch in Krafft, und nach Anleitung des H. Reichs*

Digitized by Google

Execution-Ordnung und Abſchiede, auch Reichs-kündigen unverrückten Herkommens,) eine Defenſions-Verfaſſung anſtellen müſſen, nicht allein ausdrücklichen darbey verabſchiedet, ſondern auch alſobald der Röm. Kayſ. Maj. Unſerm Allergnädigſten Herrn, und Andern, zu Verhütung mißtrauwlicher Gedancken, Argwohn, und widerwärtigen Impreſſion, aus auffrichtigem offenen Teutſchen Hertzen, in Schrifften getreulich aviſirt und verſichert, daß ſelche Ihre Verfaſſung nicht offenſivè, ſondern defenſivè, nicht, zu Höchſtgedachter Röm. Kayſ. Maj. des H. Reichs, oder deſſelben Chur-Fürſten und Ständen vorſorglicher Beleidigung, ſondern einig und allein zu dieſes loblichen Nieder-Sächſiſchen Crayſes Schutz und Verſicherung; zu höchſtnothwendiger, zuläſſiger Handhab der theuer-erworbenen Libertät und Religion- und Profan-Sachen, ſampt hergebrachtem Exercitio Augſpurgiſcher Confeſſion, (als des hæchſten Kleinots, ſo Fürſten und Stænde in dieſer Welt haben kænnen) ---- auch Abwendung fernerer angethroheter Einlogirung und Feindlichkeiten, ſolle gebraucht, und angewandt werden &c. & poſtea, mentione facta irruptionis Cæſareo-Ligiſtarum in præfatum Circulum, pag. 470: *weil die Acta jüngſt in der Statt Braunſchweig gepflogener, langwierig- und koſtbarer Friedens-Tractaten, neben andern vorhin bekandten Nachrichtungen, nunmehr genugſamb ausweiſen, wohin die Intention, ſonderlich mit der Bayeriſchen- oder Catholiſchen Liga Armada, indeme man Fürſten und Stände dieſes Crayſes, des mehrerwehnten Religion- und Prophan-Friedens, des freyen Exercitii Augſpurgiſcher Confeſſion, des H. Reichs Conſtitution, ordentlichen Juriſdiction, Teutſcher Libertät, und alſo Fürſten und Stände in Ihren Leib- und Wahl-Landen, an Geiſt- und Weltlichen Gerechtigkeiten, von vielen Jahren hero, ruhelich hergebracht, nach Nothdurfft nicht verſichern, noch, gleich andern Reichs-Ständen, in Kayſerliche Protection, Schutz und Schirm annehmen, oder Sie, der inhabenden erzehlten Stiffter, und anderer Geiſtlicher Güter, nicht zu entſetzen, verſprechen wollen: So haben Fürſten und Stände dieſes loblichen Nieder-Sächſiſchen Crayſes, zur Verwahrung Ihres Chriſtlichen Gewiſſens, nicht umbhin gekönt, durch dieſen offenen Anſchlag, und Ausſchreiben, alle und jede, unter beyden widrigen Armeén* (quibus reſp. Comes Tillius, & Fridlandiæ Dux præerant) *ſich befindende Evangeliſche, oder Augſpurgiſcher Confeſſion zugethane Officier, Reuter und Soldaten, was Standes die ſeyn mögen, zu erinnern: Derjenigen aber, ſo einigem Fürſten und Stand im Craiß, mit Leben, oder andern Pflichten, verwandt, oder, an Leben, Erb-Gütern, und ſonſten in andere Wege, ichtwas darinnen zu gewarten haben, ernſtlich zu gebieten, daß ſie, innerhalb Monats-Friſt nach dato dieſes, von obberührten Armeen, als aufgetrettenen offenbahren Feinden des Crayſes, ſich gäntzlich abthun, und zu Hauß begeben, mit der austrücklichen Verwarnung, woſern ſie dem nicht nachkommen, ſondern noch ferner wider den Löblichen Craiß ſich gebrauchen laſſen werden, daß alsdann gegen die Inheimiſche, als Feinde und Verrather des Vatterlandts, mit unnachläſſiger Straf an Leib, Ehr und Gütern, mit Verluſt aller Recht- und Gerechtigkeiten, verfahren; Den Ausländiſchen aber, als unchriſtlichen Verfolgern ihrer Glaubens-Genoſſen, und wahren Chriſtlichen Religion, kein Quartier vergunt oder gegeben werden ſolle &c.* Multorum Theologorum & JCtorum Reſponſa huc facientia, ſiſtit *Hortlederus, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. 2. Lib. 2. tot. præſertim hujus loci eſſe, ſententia *Johannis Bugenhagii*, Pomerani, an. 1529. die S. Michaëlis, *Johanni*, Saxonum Electori, declarata, ibid. Cap. 3. p. 63 &c. Ut & Auctor *des Theologiſchen Bedenckens*, de An. 1531. quod ibidem, Cap. 5. p. 66 &c. occurrit; pariter, ac Conſilium *Johannis Wickii*, JCti Bremenſis, de An. 1531. ibid. Cap. 7. p. 71 &c. de reliquis ne dicam; addantur: *Sleidanus*, Lib. 24 *Hiſtoriar. Wahremundus ab Ehrenberg* l. c. Lib. I. Cap. 2. §. 14 &c. & Lib. 2. c. 1. §. 60; *Daniel Otto, Jur. Publ.* Cap. XI. p. m. 390 &c. *Rumelinus*, in *Aur. Bull.* Part. 2. Diſſ. 4. §. 38. p. 567 &c. *Carpzovius* l. c. Cap. VI. Sect. 8. §. 14 & 15. pag. 159: *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. X. Sect. 2. §. 97. p. 221 &c. *Knipſchildius* l. c. §. 34. p. 481 &c.

(136) An autem, etiamſi expreſſis verbis hoc non fiat, tacite tamen clauſula, ſc. Imperatore & Imperio excepto, ſubintelligatur? Nos putamus eam ſemper tacite ſubintelligi, virtute juramenti fidelitatis, quod præſtant Imperatori, *daß ſie nicht wollen in dem Rath ſeyn, da etwas wieder Kayſerliche Majeſtæt Perſon, Ehr, Stand und Würde, oder das Ræmiſche Reich gehandelt würde.* Quamvis forte ſit melius, ſi hoc ſemper expreſſe faciant, & ſi inſuper cauſæ ſcopum, & finem, in fœderibus adjiciant, *Reuſ. lib. 2. conſ. 3 n. 64.*

(137) Ad talia fœdera referimus ea, quæ Status Imperii ineunt cum exteris; (a) eos vel bello adjuvandi gratia, vel abſtinendo à bello, quod iſti cum aliis gerunt. *Dann die Fürſten und Stænde des Reichs haben Freyheit, um Ehr und Ruhm, mit ritterlichen Thaten, fremb-*

Digitized by Google

frembden Potentaten, ohn alles beleidigen des Vaterlands und deſſen Angehœrigen zu dienen. R. A. zu Speyer de Anno 1570. §. denſelben wir dann anfangs, & conſcripto milite auxilium ipſis ferre. *R. A. 1570. tit. Verzeichnis.* Ita Johannes Wilhelmus, Dux Saxoniæ, poſtquam Cæſari Ferdinando operam ſuam, in militia, vel toga, fruſtra obtuliſſet, Henrici, Galliarum Regis, Stipendiis ſe addixit, & ei anno 1558. adduxit 3400. equites, *Goldaſt. part. 2. Reichs-Handel. p.* 282.

NOTA.

(a) CUM EXTERIS &c. *Num cum Infidelibus quoque v. g. Turcis, Perſis Fœdus inire liceat?* toties jam quæſitum, nec tamen unquam ita deciſum fuit, ut nihil dubii relictum manſiſſe, dici queat. Legi de hac quæſtione merentur: *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, Lib. 2. Claſſ. 3. Cap. 3. pag. 1030 &c. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. VI. Sect. 3. p. 146 &c. *Rumelinus*, in *Aur. Bullam*, Part. 2. Diſſert. 4. §. 35. pag. 561 &c. ibique *Mylerus*, in *Additionibus. Magerus*, de *Advocatia Armata*, Cap. VII. §. 78 & ſeqq. pag. 266 &c. *Schœnborn*, Lib. 4. *Politicor.* Cap. 36; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI. pag. 598 &c. *Claſenius*, *Compend. Politices*, Lib. 3. Cap. 8. §. 8. p. 422 &c. *Schützius*, Vol. 2. *Exercit. Jur. Publ.* XII. §. XI. lit. g. pag. 797 &c. *Knipſchildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2. Cap. 23. §. 40. p. 482; *Grotius*, de *Jure Belli & Pacis*, Lib. 2. Cap. XV. §. VIII. & ſeqq. Dn. *Buddeus*, Exercit. de *Comparatione Obligationum, quæ ex diverſis hominum ſtatibus oriuntur*, §. 61; vid. ejus *ſelecta Juris Nat. & Gent.* p. 768. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2. Cap. 7. §. 8. v. 92 &c. p. 349.

(1) Negotia & Commercia cum Infidelibus, ſalva fide in Chriſtum, inſtitui poſſint; teſtibus tot commerciorum Tractatibus, qui, Chriſtianos inter & Turcas, alioſque Infideles, quotidiè ſtabiliuntur. Documento, ex veteribus, eſſe poteſt Fœdus *Davidis*, ejusque filii, *Salomonis*, cum *Hiramo*, Tyriorum Rege, *2 Sam. V. §. 11. & 1 Regg. V. §. 12.* Conf. *Grotius* l. c. §. IX. v. 2. p. 270; *Wahremundus ab Ehrenberg*, de *Fœderib.* Lib. I. Cap. 2. §. 36; *Anton. Faber*, de *Relig. Regend.* Lib. 3. c. 4. §. 44 &c. *Magerus* l. c. §. 143. p. 270; *Carpzovius* l. c. §. 10. pag. 147. *Knipſchild* l. c. ibique nominati alii. Nec officit, quod *Joſaphatus* graviter legatur increpitus, diris etiam additis, quod, commercii cauſa, ſocietatem cum *Achazia*, Iſraëlitarum Rege, inierit; *2 Chron. XX. §. 35. ad 37.* hoc enim non ex natura fœderis, ſed impii *Achaziæ* perſonali reſpectu, eveniſſe, dudum annotavit *Grotius* l. c. v. 7. p. 271.

(2) Defenſio ſit Juris Naturalis, L. 3. ff. de I. & I. Hocque omnibus Hominibus ita commune noſcatur, ut Religionis diſcrimen non admittat. Quo Fœdera pertinent v. g. *Abrahami*, cum *Amorreo*, ejusque fratribus, *Eſcol* & *Aner*, Principibus infidelibus, *Geneſ. XIV. §. 13;* pariter ac cum *Abimelecho*, *Geneſ. XXI. §. 22 ad 32; Joſuæ*, cum *Gibeonitis*. *Joſ. IX. v. 3 &c. Davidis*, cum *Achis*, Philiſtarum Rege, contra *Saulum*, *1 Sam. XXVII.* §. 2 *&c.* & *XXVIII. §. 1 & 2; Judæ Maccabæi*, & fratris *Jonathæ*, cum Romanis, *1 Maccab. VIII. v. 17 ad 32 &c. Simonis*, cum iisdem; *1 Maccab. XIV. 17 &c.* Conf. *Grotius* l. c. §. 8. p. 270; *Schützius* l. c. *Reinking* l. c. §. 45. p. 1030; & §. 59. p. 1032; *Carpzovius* l. c. §. 10 ad 16. p. 147; *Knipſchild* l. c. *Claſenius* l. c. Idque adcò verum tradit *Tiberius Decianus*, Vol. 3. Reſponſ. XX. ut Principi Chriſtiano, pro legitima ſui, bonorumque ſuorum, tutela, fœdus cum Infidelibus, etiam contra alium Chriſtianum, inire liceat; quam tamen doctrinam tum demum aliquatenus defendi poſſe arbitror, cum ſumma laborantem, ſeu auxilio indigentem, neceſſitas, quippe quæ nulla Lege conſtringitur, premat, nec alia evadendi via ſe monſtret. Conf. *Schœnborn*, l. c. verſ. *Quod tertio*, *Beſoldus*, de *Fœderib.* Cap. 4. §. 3. *Bocerus*, de *Bello*, Lib. I. Cap. 6. §. 16; *Knipſchild* l. c. *Reinking* l. c. §. 47. p. 1030.

(3) Fœdera pacis, & limitum, à Deo non prohibeantur, utpote vero cultui divino nec contraria, nec nociva. Hebræis vetitum fuit, averſari Ægyptios, quamvis Idolatræ eſſent; *Deut. XXIII. v. 7.* Notumque fœdus amicitiæ *Jacobi* cum *Labano*; *Geneſ. XXXI. v. 44;* Nota inſuper terminorum benedictæ Terræ deſcriptio, *Num. XXXIV. §. 2 & ſeqq.* non minus Interdictum, de non iuvadendo agro filiorum *Eſavi*, in monte *Seir*, *Deut. 2. §. 4 & ſeqq.* & *Ammonitarum*, ibid. §. *18 & ſeqq.* Singulis ſanè Populis proprii limites, *Pſalm. 74. §. 17.* Quis autem vitio vertat Divini Fœderis ſociis, vicinos, utut incredulos, ab infeſtatione finium ſuorum, mediantibus pactis, hunc in finem initis, arcere? nec frivolè proinde gloriatus eſt *Juſtinianus* Imp. quod, per *Beliſarium*, pacem cum Perſis in æternum confirmaverit; arg. L. 2. C. de *Officio Præfecti Prætorio*, Lib. I. Tit. 27; Conf. *Rumelinus* l. c. §. 35. p. 562.

(4) Ut beneſacere profanis malum non eſt, ita nec opem eorum implorare; arg. D. *Pauli*, Cæſaris & Tribuni auxilium invocantis. *Act. XXIII ad XXVII. Grotius* l. c. §. IX. v. 3. v. 273. & §. X. v. 4. p. 273. Tali ſiquidem caſu, Barbarus non aliter conſideratur, ac ſocius, qui ſocium periclitantem periculo liberat. Reliqua, huc ſpectantia, petas ex *Grotio*

tio l. c. *Reinkingio* l. c. *Schœnbornero* l. c. *Magero* l. c. *Carpzovio*, l. c.

(5) Idem dogma defendant Viri magni nominis; *Matth. de Afflictis*, Tit. de *Pace juramento firmata*, verb. *Conventicula*, n.32. *Corſet* de *Poteſtate Regia*, Part. 4. Q. 33; *Marian. Socinus*, Conſil. 20; *Daniel Otto* l. c. *Carpzovius* l. c. Cap. VI, Sect. 3. §. 10 & ſeqq. p. 147; *Rumelinus* l. c. *Claſenius* l. c. Dn. *Buddeus* l. c. alii multi.

Pro *Negativa* verò, quod:

(1) Deus, expreſſis verbis, Populo ſuo fœdus cum impiis *Amoritis, Hethitis, Phereſitis, Cananitis, Hevitis* & *Jebuſitis*, pangere interdixerit, *Exod. XXIII. §. 23. ad 32*; & *Deuteron. VII. §. 1 ad 4*; *Girgeſita* junguntur, cum prohibitione etiam, ne matrimonia quidem cum iis contraherent, ob imminens defectionis periculum: *Denn ſie werden euere Söhne mir abfällig machen, daſs ſie andern Göttern dienen; ſo wird dann des HErrn Zorn ergrimmen über euch, und euch bald vertilgen &c.* Conf. *Joſua XXIII. §. 12 & 13.* & *Esdra IX. §. 1 & 2.* ubi & *Amoritarum* & *Ægyptiorum* mentio fit, addita increpatione, quod poſterius Interdictum non ſervaverint: *Das Volck Iſraël, und die Prieſter und Leviten, ſind nicht abgeſondert von den Volckern in Ländern, nach ihren Greueln, nemblich der Cananiter, Hethiter, Phereſiter, Jebuſiter, Ammoniter, Moabiter, Egypter & Amoriter. Denn Sie haben derſelben Tochter genommen, und Ihren Sohnen, und den heiligen Saamen gemein gemacht mit den Volckern in Ländern &c.*

(2) *Væ* annuncietur auxilium à Paganis petentibus; *Eſai. XXXI. §. 1. Amos V. §. 5.*

(3) *Hanani* Propheta *Aſſamum*, Judæ Regem, acerbè reprehenderit, ob fœdus cum *Benhadad*, Syriæ Rege, contra *Baëſanum*, Iſraëlis Regem, ictum; *2 Chron. XVI. §. 1 ad 9*; pariter ac *Jehu*, *Joſaphatum*, Regem Judæ, fœderis intuitu cum *Ahabo*, Iſraëlitarum Rege, in expeditionem adverſus *Ramoth* profecto; *2 Chron. XVIII. §. 3 &c.* & *XIX. §. 1 & 2*; nec non *Elieſer*, eundem *Joſaphatum*, reſpectu fœderis cum *Ahaſia*, R. Iſraëlis; *2 Chron. XX. §. 35. ad 37.* Jung. reprehenſio Angeli, *Judic. 2. §. 1 & 2.*

(4) Ex tali unione naſcatur Exercitus Fidelium & Infidelium, magno Religionis periculo, propter pertimeſcenda, quæ invicem contrahi poſſent, matrimonia, quorum occaſione, Infideles facili negotio Fideles ad caſtra ſua ſeducendi anſam lucrarentur. Vid. *Deuteron. VII. §. 1 ad 4. Esdra IX. §. 1 & 2. Joſua XXIII. §. 12 & 13. Reinking* l. c. §. 66 &c. pag. 1034.

(6) Ejuſmodi fœdera valde ſiunt incerta, fallacia & ut plurimum infauſta, quandoquidem Turca nullo fœdere Chriſtianis diutius ſe obſtringi poſſe arbitratur, quam è re ſua videatur. Vid. *Leunclavius*, in *Pandectis Turcar.* Cap. 175. & Lib. I. *Hiſtor. Muſulm.* Conf. *Reinking* l. c. §. 71 & 72. p. 1035. & 1036.

(6) Infideles, hoc prætextu, rem Chriſtianam facile poſſent peſſundare; Turcarum Imperio teſte, quod potiſſimum incrementum ſumpſiſſe noſcitur, quod, diſſidentibus de Orientis Imperio Græcorum Principibus, mercede accerſiti Turcæ afflictas, Chriſtianorum opes penitus attriverint. Vid. *Reinking* l. c. §. 70. p. 1035; *Bodinus*, de *Republica*, Lib. V. Cap. V. §. 576. p. 901.

(7) Fœdus *Franciſci I.* Galliarum Regis, adverſus *Carolum V.* Imp. cum Turcis contractum, non ſolum ab univerſo Imperio reprobatum fuerit, ſed & dictus Rex, hoc titulo, in Comitiis *Spirenſibus*, An. 1544. communis Chriſtianorum hoſtis declaratus; Vid. R. J. *Spirenſ.* An. eod. §. 3. *Und demnach*; §. 4. *So achten wir &c.* & §. 5. *Und wiewohl gemeine &c.* Conf. *Sleidanus*, Lib. XV. de *Statu Relig.* pag. 438; *Carpzovius* l. c. §. 7. p. 146; *Rumelinus* l. c. §. 35. p. 561; Imò Rex ipſe moribundus illud deteſtatus legatur, exclamando: *Perii, heu! perii, quod velut eſſe fœderatus ei, qui hoſtis eſt Chriſtiani nominis;* inſuperque Cardinali *Guiſie*, conſolationem ex ſacra Scriptura ſuggerere volenti, reſpondendo: *Omnis miſericordia mihi clauſa eſt, qui, ut æmuli mei vel gloriam infuſcarem, vel vindicarem injuriam, fœdus pepigi cum Turca, & Chriſtianorum capita, tanquam armenta, ad Mahometanam ſervitutem vivus videnſque paſſus ſum abigi &c.* Vid. *Schœnborner*, Lib. 4. *Polit.* c. 36; *Daniel Otto* l. c. pag. 399; *Rumelinus* l. c. *Carpzovius* l. c.

(8) *Fulconis*, Rhemorum Præſulis, Oratio ad *Carolum ſimplicem*, R. Galliæ, apud *Frodoardum*, Lib. 4. *Hiſtor. Rhemenſ.* c. 6. attendi mereatur: *Quis non expaveſcat, Vos inimicorum Dei amicitiam velle, ac, in cladem & ruinam nominis Chriſtiani, pagana arma & fœdera ſuſcipere deteſtanda?* Unde ſua *Grotius* l. c. §. XI. v. 3. pag. 273; eandem theſin defendentibus *Schœnbornero* l. c. *Reinkingio* l. c. §. 63. & ſeqq. p. 1033 &c. *Bodino* l. c. *Zeppere*, de *Legib. Moſaicis*, Lib. 4. Cap. VI; *Richtero*, Axiomat. Polit. 277; *Alberico Gentili*, Lib. 3. de *Jure belli*, c. 19. aliiſque pluribus.

In Quæſtione *Conſilii*, tutius omnino agunt, qui cautè cum ejuſmodi Ligis procedendum docent, ob rationes allatas; præſertim ubi ſermo de fœdere adverſus Chriſtianos pangendo, utut illud *defenſivum* nominetur; apertè enim *offenſivum* cum Turcis inire, Chriſtianos haud decet, & impium eſt.

(138) Ne-

Digitized by Google

(138) Neque hic conſenſu Imperatoris opus eſſe exiſtimamus: quia in Fœderibus in genere hic non requiritur (a) conſenſus Imperatoris, nec in Inſtrumento Pacis, nec in aliis Receſſibus Imperii : ergò, nec in Fœdere, quod cum Exteris initur, belli cauſa.

NOTA.

(a) NON REQUIRITUR &c. Vid. præced. §. 134. lit. b.

(139) Quando abſtinent à bello, dicuntur eſſe neutrarum partium. Neutralitas (a) eſt actus, ſeu potius conventio, qua belli ſocietatem declinamus, & nos, inter bellum gerentes, quietos tenemus.

NOTA.

(a) NEUTRALITAS &c. Pertinent huc: *Guilielmi Neymeyer* Opuſculum *von der Neutralität*, Jenæ, 4to 1631; actis publicis Lundorpianis poſtea inſertum. *Albertus Henricus Voſſenhölen.* Hamburg. Diſſ. Inaug. de *Neutralitate*, An. 1673. Altorfii habita. *Chriſtophorus Beſoldus*, Diſſ. de *Jure Fœderum*, Argent. 1622. ubi multa de *Neutralitate* & *Clientela. Bæclerus*, Diſſ. ad *Grotii* Lib. 3. de J. B. & P. Cap. 11. §. 8. ſub titulo : *Quies in Turbis. Petrus Gregorius* Toloſanus, de *Republica*, Lib. XXIII. Cap. IV. §. 5. p. m. 850 &c. *Wahremundus ab Ehrenberg.* de *Fœderib.* l. 1. c. 2. §. 207 & ſeqq. *Bodinus*, de *Republica*, Lib. V. Cap. VI. §. 579. p. 906; & §. 587 & 588. p. 919. *Reinking* de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. 2. Claſſ. 3. Cap. 3. §. 36 & ſeq. pag. m. 1027 &c. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. VII. §. 335 & ſeqq. pag. 285. *Grotius*, de J. B. & P. Lib. III. Cap. XVII: *Knipſchild*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2. Cap. XXIII. §. 56 &c. pag. 483; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Lib. 2. Cap. V. §. 79. pag. 303; & §. 185. pag. 318; Non eadem omnium de *Neutralitate* ſententia. Legem *Solonis*, Athenienſibus datam (*Aulo Gellio* teſte, in *Noctib. Atticis*, Lib. 2. Cap. 12.) *Qui in caſu Civilis diſcordia, non alterutra parti ſe adjunxerit, ſed ſolitarius, ſeparatusque à communi malo Civitatis ſeceſſerit. is domo, Patria, fortunisque omnibus, careto, exul, extorrisque eſto &c.* jam *Cicero* Lib. X. Epiſt. I. ad *Atticum*, improbavit; unde ſua *Petrus Gregorius* l. c. pag. 851; Eodem ſpectare videtur *T. Quincti Flaminii* oratio ad *Achaorum* Legatos, apud *Livium* Lib. 35. Cap. 49. pag. m. 297. & 298: *Quod optimum eſſe dicant, non interponi vos bello; nil tam vanum, imò tam alienum rebus veſtris eſt, quippe, ſine gratia, ſine dignitate, pramium Victoris eritis &c.* Hinc *Guicciardinus*, *Conſil. Polit.* 68. meram ſtultitiam eam vocat; & *Bodinus* l. c. §. 588. pag. 919. eos, qui neutrarum partium Duces ſequuntur, Victoribus, quaſi certiſſimam prædam, cedere, confidenter tradit, cum *Lipſio*, 4. *Polit.* 9. pag. 101: *Reinkingio* l. c. §. 36. p. 1027; ſimiliter, qui mediam viam oſtendunt, nullam monſtrare, in quam tutò pedem figere liceat, oratione *Ariſtani*, Prætoris Achæorum, apud *Livium*, Lib. 32. Cap. 21. pag. m. 90. nititur, ubi: *Quod Cleomedon modò tanquam mediam & tutiſſimam Vobis viam conſilii: Ut quieſceretis, abſtineretisque armis, oſtendebat, ea non media, ſed nulla via eſt; etenim, praterquam quod aut accipienda, aut aſpernenda vobis Romana Societas eſt; quid aliud quam nusquam gratia ſtabili, velut qui eventum exſpectaverimus, ut fortuna applicaremus noſtra conſilia, prada Victoris erimus &c.* Conf. *Reinking* l. c. §. 37. & *Knipſchild* l. c. §. 58; ne dicam, neutras partes tenentes, eventum belli, ſtultorum Magiſtram, expectando, ſæpe cum conſilio & Conſiliariis perire; Vid. *Wahremundus ab Ehrenberg* l. c. §. 212; *Reinking* l. c. *Knipſchild* l. c. Quicquid hujus rei ſit, *Neutralitatis* beneficium Statibus Imperii denegandum haud eſt, quoties bellum inter Exteros vertitur; aut, inter Principes Imperii & Extraneos; nec ipſi Imperio infertur, quo caſu, neutrarum partium eſſe, nulli licet, ob juramentum, quo ſinguli Imperio & Imperatori fideles ſe fore jurant. Quæ ratio quoque, cur *Neutralitas* An. 1641. abolita legatur, R. J. *Ratisbon.* An. 1641. §. 86. *Und demnach &c.* & §. 87. *Alſo ſetzen &c.* Conf. Dn. *Multzius* ll. cc. Malè proinde, apud Imperii Proceres, audivit Moguntinus Præſul, quod An. 1688. 17 Octobr. Galliarum Regi, Imperio militem obducenti. *Neutralitatem* obtulerit. Exceptio eſt, cum Imperator & Imperium, ſontibus de cauſis, urgenteque neceſſitate, in *neutralitatem* conſentiant, ceu factum, durante bello Gallo-Bavarico-Imperiali, quo, ad liberandam præſidio Bavarico *Ratisbonam*, neceſſariamque Comitiis reſtituendam libertatem, ſub dato *Ratisbona*, 3 Dec. An. 1703. Comitiali decreto, indulta Civitati huic *Neutralitas*; formulam ſuppeditante *Fabro*, Tom. VIII. *der Staats-Cantzley*, Cap. 2. §. 40. pag. 212 &c. Regulæ hic obſervari ſolitæ plerumque eo abeunt, ut bello abſtinentes utrisque belligerantibus æquos ſe præbeant, tam reſpectu permittendi, denegandive, tranſitus, quam præbendi commeatus, aut in obſeſſis non ſublevandis. Vid. *Grotius* l. c. §. 3. v. 1. p. 570.

Digitized by Google

(140) Quemadmodum ergo fœdera bellica, ſuâ naturâ, ſunt libertatis & conſilii, & non neceſſitatis & præcepti; ita & neutralitas eſt libertatis, conſilii, & non neceſſitatis; neutralitas enim eſt fœdus, ſi non de adjuvando in bello, tamen de abſtinendo à bello.

(141) Et quemadmodum Status Imperii fœdera liberrimè & inter ſe, & cum Exteris, inire poſſunt, ſine conſenſu Imperatoris; ita etiam neutrarum partium, pro lubitu, vel eſſe, vel non eſſe, poſſunt. Dummodo *neutralitas* (a) non tendat vel contra Imperatorem, quà talem, (b) vel Imperium: *J. P. art. 8.* Hoc enim in caſu neutrarum partium eſſe non poſſunt. Imò cogi poſſunt ab Imperatore & Imperio, ut neutrarum partium non ſint. *Vide de Neutralitate accuratiſſime philoſophantem Bœcl. in diſſert. Grotian. 5. cui titulus, QUIES IN TURBIS, ad Grot. lib. 3. c. 11. num.* 8.

NOTÆ.

(a) NEUTRALITAS &c. Vid. præced. §. 139. lit. a.

(b) QUA TALEM &c. Secus, quod abſit, hoſtem ſi agat.

(142) Huc referimus quoque Fœdera Clientelaria, (a) quibus Status Imperii vel alios in ſuam protectionem recipiunt, (b) vel ſe aliis in protectionem dant, (c) & hoc jus clientelare, jam ab antiqua conſuetudine, Statibus Imperii competit, tam activè, quam paſſivè. *Vid. Conſtit. Pac. Publ. de An. 1548, Tit. Von den Echtern,* 21. Exempla hujus Juris varia, tam antiqua, quam nova, vide apud *Knichen, de Jure Territor. Cap. V,* §. 498.

(a) FOEDERA CLIENTELARIA &c. Faciunt huc: *David Hopping,* Diſſ. *de Protectionis, ſeu Advocatia, in & extra S. R. G. Imperium, moribus priſcis & hodiernis, recepto Jure:* Baſil. habita An. 1621; *Georgius Gumpelzhaimer,* Diſſ. de *Jure clientelari, von Schutz- und Schirm-Gerechtigkeit,* apud *Arumaeum,* Vol. 2. Diſcurſ. 27. p. 809 &c. *Martinus Bœckel,* Comment. de *Jure Protectionis clientelaris,* Lubec. 1656; *Joh. Burchardus Reslerus,* de *Protectoriis Cæſareis,* Francof. 1688.; *Magerus,* de *Advocatia Armata,* Cap. 2. p. 41; Cap. X & XI. pag. 453 &c. *Reinking.* de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico,* Lib. I. Claſſ. V. Cap. 4. §. 43 &c. p. 558 &c. *Rumelinus,* in *Auream Bullam,* Part. 2. Diſſ. V. §. IX. & ſeqq. p. 584 &c. ibique *Mylerus* in Additionibus. *Mylerus,* de *Principibus & Statibus Imperii,* Part. I. Cap XVIII. p. 157 &c. *Knipſchildius, de Juribus & Privileg. Civitatum Imperialium,* Lib. 2 Cap. 24. p. 490 &c. Idem, de *Jurib. & Privileg. Nobilitatis Immed.* Lib. 3. Cap. XV. p. 336 &c. *Gailius* Lib. 2. *Obſervat.* 54. p. 391 &c. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Schutz- und Schirms-Verwandte,* p. m. 878 &c. *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Schirm-Brief,* p 432. & voc. *Schirms-Verwandten,* ibid. *Speidelius, Notabil.* voc. *Schirms-Genoſſen,* p. m. 824. & voc. *Schirm-Pflicht,* p. 826; *Daniel Otto, Jur. Publ.* Cap. XI. p. 400 &c. *Klockius,* de *Contributionibus,* Cap. I. §. 273 &c. pag. 27 &c. & Cap. 20. §. 357 &c. p. 504; *Limnæus, Jur. Publ.* Lib. 4. Cap. 8. §. 50 & ſeqq. p. 163 &c. *Petrus Friderus,* de *Mandatis,* Lib. 2. Cap. 14. p. m. 68 &c. *Vieter,* de *Exemptionibus Imperii,* Concluſ. XX. §. 4 & ſeqq. p. m. 103 &c. *Stamlerus,* de *Reſervatis Imperat.* §. 63. p. 314 &c. *Becker, Jur. Publ.* Lib. 3. Cap. 4. §. 3. pag. m. 132; Dn. *Kolbius,* in *Aquila certantes Cenſurat. Signi quarti Solmenſis,* pag. 20 &c. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2. Cap. VI. §. 6. pag. 332; Dn. *Georgius Dœring,* Diſſ. de *Salva Guardia,* Præſide Dn. *Georgio Engelbrechto,* An. 1702. menſ. April. Helmſtadii habita.

Pro Synonymis habentur: (1) Clientela, (2) Parentela, (3) Advocatia, (4) Guardia, (5) Salvo-Guardia, (6) Cuſtodia, (7) Caſtaldia, (8) Tutela, (9) Jus tutelare, (10) Tuitio, (11) Patronatus, (12) Conſervatorium, (13) Vice-Dominatus, (14) Jus protectionis, ſeu protegendi, (15) Defenſio, (16) Jus defenſorum, (17) Fides, (18) Mundiburdium, idiomate Longobardico, (19) *Schutz, und Schirm,* (20) *Schutz- und Schirm-Gerechtigkeit,* (21) *Vogtbey,* (22) *Schirm-Vogtbey,* (23) *Kaſten-Vogtbey,* (24) *Vitzdoms,* (25) *Troſt,* (26) *Verſpruch,* (27) *Verthedigung &c. &c.* Vid *Magerus* l. c. Cap. 2. tot. pag. 41 &c. *Knipſchild,* de *Jurib. Nobil.* l. c. §. 11 ad 24. p. 237 & 238; *Roslerus* l. c. Cap. I. §. 3 & ſeqq. p. 6; Reliqui. Notandum tamen, diplomata reperiri, in quibus *Advocati, Tutores,* & *Defenſores* diverſas perſonas conſtituunt, ut adeo cum grano ſalis hæc accipienda ſint; v. g. *Rudolphus I.* Imp. in Charta, qua, ſub dato *Rotennburg,* 4 Kal. Januar. An. 1275. teſtatur, *Albenſe* Monaſterium ſpeciali tutela Imperiali gaudere, ait: *Simonem, Comitem Gemini Pontis, & Ottonem de Eber-*

Digitized by Google

Eberſtein Juniorem --- ad hoc induximus ---- quod recognoverunt, ac publicè ſunt confeſſi: Se nullum Jus Advocatiæ habere in dicto Monaſterio de Alba, ſed, quaſi Fundatores, eidem Monaſterio præfuiſſe, & bonis ad ipſum pertinentibus, non Advocatorum nomine, ſed Tutorum &c. Vid. Tom. I. *Documentor. Würtemberg.* Tit. *Alba Dominorum*, §. 3. p. 137. ibique Notæ, lit. b. pag. 139. Conf. ipſorummet Comitum *Eberſteinenſium, Geminique Pontis*, teſtimonium, de An. 1276. Dominicæ *Invocavit*, ibid. §. V. pag. 142. verb. *Electus ex Nobis neqnaqnam ſe gerere debet, ſicut nec eſt, pro Advocato, vel Domino, ſed Defenſore &c.* pariter ac charta *Hermanni* Badenſis, ſub dato *Haydelberg, an S. Valenteyns Tag*, an. 1346. ibid. §. XIV. p. 161: *Und verzeyhenndt uns deſſelben Schirms, und der Vogtey &c.* mox: *von des Schirms, und der Vogtey wegen &c.* rurſus: *Wann deſſelben Gottshuß zu Alben, niemand anders Schirmer, noch Voigt, iſt, noch ſeyn ſoll, dann ein Romiſch Reiche &c.* Sic *Rudolphus*, Com. de *Hohenberg*, in charta Cœnobio *Bebenhuſano* data, An. 1318. die Apoſtolorum *Simonis & Judæ*, ibid. Tit. *Bebenhuſanum*, §. XXI. pag. 400. *Nos bona Monaſterii antedicti, non ut Advocatus ejusdem Monaſterii, ſed, tanquam ipſius Promotor, atque Defenſor, quamdiu antedictis Dominis placuerit, defenſare & gubernare debemus, pro virium noſtrarum poſſe &c.* Add. ibid. notæ, lit. a. pag. 401.

(*b*) RECIPIUNT &c. Cum Juris naturalis ſit, omne id, quod ad ſocietatem colendam, ad quam homo aptus natus, tranquillè tutò & ſecurè, exiſtere; mirandum haud eſt, Potentiores omni tempore minus potentes, aliquando etiam æquè potentes, ad eorum rogationem, vel ex alia conventione, in clientelam ſuſcepiſſe. Hæeque origo ſecuritatis publicæ, quam Regentes ſubditis, imò & peregrinis, in Ipſorum territoriis degentibus, debent. Notabile protectorium, quod *Abimelech*, Philiſtarum Rex, *Iſaaco & Rebeccæ*, in Gerar conceſſit; *Geneſ. XXVI.* §. 11; varia hujus rei veſtigia alia in ſacris, ubi vel quæſtio: de libero tranſitu per alterius Territorium; aut de ſecuritate Legatis præſtanda; de Aſylis &c. occurrunt. In Jure Civili, præ aliis notanda L. 6. *Illicitas*, §. 2. ff. de *Officio Præſidis* (Lib. I. Tit. 18.) nec non integer Tit. 53. Lib. XI. C. *ut nemo ad ſuum Patrocinium ſuſcipiat ruſticos, vel vicos eorum.* Cum nullus hodie reperiatur Liber Status, ubi protectoria non concedantur, in Imperio noſtro facultatem eandem Statibus competere, modo fundamentales Reipublicæ Romano-Germanicæ Leges inde non lædantur, (v. g. ubi declaratos Imperii hoſtes, latrones, piratas, ſeditioſos, alioſve furfuris hujus homines, in protectionem ſuſcipere, vetant.) tralatitium eſt; Vid. *Roslerus* l. c Cap. 4. §. 8. pag. 39; Sed & eos hic excipiendos, qui, ne in clientelam ab aliis recipiantur, privilegiis ſpecialibus, certis à Cæſare familiis datis, prohibentur, documento ſunt Auſtriacæ domus Privilegia, an. 1366. à *Carolo IV*; & an. 1397. à *Wenceslao*, nec non An. 1530. à *Carolo V.* confirmata, verb. *Es ſoll auch das Reich, noch keine andere Herrſchafft, niemals von des Hauſes Oeſterreich Unterthanen in Schutz noch Schirm nehmen, auch kein Geleit in der Fürſten von Oeſterreich Land geben, noch jemand weder, frey, noch zu, Recht zu begleiten haben, ſondern aller Schutz, und Schirm, und alle Vergleitung, in allen Landen des Hauſes Oſterreich, allein denen Fürſten zu Oeſterreich zu geben gebühren und zuſtehen &c.* Vid. *Rosler* l. c. §. 7. lit. d. pag. 38. Simile à *Friderico III.* Imp. conceſſum Nobili Familiæ *Biברorum*, An. 1490; & à *Maximiliano I. Carolo V. & Rudolpho II.* ſub dato *Praga*, 11 Aug. 1578. confirmatum, verb. *Daß Niemands, ohne der von Bibern, und ihrer Erben, ſondern Gunſt und Verwilligung, keinen ihrer Gebrötten Diener, Underthanen, Lehenmänner, oder Hinderſaſſen, ſo ſie mit Thür und Nagel beſchlieſſen, oder über die Sie, ſamentlich oder beſonder, Vogt-Recht, oder ander Gericht, haben, in Verſpruch, Schutz und Schirm, annehmen, noch empfahen; auch, da ſchon ſolches hierüber beſchehen, doch nichts deſtoweniger die aufgenommen Perſohnen, auf deren von Bibren mündtlich, oder ſchrifftlich, abfordern, in ſechs Wochen hernach, ſolcher frembden Verſpruchs, Schutz und Schirms, ledig, und denen von Bibern, ohne Irrung, wieder heimgewieſen und gehorſam ſeyn ſollen, bey einer namhafften Geldts Peen, als 40 Marck lotiges Goldts &c.* ex *Magero* l. c. Cap. 8. §. 449. pag. 322 & *Roslero* l. c. pag. 39. diſcimus: Huc inſuper ſpectat ſeq. §. 147. De theſi vid. *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. I. Cap. 18. §. 19. pag. 169. ubi plurimas Civitates Imperiales, nec non Immediata quædam Monaſteria, ſuos, ex ſtatibus Imperii potentioribus, habere Patronos, rectè, poſt alios, affirmat. Conſ. *Gumpelzhaimer* ap. *Arumaum* l. c. pag. 822; *Magerus* l. c. Cap. V. §. 493. ad calcem usque; p. 169 &c. *Knipſchild*, de *Jurib. Civitatum Imperial.* Lib. 2. Cap. 24. §. 4. & ſeqq. p. 491 &c.

(*c*) DANT &c. Et quidem, Imperatoris conſenſu non requiſito, non tam ob naturale Jus defenſoris quærendi, ſibique & bonis ſuis conſulendi, unicuique competens; (Vid. *Mylerus* l. c. §. 21. p. 170.) quam reſpectu liberi Juris pangendi fœdera, quo Status gaudent. Vid. ſeq. §. 149. & 150.

(143) Clientela, vel eſt temporanea, *Temporal-Schutz*; vel hæreditaria, *Erb-Schutz*, (*a*) ad hæredes, (*b*) ſeu ſucceſſores, in Ducatu tranſiens. Qualem clientelam Comes Palatinus Neoburgicus. *die Erb-Caſten-Vogtey*, in Cœnobio *Keyſersheim*, (*c*) ſibi vindicat; *Beſoldus, de Jure Fœderum, c.* 8, §. 8.

NOTÆ.

(*a*) ERB-SCHUTZ &c. Quo titulo, Elector Saxo Epiſcopatuum *Miſnenſis. Merſeburgenſis* & *Numburgenſis* Protector innoteſcit; nota diſputatio *Johannis Friderici* Electoris, Ducumque Saxoniæ, *Henrici*, & *Joh. Erneſti*, cum dictis Epiſcopatibus, apud *Hortlederum*, Tom. I. *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Lib. V. Cap. XI. p. 1294. ubi, *Der Chur- und Fürſten zu Sachſen Samptſchrifft an Kayſ. Majeſt. von Ihrer Chur- und Fürſtl. Fürſtl. Gn. Gn. Land-fürſtlichen Obrigkeit, Herrlichkeit und Gerechtigkeit, über die Biſchoffe und Biſchoffsthumbe, Meiſſen und Merſeburg, übergeben auf dem Reichs-Tag zu Regenſpurg, den 17 Julii An. 1541*; inde huc faciunt verba: *Unſere beyderſeits Räthe, ſo wir auf jeszigen Ew. Kayſ. Maj. Reichs-Tag gegen Regenſpurg verordnet, haben Uns die vermeſſenen Klagſchrifften der Biſchoff, nemlich zu Meiſſen und Merſeburg, zugeſchickt, damit ſie an Ew. Kayſerl. Majeſt. als, der Biſchoff von Meiſſen, über Uns beyde, als Lands-Fürſten und Erb-Schutz-Fürſten, und der Biſchoff von Merſeburg über mich, Heinrichen, Hertzogen zu Sachſen, als den Lands-Fürſten, und Erb-Schutz-Fürſten, beſchwerlichen gelanget &c.* & paulo poſt, §. 3. p. 1295: *So haben auch dieſelbe Biſchöffe die Landtage, wann ſie von Unſern Vorfahren, und Uns, den Lands-Fürſten. und Schutz-Fürſten, beſchrieben, gleich andern des Lands Prælaten und Land-Ständen, beſucht &c.* & p. 1296. §. 10. *Daß ihr Sinn und Gedancken dahin gericht ſeyn -- daß ſie Uns, als die Lands-Fürſten, und Erb-Schutz-Fürſten --- Unſers Erb-Schutzs zu entſetzen &c.* paſſimque alibi. Conf. Reſponſum Academiæ Wittenbergenſis, de An. 1541; *Ob die Chur- und Fürſten zu Sachſen ſich der dreyer Biſchöffe und Biſchoffsthumbe, Meiſſen, Merſeburg und Naumburg, über daß Sie derſelben Erb-Schutz-Fürſten ſind, auch Land-Fürſten achten, nennen und ſchreiben mögen?* ibid. Cap. XII. pag. 1299 &c. nec non *Supplicatio Julii*, Epiſcopi *Numburgenſis*, contra laudatum Electorem, An. 1542 in Comitiis Spirenſibus, Cæſari oblata, ibid. Cap. XIV. p. 1308. Electoris *Reſponſio*, dictæ ſupplicationi, in eisdem Comitiis, oppoſita, l. c. Cap. XV. p. 1313 &c. *Replica* Numburgenſis Epiſcopi, an. eodem, in Comitiis Norimbergenſibus exhibita, habetur ibid. Cap. 16. p. 1322. &c. notari inde merentur verba §. 47. p. 1336: *Aber die Landes-Fürſtliche Obrigkeit, und den Erb-Schutz, betreffend, kan ich bey mir nicht bedencken, wie ſich die zuſammen fügen mögen. Dann, ſo der Churfürſte des Biſchoffs Lands-Fürſte were, bedorffte es des ſondern Schutzes und Schirmes gar nicht, ; angeſehen, daß der Biſchoff und Stiffte ohne das in ſeinem, als des Landes-Fürſten, Schutz und Schirm begriffen were &c.* & §. 49. l. c. *Daraus ſie dann weiter, aus hohem und gutem Verſtandt, ſchlieſſen mogen, daß der Churfürſte die angemaßte Landes-Fürſtliche Oberkeit über den Biſchoff und Stifft Naumburg, nach rechtem Herkommen, Art und Eigenſchafft ſeines Schutzes, nicht haben kan, noch ſoll, und daß Er auch wider die Natur deſſelbigen Schutzes handele, und den dem armen Stiffte zu unüberwindlichem Nachtheil und Schaden verkere &c.* In notis, addit *Hortlederus*: *Hac natura* (ſcil. *des Erb-Schutzes*) *quæ ſit? explicat Lud. Fachſius, Conſ. 55. Tomi 2. Illuſtrior. & celebrior. JCt. & Academiarum, num. I. & ſeqq.* Ad quæ Elector, in *Duplica*, in Comitiis Spirenſibus, An. 1544. ibid. Cap. 18. §. 26. p. 1348: *Als Er* (Julius Epiſcopus) *aber mit dieſem Argument vermeynt zu erzwingen, Der Churfurſt moge nicht des Stiffts Naumburgk Landes-Furſt ſeyn, dieweil Er der Schutz-Fürſt iſt &c. ſo ſolt Er darwider bedacht haben: Warumb dann der Pabſt, in etlichen ſeinen Decretalen, anzeigt, und geſtehet, daß Er offt einen Stifft, oder Kloſter, in ſeinen ſonderlichen Schutz und Protection genommen, ſo Er ſich doch ohne das für aller Geiſtlichen Ober-Herrn achtet? Heb nun der Schutz allda die Oberkeit nit auf, warumb ſolte dann alhie das Hauß zu Sachſen nicht viel mehr der dreyer Stiffte Landtsfürſt, über den ſonderlichen Schutz, mögen und konnen ſeyn? Hätte auch Pflug auf die Ration ſolcher ſonderlichen Protection Achtung gegeben, ſo würde er, zuforderſt wider den Landtsfürſten, ſolch und dergleichen ungereympts fürzubringen, wohl unterlaſſen haben &c.* Hinc ſua *Gumpelzhaimer*, apud *Arumæum* l. c. pag. 822 & 823. Conf. Dn. *Zſchaskwitz*, *Hiſtoriſch-Genealogiſcher Schau-Platz*, Tit. *Von denen Alten Fürſtlichen Häuſern, Erſte Abtheilung.* §. 3. p. 349. de Sereniſſ. Domus Saxonicæ jure protectionis in *Mülhuſium*, & *Erfurtum*, vid. præced. Tit. XII. §. 42. lit. c. v. 16. p. 970.

Electorem *Brandenburgicum*, emptionis titulo, gaudere, ab anno 1699. protectionis prærogativa in *Nordhuſium*. auctor eſt Ill. Dn. *Giovanni* Lib. 3. *German. Princip.* Cap. 4. §. 30. p. 183. Eundem, Comitatus *Marcani* reſpectu, audire: *Des Stiffts Werden Erb-*

Digitized by Google

Erb-Vogt, Schutz- und Schirm-Herr; dictum præced. Tit. XII. §. 45. lit c. v. 14. p. 676.

Elector *Palatinus*, à longiſſimo tempore, Protector audit Epiſcopatus & Civitatis *Wormatienſis*, pariter ac Epiſcopatus & Civitatis *Spirenſis*. Vid. præced. Tit. XII. §. 31. lit. d. v. 9 & 10. p. 919. ſimiliter, qua Dux *Neoburgicus*, reſpectu *Greisbacenſis* Comitatus, Cœnobii *Kaiſersheim*, in Suevia, haud procul à loco, ubi Lycus in Danubium ſe exonerat. Vid. *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. I. Cap. 18. §. 4. p. 160 ad *Acta Neoburgica, die Keiſchheimiſche Subjection betreffende*, provocans. De Cœnobio hoc, legas *Bruſchium*, de *Monaſteriis German.* voc. *Cæſarea*, p. m. 80.

Electori *Brunſvicenſi & Luneburgenſi*, qua Duci *Calenbergico*, competere jus protegendi Civitatem *Hildesheimenſem*, monitum præced. Tit. XII. §. 46. lit. b. v. 6. pag. 983; De Protectione *Goslarienſi*, vid. ibid. v. 7. *Huxariam* ſimiliter frui protectione Sereniſſ. Domus Brunſuicenſis & Luneb. dixi ibid. v. 8.

In perpetua Sereniſſ. Domus *Auſtriacæ* tutela eſſe Cœnobium *Königsbrunnenſe*, Ord. Ciſterc. Diœceſis Auguſtanæ, teſtatur charta *Leopoldi* Ducis, ſub dato *Rudling, am Sambſtag vor dem Palm-Tag*, An. 1379. Tom. I. *Document. Würtenberg.* Tit. *Königsbrunn*, p. 652.

Ducem *Würtembergicum* variorum quoque Ordinum protectionem in ſe ſuſcepiſſe, notum eſt. *Cruſius* (Annal. Suev. P. 3. Lib. 5. Cap. 4.) *viginti quatuor Imperiales Sueviæ Civitates numerat, quæ Würtenbergico Duci ſe addixerint clientela, nominaverintque eundem Tutelarem & Protectorem, idque Jure perpetuario*; Hæc Ill. Dn. de *Ludewig*, Tract. de *Prærogativis Würtenbergici Ducatus*, Sect. I. Cap. VI. p. 8. Protectionem autem hanc non diu duraſſe, annotavit *Knipſchild*, de *Jurib. Civitatum Imperial.* Lib. 2. Cap. 24. §. 33. p. 492. *Magerus*, de *Advocatia Armata*, Cap. V. §. 529. p. 180. ait: *Dux Würtenbergicus Imperialium Civitatum Reutlingen & Eſſlingen, Advocatus & Protector à Carolo IV. ut opinor, conſtitutus eſt; Eberhardum enim Comitem Wirtenbergicum, Greiner dictum, hoc eſt, contentioſum, finitimarum Civitatum Imperialium, à prædicto Imperatore, Protectorem ordinatum fuiſſe, teſtatur Antonius Albirius, in Stemmat. Ducum Wirtenb. &c.* Quamvis, quoad *Reutlingam & Eslingam*, tutela non hæreditaria, ſed conventionalis, cenſenda ſit; *Knipſchildio* teſte, l. c. §. 22. pag. 492. ubi docet, An. 1640. Protectionem *Eslingenſium* ad quindecim annos fuiſſe conſtitutam; exhibens ſimul, Lib. 3. Cap. 44. §. 27. pag. 837. Inſtrumentum protectionis *Eberhardi* Ducis, An. 1649, ad viginti annos, *Reutlingenſibus* promiſſæ. *Bartholomeus* Abbas & Conventus Cœnobii *Albæ Dominorum* (*Herren-Alb*) in Diplomate, quo, ſub dato *Herrn Alb, uff Freytag nach dem H. Chriſtag*, 1496. *Eberhardum* Ducem in perpetuum Defenſorem aſſumſere, dicunt: *Nachdem (Wir) und Unnſer Gotts Hauß Herrn Alb, mit ſeinen Leuthen und Güthern, obdem anderthalb Hundert Jauren, durch die Durchleuchtigen und Hochgepornen Fürſten, Graven und Herrn von Würtenberg &c. loblich, nützlich und genedigcklich, geſchützt, geſchirmbt, und zum truwlichſten, gehandthabt ſünt &c.* Eandem defenſionem clarius præfert compoſitionis tabula inter laudatum Ducem, & *Chriſtophorum*, Marchionem *Badenſem*, ſub dato *Stutgarten, am Mitwochen nach S. Urbans, des H. Bapſts, Tag*, An. 1497. ibid. §. XXXV. p. 208. verb. *Dem iſt alſo, das Unns, Hertzog Eberharden, der Schutz und Schirm über gemelts Cloſter Hernnalb, alle ſine Dörffer, Beveſtungen, Wyler, Höff, Haabe, Lewte unnd Gütter, zuſteen ſoll, unnd bliben, allein hindan geſetzt nachvolgende Dörffer, Wyler, Lewt, und Gütter, dieſelben, nemlich: Malſch, Langen-Steinbach, Viterſpurg, Dietten Huſenn, zwey Urbuch, Spilberg, Stupferich halb, Loffennaw, Nuwſatz, Rottenſoll, Bernbach, unnd Gebrichingen; Diſe Dörffer, Wyller, Hoff. Leut, und Gut, ſo viel dem Cloſter Herrnalb zugehörig, darann iſt, inn demſelbigem allem, ſollen wir, Marggrave Chriſtoff Schützer und Schirmer ſeyn des Cloſters Hernalb; und damit daß Wir, Unnſer Erbenn und Nachkommen, füro hin, zu ewigenn Zyten, obgemelts Schirms halb, nit inn wider willen, Uffrüren, oder Uneynigkeit kommen, ſo ſoll keiner unnder Unns Fürſten, des Erben und Nachkommen, den Annderen, am ſinen gemelten Schutzen und Schirmen, nit hindern, irrenn, oder Yntrad thun, ouch noch des Andern Theils Schutz und Schirm nit ſtöllen, arbeitten, oder den annemmen, ſondern einander trewlich daby hanndthaben, und nit verlaſſen; Ob auch Yemand annderer, wer der wehre, Uns einem, oder beiden Fürſten, Unnſern Erben und Nachkhommen, Irrung, oder Yntrag, darrinn thun wöllte, oder ſolchen Schutz und Schirm entziehen, oder nemmen, ſo ſollen und wollen Wir einander darinn getruwlichen Rath, Hilff und Byſtand, thun, unnd einander nit verlaſſen &c.* Eundem Ducem fuiſſe quoque Defenſorem Cœnobii *Alpirſpacenſes*, Ord. S. Benedicti. Conſtantienſis Diœceſis, apparet ex Ejus charta de An 1493. ibid. Tit. *Alpirſpacenſe*, §. XVII, pag. 284: *Altz dan das wirdig Gotzhauß Alberſpach, im Schwartzwald gelegen, das Uns zu ſchirmen und zu verſprechen ſtæt &c.* De defenſione Cœnobii *Denckendorffenſes*, Conſtantienſis Diœceſis, fidem facit documentum *Johannis de Ringingen*, Præpoſiti & Con[illegible]us,

Digitized by Google

ſub dato, *Zinſtag vor S. Matthens*, An. 1424. ibid. Tit. *Donckendorffenſe*, §. XXIII. p. 490: *Wann Wir nun wol bekhennen, das Uns, und Unſer Gotzhuſe, Niemand als welgeſchirmen kan noch mag, als die Hochgebohrnen, Unnſer Gnedig liebe Herren, Herr Ludewig, und Herr Ulrich, Gebrüder, Graven zue Würtemberg: ſo haben Wir, für Uns, und Unſer Nachkhommen, freylich und unbezwungenlich, an den Stetten, und Ziten, do wie es wohl gethun möchten, den Edeln Welgebornen, und die Strengen und Veſten, Grave Rudolffen von Sultz, Herrn Hanſen von Stadyon, Ritter, und Hanſen von Sachſenheim, Statthalter Unſer vorgenanten gnedigen Herren von Wirtemberg, angerueffet, und ſie demüteclich gebetten, Uns, und Unſer Gotzhuſe, mit Unnſern Lüthen und Güethern, lutterlich ümb Gottes willen, in der egenanten Unnſer Gnedigen Herren, Ihr Erben, unnd der Herrſchafft zue Würtemberg, Schirme zue nemmen &c.* De Cœnobio *Maulbrunnenſi*, extat charta *Michaëlis* Abbatis, Prioris & Conventus *Maulbrunnenſis*, Ord. Ciſtercienſ. Spirenſis Diœceſis, ſub dato *Mulbrenn, uf Montag nach des H. Evangeliſten S. Lucas Tag, An.* 1504. ibid. Tit. *Maulbrunnenſe*, §. XXXII. p. 861 & 862. *Bekennen, mit diſem Brieff, für Unns, und Unſere Nachkommen, und offenparen menigklichen, daß Wir --- zu deßſelbigen Unnſers Gotshauß Mulbronnen, und den Dörffern darzu gehörig: nemblich: Knüttlingen, Rut, Ettisheim, Wurmßheym, Wyſſach, Flacht, Eſelbronn, Wurmberg, Wymſshaym, Glatbach, Uppingen, Roßwag, Lamerßheym, Durmentz, Mulacker, Elbrunn, Durr, Entzberg, Kuſſelbronn, Buſchlat, Dieffenbach, Hancklingen, Frodenſtein, Zeſſerswyler, Ginderbach, Schitzingen, Stainbach, Fulmenbach, Elſingen, Lentzingen, Schmiech, und Illingen, die, und andere, die Uns zuſtenndig ſind, und ſo viel Wir daran haben ----- Unnſern Gnedigen Herrn, Hertzog Ulrichen, Seiner Fürſtl. Gnaden Erben und Nachkommen des Fürſtenthumbs Wirtemberg, zu rechtem Erblichem Schutz- und Schirm-Herren, uff Röm. Königl. Maj. Mandat, uff- und angenommen haben. Nemen auch hiemit uff und an, gedachten Unnſern Gnedigen Herrn, und Seiner Fürſtl. Gn. Erben und Nachkomen, zu rechtem Schutz- und Schirm-Herrenn, unwiderrufflich &c.* Quomodo eadem Domus Sereniſſima defenſionem Cœuobii *Kœnigsbrunnenſis*, Senatui Populoque *Ulmenſi* competenteni, An. 1536. ſit conſecuta, patet ex Relatione publica, ibid. Tit. *Konigsbrunn*, §. XXI. p. 689 & ſeqq. De tutela Cœnobii *Bebenhuſani*, Ord. Ciſtercienſ. Conſtantienſis Diœceſis, an. 1443. 4to *Ulrico*, Comite, ejusque filiis, *Eberhardo & Ulrico*, ſuſcepta, legas Diploma eorum, ibid. Tit. *Bebenhuſanum*, §. XXV. p. 406 &c.

Haſſiæ Landgravii Protectores ſunt Civitatis *Wetzlarienſis*; Vid. Literæ Wetzlarienſium ad Imperatorem, An. 1606. apud *Knipſchildium* l. c. Lib. 3. Cap. 59. §. 4. pag. 911: *Darob Wir Uns dann zumahl nicht wiſſen zu erinneren, daß Wir jemands, auſſerhalb Ew. Kayſ. Maj. ---- für einen Superiorem, vielweniger aber einen Grafen von Naſſau, oder Landgrafen zu Heſſen, als verordncte Schutz- und Schirm-Herren, für angegebene LandsFürſten erkandt &c.* Conſ. idem, l. c. §. 2 & 3. ut & Lib. 2. Cap. XXIV. §. 31. p. 492. De aliis ne dicam.

(*b*) AD HÆREDES &c. Ceu ex adductis modo documentis apparet.

(*c*) KAYSERSHEIM &c. Vid. præced. lit. a.

(144) Obligatur (*a*) Patronus protegere & defendere ſuos Clientes, unà cum Terris, pagis, (*b*) ac omnibus bonis, cuiuscunque generis; *Mit allen ihren Stadten, Schlœſſern, Güthern, und Unterthanen. Mager, de Advocat. Cap.* XI, §. 102.

NOTÆ.

(*a*) OBLIGATUR &c. Tam efficax eſſe Jus protectionis, ut Protector eos, quos in protectionem ſuſcipit, contra hoſtes, non ſolum literis, Legationibus, & interpoſitionibus, ſed &, neceſſitatis caſu, armata manu, defendere teneatur. *Gaillius*, Lib. 2. *Obſervat.* 54. §. 2. p. 391. *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. 2. Cap. 14. §. 104. p. 592; *Rumelinus*, in *Aur. Bullam*, Part. 2. Diſſ. 5. §. XIV. pag. 599. ibique *Mylerus*, in *Additionib.* lit. a. pag. 601. cum citatis; *Kolbi*[illegible] in *Aquila certante*; *Confutat. Signi* 4. *Solmenſis*. §. 5. p. 22; præſertim, ubi, ex pacto, annuum honorarium, *ein gewiſſes Schutz- und Schirm-Geld*, ſolvitur; Vid. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. XIV. §. 130 &c. p. 623; *Rumelinus* l. c. Nec injuſtum eſſe, ejusmodi honorarium exigere, ob periculum ſcil. quod tuendi jus, occurrente caſu, cum armis ſubeundum, ceu jam dixi, annexum habet, neminique officium eſſe debeat damnoſum, multis rationibus probat *Magerus*, l. c. §. 190 & ſeqq. p. 626 &c. Add. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2. Cap. VI. §. 7.

Digitized by Google

§. 7. v. 64. p. 337; Quid, pro defenſione, gratis præſtanda, in medium proferri ſoleat, exponit *Magerus*, l. c. §. 132 & ſeqq. ad 189. pag. 623 ad 626; Nec opus eſt, ut Defenſor expectet, donec ad ferendum auxilium, à cliente, invitetur; cum eum etiam invitum tueri valeat, imò debeat, ſi de utilitate publica agatur, aut de ipſius Defenſoris intereſſe, quæſtio ſit. Vid. *Rumelinus* l. c. *§*. XV & XVI, p. 601 &c. ibique *Mylerus* in Notis.

(*b*) PAGIS &c. Qui plerumque in defenſionis literis exprimuntur. Vid. præced. §. 143. lit. a.

(145) An autem, ſi in tabulis protectionis extent hæc verba, *contra quoscunque, wider menniglich*, patronus teneatur clientes defendere, contra ſuos propinquos, *parentes*, liberos, fratres? Plures quæſtionem affirmant, (*a*) *arg.* 2, *F.* 7. & quia faciendi ſtipulatio in ſe eſt individua. *Vid. Myler. de Stat. Imp. part. 1. cap.* 18. Nos cum aliis eam, quoad Patrem & filium, negamus; (*b*) quia obligatio, qua filius obligatur Patri, & Pater filio, fortior & antiquior eſt ea, qua obligatur Clienti. Imò, in omnibus conventionibus ea videntur eſſe excepta, quæ contra pietatem pugnant. *l. 11. ff. de cond. inſt. Videatur late Bocer. tr. de jur. Domin. & Vaſall. l. 1. c. 4. n. 67.*

NOTÆ.

(*a*) AFFIRMANT &c. Latè, de hac quæſtione, *Mylerus*, ad *Rumelinum* in A. B. l. c. *§*. XIII. p. 598. ubi, pro affirmativa, inter alios, etiam citat *Petrum Friderum*, de *Mandatis*, Lib. 2. Cap. XIV. §. VI. v. 18. p. m. 93 &c. & *Magerum* l. c. Cap. XIII. §. 267 & ſeqq. p. 599; reſpondentem ſimul ad contrariæ ſententiæ Patronorum argumenta. Sceleribus, & vi injuſtæ, nihil indulgendum; nec Pater, nec filius, nec frater, in ſanguine, malitiæ aſylum quærere poſſunt; Juſtitia, bonaque cauſa, contra quemlibet injuſtum aggreſſorem, defendenda. Patria, certè, etiam contra perfidos Parentes, tuenda: pariter ac, contra irreligioſos, Religio; *Magerus* l. c. §. 250. p. 598; & *§*. 259. p. 598. Quadrat huc *Marcellini* locus, L. 35. ff. de *Religioſis*, Lib. XI. Tit. VII; ibique *Gothofredus*, in Notis, lit. n. Vaſallum, inſuper caſu ſimili, contra ipſum Genitorem, quidni fratrem, aliumque conſanguineum remotiorem? Seniori ſuccurrere teneri, auctoritate 2. F. XXVIII. §. *Contra omnes &c*, nititur; add. *Gothofredus* in Notis, litt. h, & i, *Magerus* l. c. §. 43 ad 54. p. 585 &c. & 259. pag. 598; alias improbans defenſionem clientis, adverſus ipſum Patrem ſuſceptam. Quamvis, ubi contra Patrem, filium, fratremve, tutela præſtanda, per Subſtitutum preſſis opem ferri poſſe æquitati pariter & pietati, quam liberi Parentibus, hique viciſſim liberis, vel fratribus, debent, congruum eſſe exiſtimaverim. Conf. *Andr. Kohl*, de *ſervitiis feudalibus, & ſubfeudis*, P. 3. §. 11.

(*b*) NEGAMUS &c. Argumenta ſtatuentium: Advocatum non teneri Clientes, adverſus Patrem, injuſtè eos offendentem, tueri; ſiſtit *Magerus* l. c. §. 55 & ſeqq. ad 192. pag. 585, ad 595. Quid, in favorem ſententiæ, qua verſa vice aſſeritur: Nec Patrem, contra filium, clientes paternos, præter fas & æquum, oppugnantem, defendere adſtringi, vulgò proferatur? exponit idem l. c. §. 193, ad 213. pag. 595 & 596; contrarium tamen propugnat, *§*. 215 &c. p. 596. &c.

(146) De Fratribus, (*a*) & aliis cognatis, res aliter ſe habet. Si Patronus duos habeat Clientes, qui ſibi invicem ipſis bellum inferunt, quemnam adjuvare debeat? Doctores non conveniunt. Alii neutrum adjuvandum eſſe putant. *Vid. Mylerus*, (*b*) *dict. Part. I. Cap. 18.* Nos diſtinctim (*c*) eſſe reſpondendum, putamus. Vid. *Grotius, de Jure B. & P. lib. 2. Cap. XV.* §. 13.

NOTÆ.

(*a*) DE FRATRIBUS &c. *Utrum Frater, contra Fratrem, in Clientes armatum, iisdem ſuppetias ferre obligatus cenſeatur?* examinat *Magerus* l. c. Cap. XIII. §. 260, ad 266 pag. 598. Rationes dubitandi proferens; & §. 267. ad 273, p. 599. ubi argumenta *pro affirmativa*, una cum reſponſione ad dubitandi rationes, ſubminiſtrat, alios ſimul ſecum ſentientes allegans.

(*b*) MYLERUS &c. Docens l. c. pag. 164. tali caſu, Protectorem omne ſtudium adhibere teneri, ut belligerantes ad pacem & concordiam inducat; quod ſi verò illi arma deponere nolint, conſultius eſſe, ſi neutram partem adjuvet, penitus quieſcens. Ita quoque *Hopping*, de *Jur. Clientel.* Concluſ. 42. lit. C. & *Magerus* l. c. §. 433 & ſeqq. pag. 609 & 610; ubi Rationes decidendi. Alii arbitrantur, auxilium ei præ-

præſtaudum, cui tutela prius promiſſa, Vaſalli exemplo, qui duos pluresve Dominos, reſpectu diverſorum Feudorum, recognoſcens, ſi bellum inter eos oriatur, non niſi antiquiori ſervitia exhibere obligatus, modo loci conſuetudo, aut ſpeciale pactum, aliud non ſuadeant, vel notoriè alteruter injuſtum bellum moliatur: Vid. *Schrader*, de *Feudis*, Part. VI. Cap. VI. §. 20 & ſeqq. pag. 135 & 136. Cautius alii procedere putant, exiſtimando, ei, qui prius auxilium petiit, in perſona, reliquisque ſaltem per Subſtitutum, ſive pecunia, ſuccurrendum, arg. *Sächſiſch Lehen-Recht*, Cap. 46, Edit. *Auguſt.* an. 1516. p.m. 37: *Eſſt de Man heſſt twe Heren, edder mer, de em des Rykes Dinſt alle beden mit Ordelen, de yt em van erſt gebet, mit dem ſchal he varen, unde den Anderen alle Her-Stüre geven* [illegible] *we yarick van em heft.* i. e. Si Vaſallus duos pluresve Dominos habeat, ſervitia eum mandato ab eo exigentes, illum, qui primus ea exegit, in perſona ſequi, reliquos verò pecunia caſtrenſi, ſeu decimo nummo, aut decima marca, annuorum feudi, quod ab eo, vel eis, tenet, proventuum, juvare tenebitur. Conf. *Hartmannus Piſtoris* Lib. 2. *Quaſt.* 47. n. 39. *Carpzov. Synopſ. Jur. Feud.* Diſp. 8. Poſit. 12. tradit tamen *Schneidewinus*, *Tract. Feud.* Part. 5. §. 96. verſ. *Et hac procedunt &c.* De facto ſe obſervari vidiſſe, *daß der Lehn-Mann einem jeden Herrn, Pferd und Knecht, wie er Ihm zu dienen ſchuldig geweßt, zugeſchickt hat, und er iſt, für ſein Perſohn ſtill geſeſſen &c.* Unde ſua *Magerus* l. c. §. 436, pag. 610; Quod ſi verò Vaſallus, reſpectu unius ejusdemque Feudi, plures Dominos, bello invicem implicitos, colat, ſervitia neutri exhibenda, communem receptamque ſententiam eſſe, (niſi rurſus Inveſtituræ tenor, loeive conſuetudo, aliud jubeant, vel manifeſtum ſit, alterum alteri injuſtè turbas ciere;) perhibet, *Schrader* l. c. §. 22. verſ. *Sin autem unus*, p. 136, ibique allegati. In Fœderatis idem obtinere, *Grotius* auctor eſt, Lib. 2 de J. B. & P. Cap. XV. §. XIII. p. m. 274. demouſtrando: auxilium ei præſtandum, qui nihil iniqui ſuſcipit, juſtamque belli cauſam habet; cauſis autem, utrinque injuſtis, ſi committantur, utraque parte abſtinendum, caſuque dubio, rationem poſtulare, ut, reſpectu perſonæ, is præferatur, cum quo fœdus antiquius, alteri milite, vel pecunia, mittendis, niſi poſterius fœdus, ultra promiſſionem, & ſubjectionis aliquid in ſe contineat; quo trahi poteſt pactum *Philippi Pulchri*, Gallorum Regis, & *Florentii*, Hollandiæ Comitis, ſub dato *Paris, le Lundy, apres l'heophanie*, *l'an 1295*, apud Dn. de *Leibnitz*, Part. I. *Cod. Jur. Gentium*, §. XX, v. 2. pag. 34 & 35: *Item, il eſt accordé, que Nous ſerons amis, & aydans au dict Roy, & à ſes alliés, & à ſes aydans, en ſes guerres preſentes, & celles, qui ſourdre en pourroient, les preſentes guerres durant: Sauf, ce que du Roy d' Allemagne, noſtre Seigneur, il eſt accordé en cette maniere, que, ſi le dict Roy de France aſſailloit le Royaume d' Allemagne, en ce cas tant ſeulement, Nous pourrions ayder le Roy d' Allemagne, & deffendre ſon Royaume, & ſy le Roy d' Allemagne vouloit aſſaillir le Roy, ou le Royaume de France, en ce cas, Nous ſommes tenus, comme homme du dict Roy, à deffendre Luy & ſon Royaume, à ſes gages &c.*

(*c*) DISTINCTIM &c. Scil. ut ſemper reſpondeamus in ſavorem eorum, pro quibus vel Pacta, vel juſtitia cauſæ, vel introducti mores, aliive tituli validi, militant.

(147) Quamvis autem Status Imperii alium Statum in protectionem recipere poſſit, non tamen ſubditos alterius Status, ſine ejus conſenſu, (*a*) in protectionem recipit. *A. B. Tit. XV. Reichs-Abſchied, zu Speyer*, de An. 1529. Tit. *Ordnung des Land-Friedens*, §. *Wir auch Chur-Fürſten*, ibi: *Daß keiner des andern Unterthanen in Schutz und Schirm &c.* Et hoc acriter diſputatum fuit, in cauſa Electoris Moguntini, contra Civitatem Erphordienſem (*b*) *Meichsner, 2. Deciſ. Camer. 3. n. 6.*

NOTÆ.

(6) Alii negant (*a*) *primò*, quod Imperator, omiſſis licet ſolennitatibus lege civili præſcriptis, recte & valide teſtetur, (*b*) *arg. l. pen C. de don. int. vir. & uxor.* *Secundò*, quia Principes & Comites jure militari (*c*) utuntur. *Gail. 2. obſ. 127. Limn. lib. 4. I. P. cap. 8. num. 138.* ac proinde ad alias obſervationes, quàm ad quas milites in teſtamentis ſcribendis, adſtricti non ſint. *Tertiò*, quòd cum juris ſtatuendi & poteſtatem abrogandi jus commune habeant, O. C. part. 1. tit. 56. ad ejusmodi ſolennitates, inſtar privatorum, obligati eſſe dici nequeant. *Quartò*, quia inter Principes, non ex apicibus (*d*) juris civilis, ſed ex mero naturali gentiumque jure, quod ſolennitates illas ignorat, agi debet *Quintò*, quòd hanc ſententiam inſignes ICti foveant: (*e*) quodque ſecundum hanc opinionem, taſtamentum *Caroli* (*f*) *Auſtriaci*, Marchionis Burgavienſis, etiam omnibus teſtibus deſtitutum, pro valido & legitimo judicatum fuerit à Facultate Juridica Tubingenſi. *Beſold conſ. 150. n. 24. Item eines Chur-Fürſtlichen Fræuleins Teſtament*, familiæ Lignicenſis, Ducum Sileſiæ, eadem Facultas Juridica validum pronunciaverit. *Harprecht. §. 3. I. d. teſtam. num. 326. n. 12. & ſeqq.*

NOTÆ.

(*a*) NEGANT &c. Veniunt hoc titulo, *Fridericus Pruckman*, de *Regalibus* l. c. §. 5. & ſeqq. p. 148, ibique nominati; *Schrader*, de *Feudis*, Part. X, Sect. XIX, §. 18, p. m. 511; *Wurmſer, Exercit. Jur. Publ.* Exercit. 2, §. XVIII, p. 89 &c. *Knipſchild*, de *Privilegiis Nobil. Immed.* lib. 2, cap. 2, §. 89, p. 30, cum ibi laudatis; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. XXVI, tot. p. 269 &c. ibique citati; *Beſoldus*, Lib. I, Diſſert. Nomicopol. de *Succeſſione Regia*, Diſſ. 2, §. 9; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 4. Cap. 8, §. 178, p. 235; *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 34, §. 1, p. 499 & 500; Conf. Dn. *Hulderieus* de *Eyben*, l. c. §. 16 & ſeqq. p. 389; Dn. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. I, lib. 2, Tit. IX, §. 2, p. 297, in candem ſententiam allegans *Beſoldum*, Conſ. 150, 24 & P. 6. Conſil. 272; nec non JCtos *Argentoratenſes*, apud *Taborem*, ad L. 19, C. de *Teſtamentis*, C. 8. p. 601; Add. Reſponſum *JCtor. Hallenſium*, d. 13 Nov. 1697, apud Dn. *Stryckium*, de *Cautelis Teſtamentorum*, Cap. I. §. XII, pag. 10 &c. *Electa Juris Publici Hiſtoriam Palatinam illuſtrantia*, Part. 2, p. 260 &c. Dn. *Coccejus* cit. Diſſ. de *Teſtamentis Principum*, Part. 2 ſpecial. §. 6 & 8, p. 30 & 31; Dn. *Buddeus* l. c. §. 16 &c. p. 518 &c. Dn. *Fels*, l. c. Controverſ. I, p. 8. & ſeqq. aliique plures, quamvis non omnes iiſdem argumentis utantur, quorum Dn. Auctor hic mentionem facit, qui vel ipſemet, ſeq. §. 7, ea omnia non approbat, tanquam non ſatis valida, ad tuendam *negativam*, *affirmativæ* alias præferendam.

(*b*) TESTETUR &c. Unde concludunt ad Principes Imperii; ob brocardicum: *Quod Princeps, vel Comes Imperii, in Territorio ſuo, idem poſſit, quod Cæſar in Imperio*, de quo præced. Tit. XV. §. 1, lit. c. pag. 1117 &c. ubi de otioſa planè & inutili comparatione Statuum cum Imperatore, plura. Tantum abeſt, ut corroborandis, ſive decidendis hujusmodi controverſiis, idoneè adhibeatur. Dn. de *Eyben* l. c. Poſit. XIX, §. 16, p. 390.

(*c*) JURE MILITARI &c. Cum Illuſtribus perſonis, ſequioris etiam Sexus, privilegium immunitatis à teſtamentorum ſolennibus ſtrictè obſervandis, adſcribatur, eo quod non minus Principibus Sexus maſculini, dignitate principali, & Nobilitate Illuſtriſſima, coruſcare dici queant, conſequenter eadem legalitas, ac ſumma fidei præſumptio, pro eis militet, quæ, ex obſervantia Familiarum Illuſtrium, Viros Principes à teſtamentorum ſolemnibus, Jure Civili introductis, eximit; Vid. ſeq. §. 9. & JCti *Tubingenſes*, apud *Beſoldum*, Part. VI Conſ. 272; *Harprecht*, ad §. 3, J. de *Teſtament.* §. 326 &c. *Knipſchild* l. c. §. 89. & 90, p. 30; *Mylerus* de *Principibus & Statib. Imperii*, P. I, Cap. XXVI §. 7 & 8. p. 273; Dn. de *Eyben* l. c. §. 22. p. 390;

Dn.

Dn. *Feltz*, l. c. Controv. 4, p. 16 &c. Ultrò patet, non ſatis tutò ad titulum juris militaris hic provocari, cum Jus hoc mulieribus nihil proſit. vid. Dn. de *Eyben* l. c. Ne dicam, nondum definitum eſſe, in quantum privilegia militaria Principibus & Comitibus Imperii aſſerere liceat? vid. *Pruckman* l. c. *Effect.* 2, Membr. 3, §. 7 & ſeq. pag. 150. præter quod Milites privilegio hoc ſpeciali tantùm fruantur, quando in Expeditionibus occupati ſunt; arg. procem. Inſt. de *Militari Teſtamento;* ibique Interpretes; add. Dn. *Stryckius*, de *Cautelis Teſtamentorum*, Cap IX. §. 3 & ſeq p 365 &c.

(*d*) EX APICIBUS &c. Ita JCti *Tubingenſ.* apud *Beſoldum* l. c. §. 334 &c. certum autem eſt, Principes noſtros non unicè Naturali Gentiumque Jure obligari, ſed & Civili, quando v. g. ſecum invicem agunt. vid. Dn. de *Eyben* l. c §. 26, p. 390. & Poſit. XX, §. 3 & 4, p. 391 &c. ubi farrago exemplorum. Dn. *Coccejus*, cit. Diſſ. de *Teſtamentis Principum*, Part. 2 ſpecial. §. 8, p. 31.

(*e*) FOVEANT &c. Aſt his tot alii contradicunt.

(*f*) CAROLI &c. Idem exemplum profert *Mylerus* l. c. §. 5, p 272, addendo: *Eodem modo, jam ante aliquot centum annos, pro teſtamento, condito per quendam Dominum de Urſinis, in terminis conſuluit Bartolus, quem refert & ſequitur Baldus, in L. Sancimus, §. 6. C. de Donat.* Conf. *Menochius*, Conſil. 351, §. 8 & 9; *Franc. Mantica*, de *Conjecturis ultimar. volunt.* lib. VI, Tit. I, §. 39.

(7) Hanc poſteriorem opinionem nos ſequimur, potiſſimum, quia Principes Statuta condere poſſunt, Juri Civili Juſtinianeo contraria, (*a*) per ea, quæ ſupra diximus, Ergo etiam ſolennibus, Jure Civili Juſtinianeo introductis, ſe ipſos ſolvere poſſunt. Reliqua enim argumenta, quæ vel ſumuntur à Jure militari, Principibus competente, vel aliunde, infirmiora (*b*) ſunt, quam ut probare poſſint, Principes his ſolennibus eſſe ſolutos. Milites enim, extra expeditionem conſtituti, jure communi teſtari debent. Quo accedit, quod plures ſint, qui, hoc jus militare Principibus Imperii competere, omninò negant. *Vid. Eyben, de Teſtam. Princip. §. 18, apud Fritſchium.*

NOTÆ.

(*a*) CONTRARIA &c. Vid. præced. Tit. XVII, §. 3, lit. a; pag. 1145, & §. 5, lit. a & c; p. 1147 & §. 6, ibique Notæ, p. 1150. Status Imperii cum non coactivè, ſed liberrima voluntate, Jure Civili in Territoriis ſuis utantur; proinde, quoad ſubditos, alioſve privatos ſub ipſis degentes, illud pro lubitu abrogare valeant, (per ea, quæ l. c. §. 5, lit. a, dixi,) palam eſt, ut in omnibus reliquis, ita quoque circa ſubtilitates, Jure Civili in Teſtamentis condendis obſervandas, Ipſorum Superioritatem Territorialem, ferendique Leges poteſtatem, & privilegia reliqua, quibus gaudent, ſemper ſalva eſſe dicenda; arg. Conſtitutionum Imperii & Capitulationum, quarum præced. Lib. I, Tit. 2, §. 7, lit. c, pag. 47, memini. Conf. Dn. *Feltz* l. c. pag. 9. Dn. *Schilter Inſtit. Jur. Publ.* Vol. 1, lib. 2, Tit. IX, §. 2, pag. 297 &c.

(*b*) INFIRMIORA &c. Vid. Notæ ad præced. §. 6.

(8) Reſpondemus ad argumenta, ſuperius, pro affirmativa, adducta, quod in illis committatur petitio principii: e. g. quod Principes activè & paſſivè utantur Jure communi (*a*) in Teſtamentis: quod Principes teneantur Jure Civili (*b*) &c. Quod enim attinet doctorum opinionem, & præjudicia, hæc nihil probant; cum opinio opinioni, & præjudicium præjudicio, opponi poſſit. Et quamvis præjudicium fortè nullum haberemus, tamen non videndum, quid ſit pronunciatum? ſed, an Jure pronunciatum fuerit? *Vid. Myler, de Stat. Imper. P. I. c. 26.*

NOTÆ.

(*a*) COMMUNI &c. Vid. Ill. Dn. ab *Eyben* l. c. Poſit. XIX, §. 2. p. 389.

(*b*) CIVILI &c. Vid. præced. §. 7, lit. a. Alia tamen quæſtio eſt, annon Princeps, aliuſve Status Imperii, prudentius agat, ſi, ad evitandas lites, ſolennitates, à tot magnis Principibus, jurium ſuorum ac prærogativarum aliàs æquè tenacibus, obſervatas, teſtamentum condendo, adhibeat Juri Civili conformes; iiſve non obſervatis, ultimæ voluntatis ſuæ tabulas Cancellariæ ſuæ minimum inſinuet, clauſulamque codicillarem annectat; cujuſmodi exempla, ſeq. §. 17. lit. c, ſuppeditabo?

Digitized by Google

id quod facilè affirmaverim. Vid. L. 3 C. de *Teſtamentis*. *Wurmſer* l. c. Exercit. 2, §. 18. p. 91. ibique citati; *Knipſchild* l. c. lib. 2. Cap. 2. §. 91, p. 31; *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* Vol. 1. lib. 2. Tit. 9. §. 2 & 3, p. 298; Dn. *Feltz* l. c. Controverſ. 1. p. 9.

(9) Quamvis autem nec Uxor Principis (*a*) has ſolennitates adhibeat, tamen nec ejus Teſtamentum erit ipſo Jure nullum, ſed ſubſiſtet; non quidem, quod illa proprio jure ſit ſoluta legibus: ſed, quia, per privilegium, (*b*) mariti juribus fruitur. Et ita, pro Auguſta, (*c*) reſpondit *Menochius*, *Conſil.* 351. §. 10 *& ſeq.*

NOTÆ.

(*a*) UXOR PRINCIPIS &c. Pro qua loquitur L. 3. C. *De Quadriennii præſcriptione* (Lib. 7, Tit. 37) conſ. *Myler*, de *Principib. & Statib. Imperii*, P. 1, Cap. XXVI, §. 8, pag. 273; Ill. Dn. de *Eyben* l. c. Poſit. XIX, §. 22, p. 390. Dn. *Feltz* l. c. Controverſia. IV. p. 16. Dn. *Coccejus* l. c §. 11. p. 33.

(*b*) PRIVILEGIUM &c. Ex obſervantia Familiarum Illuſtrium, introductum; facit hanc in rem *Ulpianus* lib. 13, *Ad Legem Juliam & Pappiam*, L. 31 ff. de *Legibus*, verb. *Princeps Legibus ſolutus eſt. Auguſta autem, licet Legibus ſoluta non eſt: Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quæ ipſi habent &c.* Conſ. L. 6, ff. de *Jure Fiſci*, in fine; add. præced. §. 6, lit. c, ubi fundamenta hujus obſervantiæ, & Privilegii. *Mylerus* l. c. ibique citati; *Schilter* l. c. §. 3.

(*c*) AUGUSTA &c. Propriè *Menochius*, loco hic citato, reſpondit pro Auguſta Ducis Mantuani.

(10) Ita Principes poſt-geniti, ſeu Appanagiati (*a*) *die Abgefundene Herren*, (nec non) Liberi, utriuſque ſexus, ex illuſtri ſanguine prognati, non coguntur has ſolennitates obſervare.

NOTA.

(*a*) APPANAGIATI &c. Privilegia namque perſonalia, Principibus, ratione dignitatis ſuæ, competentia, Jure ſanguinis ad heredes tranſeunt. Vid. *Nolden* de *Statu Nobilium civili*, Cap. XI, §. 54 & 55, p. 267; Ita in terminis *eines Fürſtlichen Fräuleins* Teſtaments Familiæ Ducum Liguicenſium in Sileſia, reſpondiſſe Facultatem Juridicam Tubingenſem, apud *Harprechtum*, ad §. 3, J. de *Teſtamentis*, §. 326 &c. annotavit *Mylerus* l. c. §. 7, p. 273; Conſ. *Menochius*, Conſil. 351. § 12 &c. *Schilter* l. c. Dn. *Feltz* l. c. Controverſia 3, p. 13 ubi: *ſunt Apanagiati, non minus quam Regentes, perſona principali dignitate, & illuſtriſſima dignitate ſuperiori prædita; habent & ipſi, pro ſe, & fide, qua Germanorum ſumma dicitur, præſumtionem maximam. Et horum etiam legalitas id operari cenſetur, ut nulla in Ipſos fraudis cadat ſuſpicio, adeoque & pro Ipſorum teſtamentis, in favorem dignitatis Ipſorum, erit pronunciandum, etiamſi minus ſolenniter facta ſint.* Contrarius tamen eſt Dn. *Coccejus*, cit. Diſſ. de *Teſtamentis Principum*, Part. 2 ſpecial. §. 10, p. 32. exiſtimando, Privilegium hoc non dignitati, ſed Superioritati Territoriali cohærere, qua Principes Apanagiati deſtituantur; ſed hac ratione, nec illi Principes Regentes, qui Superioritate hac carent, (de quibus præced. Tit. XV, §. 10, lit. b, pag. 1134,) privilegii hujus forent participes.

(11) An autem hoc habeant jure proprio, an verò per privilegium, à Domino territorii, eorumque vel Patre, vel fratre? non conveniunt. Alii dicunt, hoc ipſis competere jure proprio, quia, vivente adhuc Patre, vocantur *Fürſten und Fürſtinnen*: identitas autem nominis arguit identitatem rei. *Myler. dict. tr. part. 1. c. 26. §. 7.* Nos hoc ipſis ex privilegio competere affirmamus, per ea quæ *ſupra diximus*, de Statutis Principum.

(12) Quia ergo, non tantum Princeps ſolutus eſt his ſolennibus, ſed & alios ſolvere iis poteſt: hinc teſtamentum Principi oblatum, (*a*) etiam omnibus ſolennibus deſtitutum valebit, dummodo certum ſit, (*b*) hoc teſtamentum auribus Principis fuiſſe inſinuatum. *Tabor. de Teſt. Princip. oblat.* Item, quòd donationes mortis cauſa, vel inter vivos, à Principe factæ, valeant; etiamſi ejus non fiat inſinuatio, & ibi quinque teſtes non adhi-

beantur; Item, quòd donatio Principis, Auguſtæ (c) facta, valeat. *Myler. in Gamolog. cap. 7. num. 13.* Quòd uxor illuſtris marito Principi omnia ſua pretioſa, (d) patre ſuo mortuo, donare poſſit; *daß ein Fürſtlich Fræulein ihr Heurath-Gut und Geſchmuck ihrem Gemahl ſchencken mœge. Beſold. conſ. 44. per tot.* Quòd donatio, à Principe patre facta liberis, (e) in poteſtate conſtitutis, ſubſiſtat; quòd donata à Principe ſint inſtar peculii quaſi caſtrenſis. *l. 7. C. de bon. quæ lib.* quia Princeps non præſumitur donare, niſi de Republica, arte & Marte, bene meritis. *Forſter. de ſucceſſion. ab inteſtat. lib. 7. cap. 27. num. 7.* Alii ad peculium adventitium extraordinarium referunt. *Vide Struv. Syntagm. I. C, Ex. 12, th. 5.*

NOTÆ.

(a) OBLATUM &c. Pertinet huc *Honorii & Theodoſii* Reſcriptum ad *Johannem*, Præfectum Prætorio, ſub dato Ravennæ, An. 499, L. 19. C. de *Teſtamentis*, cujus Conſtitutionis verba de Cæſare rectè applicari ad Status Imperii noſtri, dudum probarunt alii; proinde, ſi quis ultimam voluntatem ſuam, qualitercunque literis expreſſam, vel oretenus, vel per ſupplicem libellum, vel per Mandatarium ſufficienter ad hoc inſtructum, Principi, vel cuilibet Judici legitimo, offerat, eamque Princeps, ſeu Judex, acceptet, idem lucratur, ac ſi omnes Jure Civili præſcriptas ſolennitates ritè obſervaſſet, etiamſi nec unicum teſtem, ut ſubſcribat, rogaverit. Quam ſententiam uſu & praxi valere, & in Camera quoque Imperiali ſecundum eam judicari, Auctor eſt *Mynſinger*, Reſponſ. 79, §. 8, nec non *Centur.* VI, *Obſervat.* XXIX, §. 4 & 5, p. 451; Sanè, ſi ſecurus eſſe debet teſtator, cum teſtamentum coram Principe, aliove Judice, condat, vel conditum eis ritè inſinuet, ſolennitatibus aliàs requiſitis non adhibitis, arg. cit. L. 19, C. de *Teſtamentis*; juncto *Zenonis* Imp. Reſcripto ad *Sebaſtianum*, Præf. Prætorio, ſub dato Conſtantinopoli, An. 478, L. 31, C. *de Donationibus*, ultrò patet, aliâ cautelâ eum non indigere; ſuperfluum enim privatum teſtimonium, ubi publica monumenta adſunt; arg. cit. L. 31, C. de *Donationibus*. Conſ. *Gothofredus*, in Notis ad cit. L. 19, C. de *Teſtamentis*, lit. a; *Joh. Kœppen, Deciſ.* Quæſt. 45, §. 12 &c. p. m. 178, ibique citatis; *Mevius*, ad *Jus Lubecenſe*, Part. 2, Tit. I, Art. 2, §. 72 & ſeqq. p. 294 &c. cum citatis; *Mylerus*, de *Principibus & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. XXVIII, §. 1 & 2, p. 280 &c. & §. 4, p. 282; *Brunnemannus*, ad eandem L. 19. C. de *Teſtamentis* p. m. 525. *Carpzovius, Juriſprud. Forenſ.* Part. 3. *Conſtit.* 3, Definit. XV, § 15. p. 913, ubi Præjudicia. *Berlichius*, Part. 3, *Concluſ.* 4. §. 2 & ſeqq. p. 35, ibique allegati. Add. præced. Tit. XVII, §. 110, lit. a, pag. 1335.

(b) CERTUM SIT &c. Niſi aliunde conſtet, Teſtamentum coram Principe, aliove Judice, eſſe conditum, vel decenter Actis inſinuatum, ſufficiunt, ad hoc probandum, duo teſtes; vid. *Mynſinger*, cit. Reſponſ. 79. §. 8; *Tabor*, de *Teſtamento Principi oblato*, C 3, §. 8 & 9; *Brunneman* l. c. *Mylerus* l. c. §. 3, p. 281.

(c) AUGUSTÆ &c. Cum Reipublicæ interſit, ne quis, per nimiam libertatem, re ſuâ abutatur, admodum limitatæ noſcuntur Jure Civili donationes maritos inter & uxores, integris Titulis: de *Donationibus inter Virum & Uxorem*, Lib. V, Codicis, Tit. XVI, & ff. lib. 24, Tit. I, teſtibus; aliter tamen rem ſe habere in donationibus Principum, quippe qui ſubtilitatibus Romanarum Legum non tenentur, concors doctorum eſt ſententia; vid. *Gailius*, lib. 2 *Obſervat.* 38, § 17, p. 354; *Berlichius* l. c Part. 2, *Concluſ.* XV, § 19, p. m. 85, ibique citati; *Brunneman*, in L. 26, cit. Tit. C. de *Donationib. inter Virum & Uxorem*, p. 429; *Mylerus* l. c. Part. I, Cap. XXVII, §. 2 & 3, p. 275; Dn. de *Eyben*, cit. diſſ. de *Teſtamento Principis*, Poſit. 18, §. 6, p. m. 388.

(d) PRETIOSA &c. Vid. *Mylerus* l. c. §. 4, p. 276.

(e) LIBERIS &c. Conſ. *Mylerus* l. c. §. 5, p. 276 & 277.

(13) Ex his ita poſitis, quærunt DD. an Principes per alium, cui hoc negotium mandarunt, *validè teſtari* poſſint? e. g. an Principi, vel Comiti, de hereditate Dominæ ſuæ, ipſa conſentiente, (a) teſtamento diſponere liceat? Nos putamus *primò*, conferre teſtamenti factionem in alterius arbitrium, non reſpicere ſolennia teſtamenti, ſed ipſius teſtamenti eſſentiam. *Teſtamentum enim eſt ultima voluntas noſtra, de eo, quod poſt mortem noſtram fieri volumus.* *Secundò*, quòd, licet Princeps ſolennibus teſtamenti ſit ſolutus, tamen, quia heredis inſtitutio, ſeu potius teſtamentum, debet eſſe noſtra voluntas: jam autem, ſi illud conferremus in arbitrium alterius, non eſſet noſtra, ſed ejus voluntas, in cujus arbitrium illud conferremus; & ſic non de ſolennibus aliquid remitteretur, ſed de ipſa teſtamenti eſſentia.

NOTA.

Digitized by Google

NOTA.

(*a*) IPSA CONSENTIENTE &c. Pro *Affirmativa* facit, quod (1) ambo Conjuges, iisdem tabulis, de utrinſque hereditate, validè teſtari queant; conſequenter, nihil obſtare videatur, quo minus alteri, alterius cum conſenſu, idem permiſſum eſſe dicendum ſit; pariter ac teſtamentum, à ſolo marito, tam de bonis propriis, quam de bonis uxoris ſuæ, confectum, nec ſimul ab uxore ſubſcriptum, ratumque habitum, uxorem non obliget; ſententia Scabinorum Lipſienſium teſte, in cauſa *Margarethæ Volgnadins*, Menſ. Aug. 1590, apud *Carpzovium*, *Juriſprud. Forenſ.* Part. 3, Conſtit. 2, Definit. 13, §. 11 p. 903: *Dieweil nicht zu befinden, daß ihr eurem Ehemann ausdrücklichen verwilliget, von euern eigenen Gütern, in ſeinem Teſtament zu diſponiren &c. So moget ihr auch ſolches ſein Teſtament zu halten, wieder euern willen, nicht gedrungen werden &c.* Conf. *Berlichius*, *Deciſ. Aurearum* P. I, Deciſ. 92, tot. p. 234 &c. Ill. Dn. de *Eyben* l. c. Polit. XII, §. 12 &c. p. 383; Dn. *Feltz*, cit. Diſſ. de *Teſtamentis Principum*, Controverſia VI, p. 21 &c. Add. ſeq. §. 14. (2) Arg. Cap. 13, X. de *Teſtamentis*, conſtet, eum, qui ultimam voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni committit, inteſtatum non decedere. Pro *Negativa* verò, quod Teſtamentum (1) ita deſcribatur, ut ſit *voluntatis noſtra* (ergò non tertii cujuſdam) *juſta ſententia, de eo, quod quis, poſt mortem ſuam, fieri vult*; arg. L. 1, ff. *Qui teſtamenta facere poſſunt*; (2) Ex alieno arbitrio pendere nequeat, arg. L. 32, ff. de *Heredibus inſtituendis*; & L. 70 ff. eod. (3) nec in alienam, voluntatem conferri legatum poſſit, arg. L. 52, ff. de *Conditionibus & Demonſtrationib.* (4) Hac ratione, privata pactione, teſtamentum, contra naturam ſuam, irrevocabile redderetur, auferreturque teſtandi facultas; (5) ejuſmodi pactiones tenderent ad vota improba, & ageretur de hereditate viventis, quod Jure Romano prohibitum; (6) de rebus alienis neminem teſtari poſſe, apertè cautum reperiatur; L. 8, §. 3, ff. de *Jure Codicillorum*; add. Auth. *Ingreſſi Monaſteria*, C. de *SS. Eccleſiis*, L. 13, *Becbeoldus*, *Theſaur. Juriſprud.* lib. XVIII Axiomatum, Cap. XIV de Teſtamento, §. 33, p. 729; Hancque ſententiam priori meritò præferunt Ill. Dn. *Eubenius* l. c. §. 16 & ſeqq. p. 383, Dn. *Feltz*, l. c. pag. 23 &c. reſpondentes ſimul ad argumenta contradicentium.

(14) Nec obſtat, quod quis per alium facit, quod ipſe hoc cenſeatur feciſſe, & quòd hæc ſit voluntas alicujus ultima, ſi non ſpecifica, quoad omnia in teſtamento poſtea expreſſa, tamen generica, ſive univerſaliter, in quantum gratum habemus illud, quod Procurator noſter egit; quia hæc talia procedunt tantum, ubi tertia perſona, nomine noſtro, intervenire poteſt; non autem in tali negotio, ubi, propter rei gravitatem, & ad evitandas omnes fraudes, & ad majorem voluntatis noſtræ certitudinem, ipſa voluntatis noſtræ, & à nobis in omnibus ſpecifice facta declaratio, requiritur. Vide plures rationes *apud Cothmann. V. 5. reſp. 5. num. Carpz. part. 3. Iprud. for. conſt. 1. definit. 36. num. 3.*

(15) Ita etiam putamus, Principem non poſſe teſtari, qui *impuberis* eſt ætatis; quia ante pubertatem, regulariter, nihil recto & pleno animi judicio agere poſſe, præſumitur. Alii dicunt, ſi Princeps minorennis, ut juribus Majorum gaudere queat, venia ætatis indiget, eamque ab Imperatore obtinere, neceſſe habet, quare nec etiam in teſtamentis condendis Jure communi utetur. Et hinc etiam putant, Principem filium familias, ne quidem Patris permiſſu, poſſe condere teſtamentum. *Eyben. dict. diſp. de teſtam. Principis th. 13.* Nos hic ſummam ſubeſſe rationem diverſitatis putamus; minor enim obtinet veniam ætatis, non ob defectum judicii, ſed ut omnia negotia majorum, cum aliis, tutò & ſecure contrahere poſſit: At impubes non poteſt facere teſtamentum, ob judicii defectum, ut dictum eſt. *Vid. §. 9. l. de inut. ſtipulat.* Hinc etiam exiſtimamus filiumfamilias, permiſſu Patris Principis, dummodo perfecte intelligat, quod agit, teſtamentum condere poſſe; quia hæc prohibitio eſt ex nudo Jure Civili. *Vid. in principio Inſt.* Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.

(16) Item, quia ultima voluntas, ſeu heredis inſtitutio debet eſſe de rebus propriis; ut enim quisquis rei ſuæ legaſſet, ita jus eſto; (*a*) hinc de rebus alienis teſtamento diſponere non poſſunt; (*b*) *L. 7. C.* Qui Teſtam. facere poſſunt. Et ſic Teſtamentum, de rebus fidei-

com-

Digitized by Google

commiſſo familiæ affectis, non valet, niſi fortè ſtatuto permiſſum eſſet, iſtiusmodi fidei commiſſa alienare; item, de Feudis Regalibus, ſecundum Jus Feudale commune; (*c*) Item, de bonis, pacto Familiæ, (de quibus tamen, ſuo loco, limitatio adjicienda erit) aut Juri primogenituræ, ſubjectis; hæc omnia enim non concernunt teſtamentorum ſolennia.

NOTÆ.

(*a*) JUS ESTO &c. Arg. §. 1, J. de *Lege Falcidia*.

(*b*) NON POSSUNT &c. Vid. præced. §. 13, lit. a.

(*c*) COMMUNE &c. Jure Feudali communi diſpiciendum: Num Feudum ſit novum? numve Antiquum? num ex Pacto & providentia? an non? num merè hæreditarium? an non? &c. De *Feudo Novo*, poteſt Vaſallus in Teſtamento diſponere pro lubitu, accedente duntaxat Domini conſenſu. Vid. *Stryck*, *Exam. Juris Feud.* Cap. XIV, Qu. 2. p. 192. De *Antiquo* verò, non niſi conſentientibus Domino, & Agnatis; ob jus, ex Inveſtitura agnatis quæſitum. vid. *Roſenthal*, de *Feudis*, Cap. 7, Concluſ. 4, §. 6; *Reinking*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.* Lib. I, Claſſ. 4, Cap XVII, §. 50 & ſeqq. p. m. 440, *Stryck* l. c. Reſp. 2 & 3; de *Feudo ex pacto & providentia*, itidem non aliter, quam ſalvo ſuccedendi modo, Jure feudali, pactisve Familiæ, definito, utpote quod Jure ſanguinis à primo acquirente in aliquem defertur, non judicio teſtatoris, *Gailius* l. c. § 2, p. 613; *Reinking* l. c. §. 55; *Ringler*, de *Domaniis Germaniæ*, lib. 3, §. 2, apud Dn. *Friſium*, Part. 2 *Corporis Juris Domanialis* p. 204: *Struvius* l. c. Cap 4, §. 12, p. 126; *Stryck* l. c. Cap. 4 Reſp. 48, p. 80; *Ludwel Synopſ. Jur. Feud.* p. 74. *Feudum merè hæreditarium* cum jure allodialium cenſeatur, Vaſallum pro lubitu de eo diſponere, hæredemque inſtituere poſſe, communis doctorum ſententia. Vid. *Ringler* l. c. *Struvius* l. c. Cap. IX, §. 12, p. 343 &c. ibique allegati: Dn. *Stryck* l. c. Cap. 14, Reſp. 4. p. 193. De *hereditario ſecundum quid* autem, non niſi certo reſpectu diſpoſitionem, abſque conſenſu Domini, licitam eſſe, pluribus declarat *Struvius* l. c. §. 2, & 3, p. 344; oſtendens, etiamſi à primo acquirente feudum hoc acquiſitum ſit, tamen in eo non ſuccedi Jure proprio, ſed, perinde ut in allodialibus, hereditario, à defuncto delato; proinde tam filium, quam agnatos, ad allodialia & feudalia eodem vocari Jure, nec in eorum eſſe poteſtate, feudum, ſine allodio, retinere, ſed voluntatem defuncti, ad inſtar aliorum heredum, ſervare teneri, ſive jam (1) ratione feudi, aliquid præſtandum veniat, ſive (2) inæqualem teſtator ſucceſſionem in feudo ordinaverit, ſive (3) uni fortè ex pluribus Feudum prælegaverit, ubique diſpoſitioni ejus ſtandum, licet Domini Directi conſenſus non acceſſerit, modò heredibus ſimul allodium deferatur; excluſo namque herede ab allodio, propter heredes fortè allodiales proximiores, v. g. filias, diſpoſitionem Vaſalli, abſque Domini conſenſu, invalidam judicari. Conf. de hac materia *Hartm. Piſtoris*, Lib. 2 Quæſt. 13 & 14; *Gailius*, cit. Lib. 2, Obſervat. 154 tot. *Schraderus* de *Feudis*, Part. VII, cap. 2, tot. p. 163 &c. *Vulteius*, de *Feudis*, Lib. I, Cap. IX, §. 154 & ſeqq. p. 414 &c. *Rudingerus*, Lib. I *Controverſiarum Juris Feudal.* Cap 30, tot. p. 89 &c. & in *Methodo Juris Feudalis*, Lib. I, Cap. 23, pag. 279 &c.

(17) Quatenus tamen Pacta, Leges & Statuta (*a*) ejuſmodi non obſtant, Principes ac Comites, de rebus ſuis patrimonialibus, ſeu merè allodialibus (*b*) etiam Territoriis, ipſisque Principatibus, Comitatibus, Baroniis, teſtari poſſunt; (*c*) Licet enim Territoria ſint feudalia, tamen in Germania teſtamentariæ diſpoſitiones obſervantur, iiſque certæ liberis portiones aſſignantur, & alia multa conſtituuntur. *Vid. exempla apud Reinking, lib. I, Claſſ. 4, c. 17. §. 60 &c.* Sic teſtamento Principes liberis ſuis tutores (*d*) dare poſſunt, &, ſecundum quoſdam, Principum conditio melior eſt, quam Electorum, qui teſtamento Tutorem dare non poſſunt; (*e*) de quo tamen ſupra nobis placuit contrarium.

NOTÆ.

(*a*) STATUTA &c. Adde Conſuetudines.

(*b*) ALLODIALIBUS &c. De *Jure allodiali Principum Imperii*, Diſſertationem inauguralem habuit Dn. *Joh. Henricus Alexandri*, Præſide Illuſtri *Stryckio*, Halæ, 1697. 31 Mart. Agitur de *Allodiis*, 2 F. LIV; variè ſcribitur hæc vox, modò *Alodis*, modò *Alodus*, nunc *Alodium*, nunc *Allodium*, modò *Alaudum*, modò *Alaudis* &c. Tit. 62, *Legis Salicæ*,

Salica, inſcriptus eſt, de *Alode*; apud *Baluzium* Tom. I *Capitular. Francor.* p. 321, & *Lindebrogium* in *Codice Legum Antiquar.* p. 341. In *Lege Bajuvariorum*, Tit. 2, Cap. I, §. 3, apud *Baluzium* l. c. p. 101, & *Lindebrogium* l. c. p. 404; habetur: *ut nullus Bajuvarius alodem, aut vitam, ſine capitali crimine, perdat &c.* Conf. ejuſdem Legis, Tit. XI, Cap. V; necnon Tit. XVII, Cap. 2; Add. Tit. LVI *Legis Ripuariorum*, de *Alodibus*, apud *Baluzium* l. c. pag. 40; & *Lindenbrogium* l. c. pag. 460; ut & Tit. VI *Legis Angliorum & Werinorum*, de *Alodibus*, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 483; pariter ac *Formulas Marculſi*, lib. 2, Cap. 4, 6, 9, & 12, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 405, 407, 410 & 412; &, in *Appendice Marculſi*, Formul. 47, ibid. p. 461; & *Formularum Sirmondicarum*, Cap. 14, ibid. p. 476, & Cap. 38, p. 490; & Lib. 3 *Capitularium*, Cap. 81, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 769; paſſimque alibi, ubi ſemper *Alode* ſcribitur, & quidem ſumpto vocabulo, pro *hereditate*, quatenus *Comparato*, ſive *rei emta*, opponitur. Conf. *Hieronymus Bignonius*, in Notis ad *Marculſum* apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 895; *Alodum* occurrit in Capitulari *Vernenſi* Regis, *Carolomanni*, Cap. VI, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 287 &c. ut & in Tabulario *Vindocinenſi*, ad an. 1078, §. 333, referente *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Alodium*, p. m. 145. *Allodium*, Lib. 2 *Legis Longobard.* Tit. 8, Leg. 9, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 595; & L. 10, apud *Goldaſtum*, de *Conſuetudinibus Imperialib.* p. 51; verb. *Si prædium, id eſt, Allodium, habuerit &c.* *Alodium*, in dicto Tabulario *Vindocinenſi* l. c. §. 315; *Du Freſne* l. c. *Alodus*, in charta apud *Jean Besly, dans l'Hiſtoire des Comtes de Poitou*, p. 239. *Alaudum*, apud *Etienne Perard, en ſon Recueil pour l'Hiſtoire de Bourgogne*, p. 25, 26, 27, 33. *Alaudis*, in Appendice Actorum veterum, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, §. 120, p. 1515; Plura ſuppeditat *Du Freſne* l. c. voc. *Alodis* & *Alodium*, p. 143 &c. Sæpè quondam denotaſſe *Alodium*, fundum liberum, nullius juri obnoxium, docet *Sirmondus*, in Notis ad *Goffridum Vindocinenſem*, p. 5, &, ex eo *Baluzius*, in Notis ad lib. 3 *Capitularium*, Cap. 20, l. c. Tom. 2, p. 1183, voc. *Alodem*: add. *Du Freſne* l. c. voc. *Alodium*, p. 145; *Johannes Rudingerus*, in *Lexico Juris Feudalis*, voc. *Alodium*, p. m. 9, ait: *Alodium vulgò nominant, quod ab omni clientela liberum ac ſolutum eſt, vel, cujus cauſa poſſeſſor nemini fidem ac obſequium debet, Ein frey Erb-Gut &c.* nec aliter *Du Freſne* l. c. p. 144, ex *Guilelmi Briti* Vocabulario MS. *dicitur Allodium, hæreditas, quam vendere & donare poſſum, ita (ut) eſt mea propria &c.* idem habet *Lindenbrogius* l. c. in Gloſſario, voc. *Alode*, p. m. 1351; deſumta forſan ex *Ugitii* Gloſſario, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alamannicar.* Part. I. in Notis ad Cap. XIV *Caſuum Cunradi Fabarienſis*, p. 137, ubi: *Ugitio Allodium dicitur hereditas, quam vendere, vel donare, poſſum, ut mea propria.* Communiter ergo opponitur Feudo; vid 1 F. 17, c. 1, in fin. & 2 F. 26, c. 1, §. 1. *Borchelt*, in Comment. de *Feudis*, p. 66. §. 13. Unde vocabulum hoc deſcendat, certo definiri nequit. *B. Rhenanus*, lib. 2 *Rer. German.* pag. 90, inquit: *Nobiles beneficiis Regiis ornabantur, & allodiis: Hæc proprii juris erant, fortaſſe, Germanico vocabulo, ſic dicta, quod Familiæ velut coagmentata ſint & conjuncta, hoc eſt, inſeparabilia à Familia, ein Anlod &c.* Cujus etiam ſententiæ eſſe videtur *Lehmannus*, lib. 2 *Chronici Spirenſis*, Cap. XIX, p. 91, Vaſallorum Dominicorum memor, ſcribens: *Wann Sie dann des Hofdienſtes erlaſſen, haben Sie ſich in Stätt, Flecken, oder aufs Landt, in Ihr Erb, und Adeliche Stamm-Hæf, die man Allodia, Anlodt, genennet, zu wohnen begeben, denſelben, und Ihren Lehen-Gütern, und dem Feld-Bau, abgewartet &c.* *Hieronymus Bignonius* l. c. derivandam arbitratur vocem hanc, à vocabulo *Alt*, id eſt, *vetus*, quæ notatio ad hereditatem paternam proximè accedit; cum quo convenit *Gerhardus Johannes Voſſius*, de *Vitiis ſermonis & Gloſſematis Latino-Barbaris*, lib. 2, Cap. 2, p. 177, voc. *Allodium*, exiſtimando, *alodium vocari ab Alout*, idiomate Belgico, quaſi quod jam antiquis temporibus poſſeſſum ſit, tanquam proprium, nec tanquam beneficium, cujus intuitu ſervitia, præſtanda; hinc fortè Dn. *Schilterus*, in Commentario *ad Jus Feudale Alamannicum*, Cap. 64, §. 7, p. 330: *Ratio Juris noſtri ea fuit, quod, moribus Germanorum Celtarumque, bona avita immobilia, ſive Alode, ſive hereditates, Francis, Terra Salica; Alemannis, Adelerbe, Adelod, unde Allode natum, Familiæ conſervandæ gratia, habita ac deſtinata fuerint, ſecus ac bona acquæſtu comparata, etiam immobilia &c.* Minus rectè *Oldenderpius*, in Tab. *Actionum*, verb. *Feudum*, *alodii* appellationem arceſſit *à laudando*, quæ vox, priſcâ linguâ, *nominare* ſignificat, ita ut *alaudalia bona* ſint bona hereditaria propria, quorum auctorem non ſit neceſſe nominare, cum poſſeſſor plenum eorum jus habeat; idem ſentire videntur *Borcholt*, de *Feudis*, Cap. 2, §. 13; & *Rudingerus* l. c. pag. 9 & 10; necnon, obſervante *Vultejo* de *Feudis*, lib. I, Cap. 12, §. 11, p. 766, *Guilielmus Budæus*. *Cujacio*, in Præfat. *Commentar. Feud.* ut & Lib. 2, Tit. 2, dicitur *Allodium*, quaſi *ſine lode*, eo quod ejus poſſeſſor, hoc titulo nullius ſit *Leodes*, ſeu *Leudes*, ſive *homo*, i. e. *vaſallus*. *Franciſcus Hotomannus*, in Commentatione Tripartita de Feudis, Part. 3, de *Verbis Feudalibus*, voc. *Alode*

Digitized by Google

p. m. 631, de etymologia hac, ſic ſcribit: *Veriſimile videtur, primam verbi originem ex eo manaſſe, quod Nationis bello ſubactæ prædia bipartitò dividerentur; & melior pars Militibus fruenda, in beneficii loco, attribueretur: altera pars plebejis, ac reliquæ multitudini: quod etiam nunc Germani dicunt Als Leud, quaſi quis dicat univerſæ plebi &c.* Mihi arridet, quod de eadem apud *Joh. Loccenium*, in *Explicatione peregrinarum dictionum Juris*, voc. *Allodium*, legimus: *Allodium, eſt vox Gotho-Saxonica, ab All, omni, & Odhe, vel Oehde, poſſeſſione; quia eſt omnimoda proprietas, vel poſſeſſio alicujus propria. Certum enim eſt, Odhe, vel Oede, proprietatem Veteribus Gothis, & Saxonibus, ſignaſſe &c.* Eodem inclinant: *Petrus Friderus*, de *Mandatis*, lib. 2, Cap. 42, §. 14, p. 237; *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. 2, Aphoriſ. XI, p. 2, p. 78 & 79; *Stryckius, Exam. Jur. Feud.* Cap. 2, Quæſt. 6, p. 26; Dn. *Alexandri* l. c. Cap. 1, §. 20, p. 5. De aliis derivationibus, evolvas *Limnæum*, ad *Capitulationem Ferdinandi III*, Art. 28, verb. *Allodial-Güter*, p. 713 & ſeqq.

(c) TESTARI POSSUNT &c. Statibus Imperii liberam diſponendi facultatem competere de omni allodio ſuo, proinde de Principatibus etiam, Comitatibus, aliiſve dominiis, quos, vel quæ, *allodiali jure* poſſident, vel inde patet, quod Principi, aut Comiti Imperii, nullatenus denegandum ſit, quod cuivis privatorum permiſſum. Vid. *Reinking*, de *Regimine ſeculari & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 4, Cap. XVII, §. 77, p. 443, *Wurmſer, Jur. Publ.* Exercit. 2, §. 17, p. 87 &c. *Grotius*, de *Jure Belli & Pacis*, lib. 1, Cap. 3, §. XII, p. m. 60 &c. *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 4, Cap. 8, §. 132 & 133, juncto §. 156, p. 193 & 201; Ill. *Eybenius*, cit. diſſ. de *Teſtamento Principis vel Comitis Imperii* §. XV, p. m. 285; Ill. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 32, §. 2, p. 493; & Tit. 36, §. 1, p. 502. Dn. *Alexandri*, cit. diſſ. de *Jure allodiali Principum Imperii*, Cap. V, §. 44, p. 81. Nec opus eſt, ut conſenſum Imperatoris, Agnatorum, ſtatuumve Provincialium, teſtator ad hoc requirat; niſi in Quæſtione conſilii, ubi Teſtamento ejuſmodi major omnino validitas accedere creditur, ſi ab Imperatore confirmetur; inſtitutuſque hæres ſecurius poſſeſſionem rerum teſtamento ſibi relictarum ſic arripere poteſt; adde caſum, ubi ſermo de diſpoſitione teſtamentaria, in favorem extranei cujuſdam Principis, qui Imperatori & Imperio, nulla Vaſallagii, ſubjectioniſve, lege devinctus eſt; tunc enim Imperatoris & Imperii conſenſum neceſſitatis eſſe, ob periculum, quod hac ratione Imperio facilè obduci queat, firmiter teneo; ſed & diſpoſitiones excipiendæ, in fraudem conventionum publicarum, pactorumve Familiæ, confectæ, v. g. quando *Robertus Senior, Robertus* Junior, & *Robertus* præjunior, Elector & Comites Palatini Rheni, literis ſuis, An. 1378, fatentur, ſe pactos eſſe unanimiter, pro ſe, & heredibus ſuis, & conveniſſe, de Statuto in perpetuum obſervando, *Quod Caſtrum Staleck, & Bacharac, Vallis Stege, Stalberg, Kaub, arces Pfaltzgraffenſtein & Fürſtenberg, valles Diepach & Manepach, Saurbourg, Alzey, Caſtrum & Civitas: Urbes: Neuſtatt, Wolffsberg, Manheim, Weinheim, Caſtrum & Civitas; Lindenfels, Caſtrum, Burgum, & Civitas; Caſtrum utrumque ſupra Heidelberg, cum Civitate; Dilsberg, Caſtrum & Civitas; Urbes: Amberg, Waldec, Kemnat, Helfſenberg, Hauensbourg, Murach, Caſtrum; Naburg & Rieden, cum omnibus ſuis pertinentiis, apud ipſorum hæredes, Comites Palatinos, manere debeant, nec unquam liceat ea, conjunctim vel ſeparatim, vendere, oppignorare, hypothecæ loco dare, permutare, alienare, ſive, per diſpoſitionem pro anima, ſive titulo vidui, dotalitii, pro filiabus, aut uxoribus, vel quovis alio modo.* Vid. *Continuatio Actorum Compromiſſi Francofurtenſis, in Cauſa Sereniſſ. Duciſſæ Aurelianenſis, contra Sereniſſ. Electorem Palatinum*, An. 1700, p. m. 28; add. Conſtitutio *Ruperti II*, El. Palat. ſub dato *Heidelberg, auf S. Margreten-Tag*, An. 1395, apud Dn. *Tolnerum, Cod. Dipl. Palat.* §. 188, p. 134 &c. Statuum Provincialium conſenſum priori caſu adhuc minus implorandum, ultrò ſequitur; niſi pactis proviſum ſit, ne alienentur inviti. Conſ. Dn. *Alexandri* l. c. §. 15 & ſeqq. p. 75 ad 78. Quod ſi verò Principatus, vel Comitatus, non *allodialis*, ſed *feudalis* reperiatur, abſque Imperatoris & Agnatorum beneplacito, *regulariter*, de eis diſponi nequit, arg. 1 F. 8, princ. verb. *Nulla ordinatione defuncti in Feudo manente, vel valente*: conf. præced. §. 16, lit. e, ubi limitationes quædam. Nec huc trahendum, cum quis ex privilegio, vel conſuetudine, facultate gaudeat pro lubitu de Feudis diſponendi; ceu de Electore Brandenburgico, præced. Tit. XII, §. 45, lit. e, v. 2, aſſertum.

De Quæſtione: *Num Pater in Feudo Regali, diviſioni obnoxio, filiis inæquales partes aſſignare poſſit?* evolvas *Rumelinum*, in A. B. Part. 3, Diſſ. V, §. 7. ibique *Mylerum* in Additionibus, p. 846, negativè reſpondentes; contrarium tamen rectius ſtatuente *Reinkingio* l. c. §. 60, p. 441, verb. *Notandum, quod in omnibus ferè Principum Germaniæ familiis, teſtamentariæ diſpoſitiones frequententur, in quibus, vel æquis, vel inæqualibus portionibus, filii inſtituuntur*, &c. §. 63, p. 442: *Ejuſmodi Principum teſtamenta inter liberos, etiamſi portiones inæquales fuerint aſſignatæ, propter reverentiam erga Parentes, vel etiam juris jurandi religionem, qua plerumque roborari ſolent,*

Digitized by Google

ſolent, non memini facilè impugnata, quamvis à Feudorum natura in iis quantiſper fuerit receſſum, &c. Quæ ſequentia amplius manifeſtabunt; unde ſimul apparebit, ab antiquiſſimis temporibus, integrum fuiſſe Germaniæ Proceribus, non ſolum ultimarum voluntatum ſuarum tabulas condere, ſed & pro lubitu de rebus ſuis inter liberos diſponere; conf. ſeq. §. 33. Faciunt, hoc titulo, Teſtamenta & diſpoſitiones, v. g. *Balduini, Flandriæ* Comitis, cujus *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, Sec. XI clarus, ad *An. 1071*, apud *Piſtorium*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 182, ſic meminit: *In Comitatu Balduini, ejuſque familia, id multis jam ſeculis ſervabatur, quaſi ſancitum Lege perpetua: Ut unus Filiorum, qui Patri potiſſimum placuiſſet, nomen Patris acciperet, & totius Flandriæ Principatum ſolus, hæreditaria ſucceſſione, obtineret; cæteri verò Fratres, aut huic ſubditi, dictoque obtemperantes, ingloriam vitam ducerent: aut, peregrè profecti, magis propriis rebus geſtis florere contenderent, quam, deſidia ac ſocordia dediti, egeſtatem ſuam, vana Majorum opinione, conſolarentur. Hoc ſcil. fiebat, ne, in plures diviſâ Provinciâ, claritas illius Familiæ, per inopiam rei familiaris, obſoleret. Igitur cum Balduinus Senior duos genuiſſet Filios, Balduinum & Robertum, Balduinum, omnium quæ habebat, hæredem &c.* Eundem locum obſervaſſe deprehendo *Conringium*, ad *Lampadium* de *Republ.* Part. 3, Cap. V, §. 28, p. 196.

An. 1244, Menſ. Martio, *Johanna, Flandriæ & Hanoniæ* Comitiſſæ, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. XII, p. 16, præfixa Codicillari clauſula: *Volo, quod valeat ut Teſtamentum: quod ſi non poteſt, valeat ut Codicillum, vel ſicut extrema diſpoſitio decedentis.*

An. 1246, intra Octavam Nativitatis Domini, *Henrici*, Comitis *Saynenſis*, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Secular.* Part. 2, 43 *Abſatz*, Tit. *Sayn-Wittgen-und Hohenſtein*, §. 2, p. 981;

An. 1333. Vryedachs Unſer Vrouwen Toch, de mee Zeit Aſſumtio, Theodori, Cliviæ Comitis, de ſucceſſione filiarum ſuarum; *Reinoldo, Geldriæ* Comite, Executore conſtituto, apud Dn. *Juſtum Chriſtophorum Dithmarum*, in Codice Diplomatico, *Werneri Teſchenmacheri ab Elverfeldt Annalibus Cliviæ, Juliæ & Montium*, annexo, §. 47, p. 36.

An. 1395. ſub dato *Heydelberg, auf S. Margreten-Tag, Ruperti II*, Electoris *Palatini*, apud Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 188, p. 134 &c. Quæ Conſtitutio inſtar normæ conſideratur, futuræ ſucceſſionis, in Palatinatu & Bavaria obſervandæ.

An. 1410, Ruperti Imperatoris, qua *Comitis Palatini Rheni*, vigore cujus, *Rabanus*, Epiſcopus Spirenſis, *Johannes de Hirshorn, Johannes, Camerarius de Dahlburg, Hermannus de Bodenſtein, Franciſcus Wolbrecht à Sickingen, Ruprechtus ab Helmſtadt, & Tham Knebel*, tanquam ad hoc denominati, diviſionem Terrarum, ex æquo & bono, obſervatis duntaxat Familiæ Pactis conventis, inter Liberos Ejus, nominatim: *Ludovicum* Electorem, cogn. Barbatum, *Johannem*, Palatinatus Superioris Dominum, *Stephanum*, Simmerenſem & Bipontinum, atque *Ottonem*, Mosbacenſem, inſtituerunt, vid. *Primitiæ Actorum Compromiſſi Francofurtenſis*, in citata Cauſa Aurelianenſi, §. VI documentorum, p. 71; Conf. præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a, p. 660.

An. 1430, 6 Dec. *Amadei VIII*, primi *Sabaudiæ* Ducis, apud Dn. *Lunigium* Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, *zweyte Fortſetzung, 4 Abtheilung, XII Abſatz*, §. 22, p. 39 &c. quo Univerſalem hæredem nominavit filium primogenitum *Ludovicum*; conſtituens inter alia, (ut ipſius teſtamenti nuncupativi, in domo Decanali Monaſterii Ripalliæ, in propria Teſtatoris Camera, præſentibus ad id ſpecialiter vocatis rogatiſque teſtibus: *Ogerio*, Epiſcopo Maurianenſi; *Petro Mutonis*, Monaſterii Ripalliæ Priore; *Ludovico Pariſeti*, Decano Anneſſiaci; *Claudio Revelli*, Priore Heremitarum B. Auguſtini Thononii; *Claudio* de *Saxo*; *Amadeo Charenſonis, Lamberto Oddinetti*, ac *Ludovico* de *Chevelluto*, Ordinis Militaris S. Mauricii Ripalliæ, Militibus, publicati, §. *Cæterum animadvertens*, pag. 40, verbis utar,) *Dominus Teſtator Dn. Humberto, Ejus fratri Baſtardo --- vult, jubet, &, in vim Legati, ordinat, Caſtra, Villam, Caſtellaniam, Mandamentum & Reſſortum Rotondi Montis, in Patria* (Baronia) *Vaudi ſituata, cum ſuis ſolitis pertinentiis univerſis, extolli & erigi in Comitatum dignitatemque Comitialem, & erecta cum ipſorum hominibus, homagiis, feudis, retrofeudis, nobilibus & ignobilibus, mero & mixto Imperio, Juriſdictione omnimoda, alta, media & baſſa, cæteriſque pertinentiis & appendiciis univerſis, in augmentum feudi nobilis & ligii, ---- pro ſe, ſuiſque liberis maſculis, naturalibus & legitimis, ex ſuo proprio corpore, & legitimo matrimonio, procreatis, & ab eis naturaliter & legitimè, per lineam maſculinam deſcendentibus, tradi & expediri, per Ejus hæredem univerſalem infra ſcriptum, quam citò ad hæreditatem ſuam admittetur, niſi tamen Ipſe Dominus Teſtator hoc antea fecerit, adimpleverit, nihil in illis ulterius retinendo, præterquam jus Feudi, fidelitatis, homagii, directi Feudi Dominii, Superioritatiſque & Reſſorti, cum illorum præminentiis, & juribus univerſis indifferenter, prout idem Dn. Teſtator illas percipere & exer-*

Digitized by Google

cere tonſuevit, ſuper cæteris Baronibus & Banneretis Baronia Vaudi &c. & §. Item Illuſtriſſimum, p. 42 & ſeq. Illuſtriſſimum Dn. Philippum de Sabaudia, ipſius Dn. Teſtatoris filium naturalem & legitimum, hæredem ſibi inſtituit idem Dn. Teſtator, videlicet, in dignitate & toto Dominio Comitatus Gebennenſis, ſcil. in omnibus & ſingulis Juribus ipſius Comitatus, eidem Dn. Teſtatori pertinentibus, (exceptis reſervatis & omninò retentis --- Caſtris, Villis, Territoriis & Mandamentis Rumilliaci, in Albaneſio; Balleyſonis, Trochiarum, Gaillardi & Terniaci, cum Pedagiis Pontis Arvæ, Gebennarum & Variaci --- nec non homagiis, fidelitatibus, feudis, mero & mixto Imperio, omnimoda Juriſdictione, Superioritatibus & Reſſortis Dominorum & Dominiorum, Caſtrorum, Locorum & Mandamentorum Aulæ Novæ, & Altæ Villæ &c. & §. Item ultra l. c. Præfato Illuſtri Dn. Philippo, filio ſuo, jure inſtitutionis, relinquit idem Dn. Teſtator, totam Baroniam & Terram Faucigniaci, incluſo Caſtro, loco, territorio & Mandamento Bellifortis ---- (excluſis, retentis & reſervatis --- Caſtro, Villa, Territorio & Mandamento Hermenciæ &c.) paucisque interjectis: Idem Dn. Teſtator, prædicto Jure hæreditariæ inſtitutionis, relinquit dicto Dn. Illuſtri Philippo, filio ſuo, Caſtra, Villas, Territoria & Mandamenta de Fabricis, Greyſiaci in Gebenneſio, Seſſeus, Veteris & Novi Arlodi, turrisque Comitalis de Chaſte, & de Monthous, ac etiam de Vgina &c. & pag. 43: Item --- Caſtrum, Villam & Mandamentum de Gordanis, in Valle bona ---- Relinquit autem præfatus Dn. noſter Dux Teſtator, prædicto Illuſtri Dn. Philippo, Filio ſuo & hæredi particulari, prædictos Comitatum, Baroniam, Caſtra, Villas, Loca, Territoria & Mandamenta --- cum omnibus & ſingulis Hominibus, homagiis, Feudis, nobilibus & ignobilibus, mero mixtoque Imperio, omnimoda Juriſdictione, Superioritatibus, Reſſortis, directis & utilibus Dominiis, reachetis rehabendisque facultatibus, talliis, cenſibus, ſervitiis & tributis, perſonalibus & realibus, decimis, prædiis, venationibus, piſcariis, aquarum decurſibus, pedagiis, pontanagiis, foris, nundinis, leydis, juribus Patronatus Eccleſiaſticorum Beneficiorum, cæterisque Dominiis, præeminentiis, prærogativis, exitibus, emolumentis, juribus & pertinentiis univerſis ----- quibus b. m. Domini Comites Gebennenſes utebantur, & uſi ſunt &c. pag. 49: Executores hujusmodi ſui nuncupativi Teſtamenti facit & conſtituit idem Dn. Teſtator, Reverendos in Chriſto Patres, Dnn. ArchiEpiſcopum Tharentaſienſem, & Epiſcopos Gebennenſem & Lauſanenſem &c. In fine habetur clauſula: Hanc ultimam ſuam voluntatem, ſuumque nuncupativum Teſtamentum, eſſe voluit & vult idem Dn. Teſtator; ut expreſſe, quam & quod vult valere jure teſtamenti nuncupativi, &, ſi non valet, vel valebit, jure teſtamenti nuncupativi, voluit valere jure Codicillorum, aut alterius cujuscunque ultimæ voluntatis, omnique vult jure & modo, quo & quibus melius valere poterit & debebit, ſecundum utriusque Juris diſpoſitionem &c.

An. 1440, Friderici, Electoris Brandenburgici; Vid. præced. Tit. XI, §. 2, lit. h.

An. 1458, am Montag vor Unſers Herrn Uffarts Tag, Michaelis, Dynaſtæ Schwartzenbergii, qui filiis ſecundi matrimonii, Wolfgango & Michaëli, legavit: Die Burg zu Eyßleben, mit aller Herrlichkeit, Nützung, Zu- und Eingehörungen; beneben 3000 Gülden an und auf dem Dorff Geltersheim, biß daſſelbe Dorff, umb die genante 3000 Gülden, Rheiniſcher Werunge, von Michaeln, ſeinem älteſten Sohn, oder ſeinen Erben, wieder eingelöſet: It. 6 Malter Gült, von und auf dem Gute zu Hergolzhauſen; ein Zehentlein zu Breybersdorff, und ein Burg-Guth im Vorhoff zu Werneck; It. ſeinen Hoff zu Würtzburg, der Boßigel genant, mit allem ſeinem Begriff, Zu-und Eingehörung &c. reliquis omnibus dicto Michaëli, filio prioris matrimonii, relictis. Vid. Dn. Lunigius l. c. XXVI Abſatz, §. 14, p. 46 &c.

An. 1473, Arnoldi, Geldriæ Ducis, qui, exheredem declarando filium, Adolfum, à quo prius in vinculis tenebatur, Carolo Burgundo Ducatum reliquit, teſte Philippo Cominæo, lib. V Commentar. p. m. 334, verb. Dum filius (Adolphus, apud Namurcum, à Burgundis captus) eſt in carcere, Pater (Arnoldus) è vita diſceſſit, & moriens Carolum, (Burgundiæ Ducem) inſtituit hæredem, propter ingratitudinem filii &c. Conf. Reinkingius l. c. lib. I, Claſſ. 4, Cap. XVII, §. 59, p. m. 441. Ducatum hunc, pro trecentis florenorum millibus, Carolo fuiſſe venditum, an. 1472, Auctor eſt Teſchenmacherus l. c. Part. 2, Sect. 3, p. m. 525.

An. 1477, ſub dato, Am Dage Mattias, 25 Febr. upp Unſer Cancellarie to Tzelle &c. Friderici Religioſi, Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis, præſentibus Johanne Hovemeſter, Henrico de Dannenberge, Clerico, Ottone Haverber, Laico, & Timone Sperlingio, publico Imperiali Notario, ſolenne inſtrumentum deſuper conficiente; apud Dn. Lunigium l. c. Part. ſpec. Contin. 2, 4to Abtheilung, 4 Abſatz, §. XII, p. 2623 notanda inde verba: Unſern leſten Willen, in der beſten Formen Teſtaments-Wiſe, alze dat in deme Rechten veſt unde vaſteſt mach Beſtend-

Digitized by Google

Beſtendlikeſt ſyn, geſettet und gemaket; maken unde ſetten Unſe Teſtament, und leſten Willen, jegenwardigen, unwedder, Zopliken, in-und mit Macht duſſes Breves, in duſſer nahgeſcreven Wiſe. In nigro, hæredem inſtituit *Henricum* Juniorem, ex filio, *Ottone Magnanimo*, jam an. 1471 defuncto, nepotem, addita lege, ut non niſi anno ætatis decimo octavo Regimen adiret, junctaque clauſula: *Vünde ſick ock, dat Wy vor demſulven Unſes Sones Son, ehr he to ſodanem vorgeſcreven namliken achteyn Jar gekomen were, van Dodeſs wegen affgingen, ſo geven und ſetten Wy Ome, denn alſſe nu, und nu alſſe denn, to rechten waren Vormundern, Unſſe getrüwen Rede Unſſes Landes Lüneborg, alle Geiſtlick und Wertlick, und den Rad do Luneborch, und anders nemende &c.*

An. 1488, Ludovici, Comitis *Iſenburgici*, apud Dn. *Lunigium* l. c. VI *Abtheilung*, XXIX *Abſatz*, §. 2 Supplement. p. 606. In quo, pro portione ſua dicti Comitatus, *Philippo*, filiorum Seniori, aſſignantur: *Budingen, Wenings, Spielberg, Brocht, Birſtein, Wolſerborn, Büdingen, Grindawer, Selbolder, Eckertshaüſſer, mit der Gerechtigkeit am Düdelsheimber Land-Gericht, ſampt der Gerechtigkeit an Staden, die Ronneburg, Lanegendiebach, und Reinfelshuſſen, mit ihrer aller, und ihr jegliches, Zu-und Ingehörunge, wie auch alle Mann-Lehen, Geldt, oder ander &c. Dietherro*, ejus fratri: *Die Graffſchafft, Herrlichkeit, Gerechtigkoie, Rens, Geſelle und Unſel, an den Staten, Schloſſen, Land und Leusen: Wilwel, Petterwil, Aſſenheimb, Cleebergck, Vilmar, mit aller und jeglicher Zu-und Ingehörung, wie er* (teſtator) *die gehabt; Zwölff Hundert Gül len, Franckfurther Werung; Dauſend Achtel Habern, Fünffhundert Achtel Korn, Zehen Fuder Wein &c.* & *Johanni*, tertio fratrum: *Die Gerechtigkeit, Herrlichkeit, Rent und Gefalle, mit Landen, Leuthen, und mit aller Zugehördte, nichts außgeſcheiden, an dem Hain in der Drey Eich, Offenbach, Müntzenburg, auch die Mannſchaffs mit ihrem Anhang, weltlich und geiſtlich Lehen zu geben, und zu leyhen, ſo dick dis noth, und ſich gebührt, und, an baarem Geld und Proſiant, wie Dietherro &c.*

An. 1496, Georgii Divitis, Bojorum Ducis. Quamvis teſtamentum hoc, à *Maximiliano* Imp. eo quod majorem Bavariæ partem teſtator Genero ſuo, *Ruperto* Palatino, *Philippi* Electoris filio, in fraudem *Alberti* & *Wolfgangi*, ex agnatis proximorum, contra Leges Imperii, Feudorum maſculinorum jura, imò contra Mandata inhibitoria, & pacta cum ipſomet ſolenniter conventa, legaſſet, anno 1504, 20 April. in Curia Auguſtana, irritum fuerit declaratum, ſententiæ formulam exhibente Dn. *Lunigio* l. c. Part. ſpec. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 1 *Abſatz*. §. 36, pag. 58:

tur, præcipuæ ſunt, quod (1) in præſentiarum Feuda poſſideant, jure hereditario ad Liberos devolvenda, quæ olim Vaſalli morte finiebantur, arg. I. F. 1, §. 1; ut adeo Vaſallo non licuerit Feudi Domino tutorem obtrudere; etiamſi, allodialium bonorum reſpectu, commune Jus Romanum, (vigore cujus, integrum Parentibus erat, Teſtamento liberis tutorem dare, arg. §. 3. Inſtit. de *Tutelis*; & princip. Inſtit. de *Legitima agnatorum tutela*; L. 11 ff. de *Teſtamentaria tutela*; L. 6. ff. de *Legitimis Tutoribus &c.*) & tunc fuerit obſervatum; (2) nulla reperiatur lex prohibitoria, niſi quatenus, circa Electores, Aurea Bulla ſingulare quid contineat, de quo præced. Tit. XI, §. 4 & 5, dictum. Legi hic merentur *Dionyſius Gothofredus*, de *Tutelis Electoralibus Teſtamentariis, legitimas excludentibus*, 1611; *Joh. Leonhardus à Pühel*, Tr. *de Tutelis Electorum, Principum, aliorumque S. R. J. Statuum*: Jenæ, 1669; *Joh. Philip. Ringler*, Specim. Jur. Publ. *de Tutelis Illuſtrium*; *Marquardus Ludov. de Printzen*, Diſſ. de *Tutelis Illuſtrium*, Præſide Ill. *Henrico Cocceio*, 6 Maji, 1693, *Francofurti* habita; *Joh. Frider. Fleiſchman*, Diſſ. Inaug. *de Tutela dativa Pupillorum Illuſtrium*, 27 Nov. 1713, Argentorati ventilata. Exempla ubique obvia, conſ. præced. Tit. XI, §. 4, lit. a, v. 10 & 11, nec non, allegatæ præced. lit. c, diſpoſitiones teſtamentariæ, ad Ann. 1477. 1573, 1582, 1593, 1624, 1632, 1668, 1681, 1702; add. ſeq. §. 20 & 21. *Num Tutor verò ſemper ejuſdem Religionis cum Pupillo eſſe debeat?* quæſitum fuit, poſt obitum *Georgii Reinhardi*, Com. *Ortenburgici*, ſurgente deſuper lite, inter defuncti Fratrem, *Chriſtianum*, ejuſque viduam, *Eſtherem Dorotheam* Com. *Criechingenſem*, occaſione tutelæ filii *Georgii Philippi*, Re ad Judicium Aulicum delatâ, pronunciatum fuit pro Comite *Chriſtiano*, Romanæ Religioni addicto, Matre pupilli querelas duntaxat Corpori Evangelico in Comitiis ea propter exponente. Mittebantur quidem, in ejus favorem, Interceſſionales à Proteſtantibus ad Cæſarem, ſub dato *Regenſpurg*, 1667, 14 Nov. ubi, inter alia: *Umb ſo viel mehr iſt, nicht ohne Befrembdung, zu vernehmen, daſs erwehnter Herr Graf Chriſtian, da Er, allen Umbſtänden nach, die Vormundſchafft des jungen Grafen auf ſich zu bringen bedacht iſt, genugſam und zum Voraus zu erkennen giebt, wie derſelbe, von der, in gleichem Rechte mit der Catholiſchen, im Reich ſtehenden Religion Augſpurgiſcher Confeſſion, ab, und zu der Catholiſchen anzuhalten, unerachtet er ſeines, des Herrn Vettern eigenem Anziehen gemäſs, mit des Herrn Vattern Wiſſen, und darunter gehabten freyen Willen, ohne einige wiedrige Verordnung, weder bey Lebzeiten, noch auf's Todes-Fall, darinnen erzogen worden, ſich auch nunmehro, nach Zunehmen der Jahre, und beſſer gelegten* Fundamenten, *zu ſolcher Chriſtlicher Glaubens-Bekäntniſs, offentlich, wie unlaugbahr, bekennet &c.* (vid. *Fritſchii Elect. Jur. Publ.* Cap. IX;) aſt nihil obtinuit, excepto quod, ſub ipſius directorio, in Religione Evangelica filius porrò fuerit educatus. Conf. Dn. *Imhoff Notit. Procer. Imperii*, lib. VI, Cap. XI, §. 9, p. 315; *Herſchendes Europa*, de An. 1696, p. 202. Neſcio autem an nuda Religionis diverſitas validus ſit titulus repellendi aliquem à tutela jure ſibi debita; niſi circumſtantiæ aliæ occurrant, ejuſmodi excluſionem ſecum trahentes, poſtquam ſemel cautum, Religiones, in Imperio ſolenniter receptas, nemini damnoſas eſſe debere.

(e) NON POSSUNT &c. Vid. præced. Tit. VIII, §. 18, lit. a, p. 659; & Tit. XI, §. 4 p. 773 &c. & §. 5, p. 783 &c.

(18) Alii & hic Principum & Electorum conditionem ita eſſe æqualem exiſtimant, ut ne quidem Principes in teſtamento ſuo tutorem dare poſſint; quorum tamen opinio omnino non eſt admittenda; & neque convenit cum verbis A. B. neque cum mente, eò quod Electoratus indiviſos conſervare voluit, & de aliis Principatibus non cogitavit; neque cum ipſa obſervantia quotidiana. *Vide Myler. de Stat. Imper. part. 1. c. 39.*

(19) Tutor *teſtamento* datus ſemper à Camera Imperiali confirmandus eſt. (a) *Vide Reform. Polit. de anno 1577. tit. 32. ibi: durch die Obrigkeit befohlen.* Sicut, ſi pupilli in teſtamento tutorem non acceperunt, vel, ſi minores curatorem non habent, mater, aut proximus agnatus, pupillo tutorem, vel minori curatorem à Camera petunt: Ita etiam Camera ex officio interdum tutorem conſtituit; Cameræ enim juriſdictio immediate hoc in caſu fundata eſt, *Vid. O. C. Part. 3. tit. 3. Gail. I. obſ. I. n. 47.*

NOTA.

(a) CONFIRMANDUS EST &c. Legas, hanc in rem, *Ohnmaſsgebliches Bedencken, in puncto Confirmationis Tutelæ*, ſub dato *Altenburgk*, 23 Julii, 1669, apud Dn. *Schilterum Jur. Publ.* Tom. 2, Tit. XIX, pag. 82 &c. Inde huc faciunt: *Obgleich --- bey hieſiger Fürſtl. Cantzley, nicht das geringſte veſtigium*

ſtigium *anzutreffen, daß weyland Herzog Friederich Wilhelm, der Chur-Sachſen* Adminiſtrator, *Chriſt-milder Gedächtniß, benebens ſeinem Herrn Mit-Vormunde, dem Churfürſten zu Brandenburgk, noch auch, daß, nach Hochgedachten Herrn* Adminiſtratoris *Abſterben, deſſen hinterlaſſenen Fürſtlichen Kinder* Tutores, (*welche zwar keine* Teſtamentarii, *ſondern vielmehr* Legitimi, *geweſen, als, anfangs weiland Herzog Johan zu Sachſen, ſodann, Churfürſt* Chriſtianus II, *und letzlich, Churfürſt* Joh. Georgius I, *alle Hochſeel. Andenckens*) *ſich umb einige* Confirmation *beworben, oder dieſelbe an einem des Reichs Höchſten Gericht außgebracht; dieweil aber - - - viel* Exempla *zu finden, da dergleichen* Tutores Teſtamentarii, *ob ſie gleich ſothaner* Confirmation *etwan ſo groß nicht von nöthen gehabt, dieſelbe dennoch, umb mehrerer Gewißheit willen, geſucht und erhoben, ſo ſcheinet wohl, daß die* allegirte *Policey-Ordnung* (de An. 1548, Tit. *von der Pupillen und minderjährigen Kinder* Tutorn, §. *daß auch ein jeglicher Vormünder &c.*) *nach und nach, mehrers zur* Obſervantz *gebracht, und inſonderheit ihre* extenſion, *auch auf die Reichs-Stände, gewonnen haben müße. Wie dan der vorhin angezogene* Roſenthalius, (de Feudis, Tom. 2, Cap. XII, Concluſ. 10) *in ebenſelbiger* Concluſion, §. 64. 65, 66, 69, 70, *die* formulam, *wie, umb die* confirmation *der Teſtamentlichen Vormunden, am Cammer-Gericht, Anſuchung zu thun, und was etwa ſonſt dißfals vorzugehen pflege, umbſtändlich* tradirt, *dergleichen auch* noviſſime, in Jacobi Blumens Proceſſu Camerali, Tit. 42, §. 15 *zu ſehen; welcher hierüber, in ſeiner* Chiliade ſententiarum Cameralium, ad d. 6 Junii 1655, §. 94, fol. 39, *eine* Confirmationem Tutelæ Teſtamentariæ, *und zwar bey Fürſtlichen Perſonen,* in forma, referiret: *Zudem, am Kayſerl. Hofe die noch gar neue* Exempla *von der Brandenburg-Culmbachiſchen, und hernach von der Onoltzbachiſchen Vormundſchafft, bekandt, und bey dem Kayſerl. Hofe, als jüngſthin daſelbſt, bewußter maſſen,* ſondirt *worden, die* Confirmation, *wenn anders die Vormundſchafft im Reich, und beſonders am Kayſerl. Reichs-Hoffrath, und Cammer-Gericht, dafür gehalten werden ſolte, allerdings vor nöthig gehalten werden wollen; alſo geben unſere (der Unter-Vormünder) unvorgreiffliche Gedancken dahin, daß, mit Suchung mehr-berührter* Confirmation *umb ſo viel weniger anzuſtehen, als der gewiſſeſte und ſicherſte Weg allezeit der beſte, auch der* Reſpect *der Rom. Kayſerl. Maj. als des Hochgeehrteſten Ober-Hauptes, Höchſten und allgemeinen Ober-Vormünder und Lehn-Herrns, (als welchem, wie des Vaſallen hinterlaſſene* Pupillen, *ſamt deſſen Fürſtenthumb und Landen, verſorget, auch ſo es, wie allhier, ein Reichs-Stand, deſſen* Votum & Seſſio *im Reichs-Rath vertretten würde, zu wiſſen billich hoch anliegt) ſo dann, die* facilitirung *der künfftig am Kayſerl. Hofe ſuchender Lehen, und anderer Angelegenheiten, bevorab derer daſelbſt, ſo wohl als am Kayſerl. und des Reichs-Cammer-Gerichte, hafftender, oder noch künfftig erhebender* Proceſſen, *die mehrere* Authoriſirung *derer mit denen Benachbarten, und ſonſt, vorhabenden Handlungen, und alſo allenthalben, das* Intereſſe *des Fürſtlichen* Pupilli *erheiſchen thut &c.* Eadem occurrunt apud Dn. *Struvium, Obſervat. Feudal.* ad Cap. X, §. 3, p. 77; ubi plura huc ſpectantia. Add. Dn. *Joh. Henr. Alexandri,* Diſſ. de *Tutela materna Principum Imperii,* Cap. 3, §. 14, p. 89 & 90. In *Camera,* expediuntur plerumque Confirmationes hujuſmodi per modum Decreti, in *Aula Cæſarea* verò, mediante ſolenni diplomate, prævio Imperatoris titulo, appenſoque Ejuſdem ſigillo. Exempla ſiſtunt Ill. Dn. de *Eyben,* de *Tutela Fæminea,* P. 3. membr. 2, §. 17 p. 356; & Dn. *Alexandri* l. c. Cap. 3, §. VI, p. 76 & ſeqq. §. X, p. 81 &c. §. XI, p. 82 &c. §. XII, p. 84 &c. Non ſemper tamen confirmationes has expeti, documento eſt *Hedwig Sophia* Brandenburgica, *Wilhelmi VI,* Landgravii Haſſo-Caſſellani vidua, filiorumque Tutrix, cui Cæſar, in literis, titulum *der Vormunderin & Regentin,* haud denegavit, etiamſi confirmationem Tutelæ ſuæ ab Eo non impetraſſet. Vid. Dn. *Alexandri* l. c. Cap. 4. §. 6, p. 100.

(20) Dantur autem tutores *plerumque* (*a*) proximiores agnati, aut quos teſtator in ultima voluntate voluit; etiam mater (*b*) & avia, adeo, ut ſi illæ ipſæ, dum liberis ſuis petunt tutores, unà ſe ordinari petant, in Camera Imperiali, & propter pietatis & charitatis affectionem, audiantur, ſicque Ducatum etiam adminiſtrare (*c*) poſſint; modò ſecundis nuptiis (*d*) *& SCTO* Vellejano (*e*) renuncient. *Gylmann. Tom. 3. Symphor. verb. tutela.*

NOTÆ.

(*a*) PLERUMQUE &c. Jure Romano, non niſi proximos Pupilli agnatos ad Tutelam vocatos, auctoritate Legis XII Tabularum, probat Imperator, procem. Inſtit. de *Legitima Agnatorum Tutela;* conf. L. 2, C. de *Legitima Tutela,* nec non L. 1, ff. de *Legitimis Tutoribus:* ubi ſimul ratio: *Hoc ſumma providentia: ut, qui ſperarent hanc ſucceſſionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur &c.* Ex

quo verò conſtitit, quantum periculi, hac ratione, ſæpius pupillis immineret, facultas data Parentibus conſtituendi Liberis Tutores, quos optimos judicarent, quo titulo Mater ſimul & Avia ad tutelam admiſſæ, & quidem præ legitimis & dativis, arg. Auth. *Matri & Aviæ*, C. *Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt*; *Novel.* 94, Cap. I, *Ut, ſine prohibitione, Matres tutelam gerant minorum*; & *Novel.* 118, Cap. V, de *Legitima tutela liberorum &c.* utut antea Romanis perſuaſum fuerit, tutelæ geſtionem virile munus eſſe, ultraque ſexum fœmineæ infirmitatis, excepto caſu, ubi, beneficii loco, Princeps quandoque Matri tutelam commiſit, arg. L. 1, C. eod. & L. 16, & 18, ff. de *Tutelis*, nec non L. 18 C. de *Procuratoribus*. Non ſemper autem hodie ad proximos agnatos cognatoſque reſpici, ſed ſæpius eos ſolos admitti, qui à Magiſtratu loci confirmantur, quicunque illi ſint, auctoritate *Reformationis guter Policey zu Augſpurg*, de An. 1548. Tit. 31, *von der* Pupillen, *und minderjährigen Kindern*, Tutorn *und Vormünder*, §. 2, *daß auch ein jeglicher Vormund, er ſey gleich in Teſtaments-Weiß verordnet, oder, durch das Recht, oder Richter, gegeben, ſich der Vormundſchafft nicht unterziehen ſoll, die Verwaltung ſey ihm dann zuvor, durch die Oberkeit*, decernirt *und befohlen &c.* nititur; quæ *in der Pelicey-Ordnung zu Franckfurt*, de An. 1577, Tit. 32, *von der* Pupillen *und minderjährigen Kindern*, Tutorn *und Vormündern*, §. 2, repetuntur. Statuta variarum Germaniæ Provinciarum idem velle, pluribus oſtendit Ill. Dn. de *Ludewig*, Diſſ. de *Differentiis Juris Romani & Germanici in Tutelis Teſtamentaria & Legitima*, an. 1712, 10 Oct. Halæ defenſa, Differentia 12, lit. tt, pag. 49 & ſeqq.

(*b*) MATER &c. Ex inſtituto argumentum hoc tractarunt: *Amadeus Eckolt*, Diſſ. Inaug. de *Tutela Materna*, Lipſ. propugnata, 1653; Ill. Dn. *Huldericum ab Eyben*, Diſſ. Inaug. de *Tutela Fœminea*, An. 1655, 21 Junii, Gieſſæ habita; (quæ, inter Opera ejus Academica, à Dn. *Hertio*, an. 1708 vulgata, pag. 321 &c. occurrit;) Dn. *Joh. Henricus Alexandri*, Diſſ. de *Tutela materna Principum Imperii*, Præſide Illuſtri *Stryckio*, An. 1696, 20 Mart. ventilata; laudatus Ill. Dn. *de Ludewig*, Diſſ. Inaug. *de Differentiis Juris Romani & Germanici in Maternis Tutelis*, Reſp. Dn. *Reinhardo Wilhelmo Hochklemmer*, 1712, 2 Nov. Halæ publico examini oppoſita; Ill. *Stryckius*, ad Lib. 26 ff. Tit. 4, §. 4 & ſeqq. Quid, antiquo Jure Romano, ubi vel ipſæmet fœminæ ſub perpetua noſcuntur fuiſſe tutela, in tantum, ut ſæpius matres filiorum ſuorum tutelam ſubire tenerentur, *Carpzovio*, de *Jure Fœmin.* Dec. 3, poſ. I, §. 6. *Ubbone Emmio*, in *deſcript. Reipubl. Athenienſis*, Tit. *Leges matrim.* & Ill. *Eybenio* l. c. Part. I, Membr. I, §. VI, p. m. 328, teſtibus) obtinuerit? ex dictis præced. lit. a, liquet; vulgare vero cum ſit, apud Germanos, Matri, etiam Patre vivo, poteſtatem in liberos eſſe, horumque, ſi minorennes moriantur, hereditatis portionem eidem obvenire, nil dubii eſt, quin, Patre mortuo, mater liberorum tutelam gerere queat. Ut enim affectus matris in natos tenerrimus, & ſincera planè pietas eſt, arg. cit. *Novel.* 94, *ut ſine prohibitione matres*, Cap. I, & L. 14, C. *de His qui accuſare non poſſunt*; ita nihil metuendum, ut tutelam adminiſtrando, in eorum fraudem, inconſideratè procedat, maximè ſi ſemel à Magiſtratu ſit confirmata; Non male proinde *Alexander* ad *Dionyſodorum*, L. 1, C. *Ubi pupilli educari debeant!* (Lib. 5, Tit. 49) *Educatio Pupillorum tuorum nulli magis, quam matri eorum, ſi non Vitricum eis induxerit, committenda eſt &c.* Nec differentia hic inter Matres illuſtres, & alias minoris dignitatis, fingenda; rectè namque *Auctor Informationis Juris & Facti, in Vormundſchaffts-Sachen, Fr. Eleonoren Marien, Herzogin zu Mecklenburg*, contra *das Schweriniſche* Memorial, §. 54: *Die natürliche mütterliche Liebe, und Treue, verändert ſich in den Reichs-Fahn-Leben nicht &c.* Quod ipſum Sereniſſimus Princeps Anhaltinus, *Emanuel Lebrecht*, in Teſtamenti tabulis, ſub dato *Cothen*, 2 Dec. An. 1702, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, *2 Fortſetzung, 4 Abtheilung, XIII Abſatz*, §. 51, v. *Weiln auch &c.* p. 290, exemplo Sereniſſ. Conjugis ſuæ, agnovit, inquiens: *Weiln auch unſere Printzen, und Printzeſſinnen, annoch in Ihren erſten Jahren begriffen, und wir nicht wiſſen, ob der groſſe GOtt das zeitliche Leben uns ſo lang friſten möchte, daß wir ſie ſelbſten, biß zu Ihrer* Majorennitæt, *erziehen könten, und wir hierbey billig erwegen, die ungemeine Liebe und Treue, welche unſere von Hertzen geliebte Gemahlin, die Durchlauchtigſte Fürſtin und Frau*, Giſela Agneſa, *Fürſtin zu Anhalt &c. uns, und unſern Fürſtlichen Kindern, biß anhero erwieſen, und dahero Niemand ſicherer und beſſer, als Ihr, derenſelben Auferziehung anvertrauen können; So haben wir, aus wohlbedachtem Muth, und gutem Rath, hiermit wohlgedachte unſere Frau Gemahlin, zur eintzigen Vormunderin unſerer nachgelaſſenen Fürſtlichen* Pupillen, *und* Minorennium, *dergeſtalt* conſtituiret *und geordnet, daß ſelbige nicht nur die Auferziehung derſelben über ſich nehmen und führen, ſondern auch hiebey die völlige* Adminiſtration, *was den* Statum publicum Regiminis *unſerer Fürſtlichen Landes*-Portion *anbe-*

lang…

langet, gleichmaßig allein haben, und exerciren *ſoll; und zwar, nach dem* Exempel *des Fürſtlichen Deſſauiſchen Landes, (als wodurch die* Obſervantz *der mütterlichen Vormundſchafft, ſo wohl,* quoad effectum educationis, *als* Adminiſtrationis, *bey dem Fürſtlichen Hauß Anhalt, nunmehro eingeführet und beſtättiget worden; auch ſonſt dergleichen, bey andern Fürſtlichen Häuſern üblich iſt,) die völlige Vormundſchafft, ſo wohl was die Landes-Regierung ſelbſt, als die Auferziehung unſerer nachgelaſſenen Kinder betrifft, aufgetragen &c.* conf. *Henricus Neuenhan,* de *Juribus ac privilegiis viduitatis,* Sect. 30, p. m. 256 ad 262. Ecce, quid de hac tutela, jam in Veterum Legibus, v. g. *Wiſigothorum*, Lib. 4, Tit. 2, L. 2, apud *Lindenbrogium*, Cod. *LL. Antiquar.* p. 78: *Si, qui moritur, nec filios, nec nepotes, ſeu Patrem, vel Matrem, relinquit, tunc avus & avia hereditatem ſibimet vindicabit &c.* & L. 13, p 80: *Patre mortuo, Filii in Matris poteſtate conſiſtant &c.* & l. c. Tit. 3, L. 3, p. 85: *Si, Patre mortuo, in minori ætate filii relinquantur, Mater eorum tutelam, ſi voluerit, ſuſcipiat: ſi tamen in viduitate permanſerit, ita, ut de rebus, Filiis debitis, inventarium faciat, per quod poſtmodum Filii hereditatem ſibi debitam quærant &c.* & *Burgundionum*, ubi *Gundebaldus* Rex, Tit. 59, de *Nepotibus*, apud *Lindenbrogium*, l. c. pag. 292, *Nepos, amiſſo Patre, cum rebus omnibus, ad Avi ordinationem, vel ſolicitudinem, conferatur: ea tamen ratione, ſi mater ejus ſecundas nuptias crediderit eligendas. Cæterum, ſi nubere, electa caſtitate, diſtulerit, Filii, cum omni facultate, in ejus ſolatio & poteſtate conſiſtant.* Et Tit. 85, de *Pupillis*, p. 300: *Si Mater tutelam ſuſcipere voluerit, nulla ei parentela præponatur. Quod ſi verò Mater non fuerit, proximus parens res minorum revocare debet &c.* Ad juniora tempora ut progrediar, nec *Saxones* à Matrum tutelis prorſus abhorruiſſe, documento eſt *Sachſen-Spiegel*, lib. 1, Art. XI, Tit. *Van Vormuntſchap-Rechte*, ibi: *Si Pater, poſt mortem Matris, filios ſuos habuerit ſub tutela, cum ſe invicem ſeparaverint, ipſe eiſdem omnia bona materna, niſi perierint præter ipſius culpam, reſtituere tenetur; idem de matre, poſt mortem Patris, & de alio quolibet Tutore, eſt cenſendum &c.* utut alii contrarium ſtatuant, ob eit. Lib. 1 ſpeculi Saxonici, Art. 23, verb. *Qui Filii inennes (inermes) exiſtunt, ſenior agnatus expeditorias accipit res, & in his eorum, uſque ad annos pubertatis, tutor erit &c.* & ibid. Gloſſ. ad verba: *Adveniente tempore &c. Et tenetur Mater ſuis Filiis impuberibus non adultis, petere Tutores & Curatores &c.* unde concludunt, Matres à tutelis omninò repellendas eſſe; quod aſſertum verò Ill. *Strykius* l. c. Lib. 26, Tit. 4, § 21, non ſine fundamento rejicit, docens, in univerſo jure Saxonico nihil haberi, unde conſtet, Matrum tutelas ipſis minus probari; add. Dn. *Ludewig* l. c. Different. I, lit. bb, pag. 10; ſubjiciens, opinabile non eſſe, reliquis omnibus Germaniæ Gentibus Matrum tutelas in deliciis, habentibus, ſolam ab illa Saxoniam abhorruiſſe; Id profectò certiſſimum, vel hodiè Matrem & Aviam, in adminiſtranda tutela, omnibus agnatis cognatiſque, exceptis duntaxat Avis, in Saxonia præferri, reſponſo teſte Scabinorum Lipſienſium, in Cauſa viduæ Quæſtoris in *Mügeln*, An. 1632, menſ. Sept. apud *Carpzovium Juriſpr. Forenſ.* Part. 2, Conſtit. XI, defin. 13, p. 461, & *Philippi* in *Eclogis*, lib. 1, T. XV, §. 8, p. 242, verb. *Seyd Ihr eurer Kinder Vormundſchafft auf euch zu nehmen, und gebührlichen zu verwalten, Vorhabens &c. So werdet Ihr, vermöge der Rechte, vor allen andern Bluts-Freunden, auſſerhalb des vätterlichen Groß-Vatters, wenn der noch vorhanden, und ſelbſt Vormund ſeyn wolte, darzu billig zugelaſſen, V. R. W.* Licet etiam in *Speculo Suevico, (Land- und Lehen-Recht)* Cap. 315, Tit. *Wer zu Recht Pfleger mög geſein?* apud *Goldaſtum*, Part. I, *der Reichs-Satzungen*, p. m. 96, §. 6 legatur: *Man ſol In einen Pfleger geben, der Ir Genoſſe ſey. Und das iſt einer, der Ir Vatter Mage ſy, und by Inen ſy in dem Lande. Vindet man nicht Ir Vatter Mage, man geb In einen Ir Mutter Mage. Vindet man deß nicht, ſo neme man In einen getrewen Landmann &c.* & Cap. 321, *von gemachten Pflegern*, pag. 97: *das ſind die: wa ein Vatter ſeinen Kindern ein Pfleger geit, by ſeinem lebendigen Leib, oder es ſol Ir Pfleger ſyn Irs Vatters Mag, nach des Vatters Tode &c.* attamen ex Part. 4, *Würtenbergiſchen Land-Rechts*, Tit. XI & XII, clarè patet, vel hodiè, jus tutelare in Suevia, defuncto Patre, Matri, vi poteſtatis in liberos, nec ex Lege, aut privilegio, competere. De Statutis *Auſtriacis*, *Bavaricis*, *Colonienſibus*, *Dreſdenſibus*, *Monaſterienſibus*, aliiſque pluribus, eidem tutelæ faventibus, evolvas Dn. de *Ludewig* l. c. pag. 8 &c. Quibus jungi merentur. *Ludovici*, Elect. Palatini, *Landts-Ordnung*, ſub dato *Heidelberg*, 1582, Part. 1, Tit. 3, *Von Verordnung der Vormund- und Pflegſchafften*, Art. 3, p. 26: *Wir laſſen auch hiemit zu, ſo eine Wittwen, nach Abſterben ihres Ehemanns, ihren Wittwen-Stuhl nicht verrücken, - - - daß Sie alsdann (ſo fern ihr verſtorbener Ehemann, durch Teſtament, oder letzten Willen, nit ein anders geordnet,) - - - ſo lang ſie ihren Wittwen-Stand nicht verändert - - - Ihrer Kinder Vormund ſeyn möge &c.* Similiter, *Auguſti*, Ducis *Brunſuic. & Luneb. Landes-Ordnung* ſub dato *Wolffenbüttel*, 1647, Art. 100, p. m. 34: *Eine Wittwe, ſo aus voriger Ehe Kinder im Leben hat, ſoll zur Heyrath nicht verſtattet werden, ſie habe ſich dan mit ihren Kindern verglichen, und denſelbigen Vormündere beſtellen laſſen, bey Straſe 10 fl.* nec non *Auguſti*, Adminiſtratoris Magdeburgici, *Policey-*

Digitized by Google

Ordnung, de An. 1652, Cap. XIII, *von Vormundſchafften*, p. 54: *Orduen demnach, da ein Vater ſeinen hinterlaſſenen Kindern, durch ein Teſtament, oder letzten Willen, Erbare und Tüchtige Mannes-Perſonen zu Vormunden verordnet, daß dieſelben zu ſolcher Vormundſchafft gelaſſen, und der Witben, (es were denn, daß ſie von ihm ſelbſt zur Vormünderin verordnet, und dieſelbe nicht Vorhabens wäre, ſich anderweit zu verehelicken) ſo wohl als den Verwandten, und die von Obrigkeit wegen zu ordnen geweſt wären, vorgezogen werden ſollen &c.* & p. 55: *Da aber ein Vater, durch Teſtament, oder letzten Willen, ſeinen Kindern keine Vormunden verordnet hatte, und ſeine nachgelaſſene Wittbe, oder derſelben Wittwen Vater, oder Mutter, wolten ſolcher Unmündigen Vormunde ſeyn, und wären dazu tüchtig, können wir daſſelbe --- wohl geſchehen laſſen. Und ſoll alßdann die nachgelaſſine Wittwe nicht weniger, als wann ſie ihr verſtorbener Haußwirth, durch Teſtament, oder letzten willen, ihren Kindern zur Vormundin ſelbſt verordnet hatte &c. auch Ihres Haußwirths Vatern, und allen andern ihrer Kinder Verwandten, und die von Obrigkeit wegen zu ordnen geweſt wären, vorgezogen werden &c.* pariter ac *Georgii Wilhelmi*, Duc. Brunſ. & Luneburg. *Revidirte Hof-Gerichts-Ordnung*, ſub dato Cell, 1685, Part. 1, Tit. XXI, *Von der Mutter, als* legitimæ Tutricis, *Ayd*, p. 313: *Wan eine Mutter ihrer Kinder Vormünderin ſeyn will, ſoll Sie ſchwören &c.* de reliquis Germaniæ Provinciis ne dicam. Difficilior quæſtio eſt: *Num Mater tutelam liberorum prætendere valeat, etiamſi à marito ea fuerit excluſa?* Affirmantium argumenta ſunt, quod (1) Matri & Aviæ à nemine auferri queat, quod Legis beneficio ipſis conceſſum, & L. 11 ff. de R. J. (2) Nuda Patris voluntas Matri non præjudicet, arg. Nov. 118, Cap. V, verſ. *defuncti namque &c.* (3) L. un C. *Si contra matris voluntatem*, & L. 21, §. 1 & 2, ff. de *Tutorib. & Curatorib. datis*; obſtent, vetantes dari tutorem, contra Parentum voluntatem. Negantium contrà, (1) Quod Leges Patri facultatem pro lubitu in Teſtamento nominandi liberis tutorem, in præjudicium etiam Matris, apertè largiantur, arg. Auth. *Matri*, C. *Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt &c.* (2) Patris voluntas Matri omninò præjudicare poſſit, quoties Legibus, ceu hic fit, corroboratur; (3) Allegatæ L. 21 ff. de *Tutorib. & Curatorib.* & L. un. C. *Si contra Matris voluntatem &c.* de alio planè caſu loquantur, quam de quo hic quæſtio. Sententia *Bachovii* ad *Treutlerum*, Vol. 2, diſp. 8, §. 3, vel mihi arridet, exiſtimantis, Matrem, à Patre excluſam, tum demum non admittendam, quando juſta de cauſa noſcitur excluſa, v. g. quod Pater ſciverit, Matrem dubio procul liberorum bona decocturam; vel, in præjudicium filiorum, modò filiabus omnia ut corradat, aut contra, minus æquam ſe præſtituram; vel, quod minus honeſtam vitam ducat; liberoſve odio proſequatur &c. alias non; propter pietatis & charitatis favorem, quo mater liberis naturaliter addicta. vid. *Brunneman*, ad Authent. *Matri*, C. *Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt &c.* (Lib. V, Tit. 35)

(c) ADMINISTRARE &c. Sanè, ſi Matres, durante filiorum minorennitate, integra adminiſtrare Regna valeant, cur non & minores Imperii Principatus? *Blancam*, *Alphonſi*, Caſtellæ Regis, filiam, magna cum laude, tutelam filii, *Ludovici Sancti*, *Galliæ* Regis, undecim annorum pueri, geſſiſſe, ipſiusque bono, toti Reipublicæ proſpexiſſe, pluribus docent: *Varillas, de la Minorité de S. Louis*, p. 17; *Jean*, Sire de *Jonville*, *Hiſt. de St. Louis*; Cap. 2 &c. *Renatus Choppin*, de *Domanio Gallico*, lib. 3, Tit. V, §. 1, pag. m. 255; *Nicol. Pasquier*, lib. 4 Epiſtolarum, p. 330; verb. *La Reine Blanche, Eſpagnolle, Mere de S. Louys, ſe comporta ſi ſagement en ſa Regence, que toutes les Reynes Meres anciennement, apres le deces des Roys, leurs Maris, vouloient être nommeés Roynes Blanches, par une honorable memoire, tirée du bon gouvernement de cette ſage Princeſſe &c.* Sic *Stephanus Paſquier*, lib. V. *des Recherches de la France*, Cap. 17, f. 278, lit. B. *La Royne Blanche, Mere de S. Louis, conduiſit, avec une telle ſageſſe, les affaires de la France, qu'Elle conſerva heureuſement le Royaume à ſon Fils, qui n'avoit que quinze, ou ſeize ans, quand il vint à la couronne: & croy, que, pour cette cauſe, les Roynes Meres depuis ſe voulurent nommer: Roynes Blanches, comme titre le plus-ſpecieux, qu'elles ſe pouvoient donner pendant leur viduité &c.* Unde ſua *Limnæus*, *Notit. Franc.* lib. 2, Cap. 20, lit. h, pag. 897; *Bret, de la Souveraineté du Roy*, lib. I, Chap. VI, p. 46. *Philippus IV*, *Janam*, ſeu *Johannam*, Uxorem, *Henrici I*, Navarræ Regis filiam, itidem liberis, *Ludovico X*, *Philippo V*, & *Carolo Pulchro* &c. Tutricem, ſimulque Regni procuratricem, conſtituiſſe legitur; Vid. *Choppin* l. c. immediatè ſubjiciens: *Ludovici XII. Teſtamento mandata eſt Annæ, Uxori, Imperii cura, An. 1506.* & paucis interjectis, p. 256; *Catharina* de *Medices*, *Henrici II.* Regis, Conjugis, memor: *Poſtremò Catharina, Principis Errici* (Henrici) *III Mater, ſumpſit gubernandi Regni provinciam, ex auctoritate Regii diplomatis, 3 Kal. Jun. An. 1574, cui Senatus ultrò ſubſcripſit, 5 Non. Junias, eod. Anno.* Eandem geſſiſſe tutelam filii, *Caroli IX*, decennalis, æquè ac *Mariam* de *Medices*, filii *Ludovici XIII*, in propa-

tulo

Digitized by Google

tulo eſt de tutela *Anna Maria* Hiſpanæ, *Ludovici XIV*. Matris, ne dicam. Vid. *Corbin, au Code de Louis XIII*, T. I, liv. I, T. I. p. 3; *Caſtelnau, en ſes Memoires*, Liv. 3, p. 132; *Grammondus*, lib. I, *Hiſtor.* ad An. 1610, p. m. 15; In *Hiſpania, Philippum IV*, reliquiſſe Conjugem, *Mariam Annam* Auſtriacam, liberorum pariter Tutricem, & Regni Adminiſtratricem, annotarunt *Becman, Hiſt. Orb. Terrar.* P. 2, C. 1, §. 7, p. 455; *Ablancourt, Hiſt. de Portugal*, p. 267. Apud *Portugallos, Luiſa de Guſman*, poſt fata *Johannis IV*, Regis, Mariti, *Alphonſi VI*, ejusque fratris, ſororumque, tutrix fuit, ſimulque totius Reipublicæ Directrix, ab An. 1656, usque ad An. 1662; vid. *Ablancourt* l. c. p. 111. *Magna Britannia* adminiſtratio, una cum *Eduardi III* Regis pupilli educatione, credita noſcitur Principis Matri, *Iſabella*, *Philippi IV*, Franciæ Regis Gnatæ, & *Eduardi II*, Anglorum Regis, Viduæ. Vid. *Puffendorffi Einleitung*, Cap. 4, *von Engelland*, §. 11, p. m. 216; Dn. *Alexandri*, cit. Diſſ. de *Tutela materna Principum Imperii*, Cap. 2, §. 6, pag. 33; qui addit: *Scotiæ quoque Leges Matri tutelam non auferunt; mortuo enim Jacobo II, in expeditione adverſus Anglos, Uxor ejus, Maria Egmondana, Arnoldi, Ducis Geldriæ filia, Jacobi III. filii, tunc temporis pueri octo annorum, Tutrix extitit: & Jacobus V, morte Patris ſecuta, ſub tutela Matris Margarethæ, Henrici VIII, Regis Angliæ, filiæ, educatus fuit &c.* § 8. pag. 34, pergens: *Idem quoque in Dania uſu venit, ubi Margaretha, Regina Daniæ, Hacquini, Regis Norwegiæ, vidua, tutelam Filii, Olai VI, ſubiit, illamque laudabiliter finivit; idemque Regnum, cum Ericus VII admodum puer eſſet, conſiliis Agnetis Brandenburgicæ, & Procerum, egregiè adminiſtratum, referente, ex Joh. Cluvero, in Epitom. Hiſtor. totius mundi, fol. 389, Wibelio, de Contractibus mulierum, p. 86 &c.* & §. IX: *Nec Suecia alio Jure utitur, quippe hujus rei recentiſſimum exemplum extat in Carolo Guſtavo Rege, qui educationem, cum tutela, Filii Caroli, Reginæ Conjugi moriturus commendavit, illaque, ad mandatum Regis defuncti, poſtea munus hoc, usque ad majorennitatem Regis filii, feliciter adminiſtravit, contuteribus tamen ipſi datis Proceribus Regni primariis &c.* In ipſa Germania habemus exemplum *Theophania*, *Ottonis II* Imp. viduæ, quæ pueri, *Ottonis III*, tutelam geſſit, poſt ipſius fata, ab *Adelheida*, avia, *Ottonis Magni* quondam Conjuge, adminiſtratam. Vid. *Ditmarus*, lib. 4, p. m. 37 & 38; Laudato Imperatore, *Ottone III*, & *Ekkihardo*, Thuringiæ Marchione, in Romania commorantibus, Regni curam *Matthildi*, Quedlinburgenſium Abbatiſſæ, Cæſaris amitæ, commiſſam, ex eodem diſcimus *Ditmaro* l. c. pag. 42. Quanta fuerit in Imperio auctoritas *Agnetis*, *Henrici IV* Imp. Matri, monitum præced. lib. I, Tit. V, in vita hujus Principis, p. 532. Suffulciunt amplius theſin noſtram non modò Regna, extinctis maſculis, ad Fœminas ex Lege pervenientia, veluti: *Hiſpania, Magna Britannia, Dania, Norwegia, Hungaria, Bohemia, Sicilia &c.* (de quibus *Cheppin*, l. c. Lib. 3, Tit. I, §. 6 & ſeqq. p. m. 235 &c. *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. XIV, §. 14. p. 724 &c. Ill. Dn. de *Eyben* l. c. Part 2, Membr. VI, §. 13, p. m. 350, aliique, evolvendi;) ſed & ea, quæ, unanimi Ordinum conſenſu, in fœminas translata ſcimus, v. g. *Suecia*, ubi, An. 1633, 14 Mart. ſolemnibus in Comitiis, *Chriſtina*, *Guſtavi Adolphi*, Regis, filia, *Holmiæ*, ad capeſſendum ſceptrum vocata noſcitur, utut faſces Reipublicæ, ad ipſius viripotentiam, Primarii Regni Proceres: *Gabriel Oxenſtiern*, Drotſetus; *Jacobus de la Gardie*, ſupremus Mareſchallus; *Carolus Gyldenhelm*, Archithalaſſus; *Axel Oxenſtiern*, Summus Cancellarius, & *Gabriel Oxenſtiern*, Supremus Theſaurarius, tenuerint; vid. *Loccenius*, lib. IX, pag. 608; *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad h. a. pag. 38 & 39; *Brachelius, Hiſtor. ſui tempor.* lib. 4, p. 274; *Nani, Hiſtor. Veneta* p. 491; *Micralius, Syntagm. Hiſtor.* lib. 3, Sect. V. §. 149, ad h. a. pag. 317; *Puffendorff*, lib. V. *Rer. Suec.* §. 27, p. 98. Noviſſimè, Potentiſſimo Rege *Carolo XII*, An. 1718, 11 Dec. in obſidione *Friderichshallenſi*, in Norwagia, tormenti ictu necato, Sereniſſ. Sororem Ejus, *Ulricam Eleonoram*, liberæ electionis titulo, à quatuor Regni ordinibus, An. 1719. 3 Febr. peractæ, conſcendiſſe Solium, in propatulo eſt. *Petrum*, *Moſchorum* Czarem, An. 1725, 8 Febr. defunctum, Adminiſtrationem vaſti Imperii ſui reliquiſſe Conjugi *Catharinæ*, vulgo notum. Specialiter huc faciunt Principes Imperii Abbatiſſæ: *Quedlinburgenſis, Gandersheimenſis, Buchavienſis, Herfordenſis*, reliquæ, quibus tot ſubſcriptionibus Imperii Receſſuum teſtibus, notoriè ſumma rerum adminiſtrandarum competit; Adde *Mariam*, *Hungariæ Bohemiæque* Reginam, cujus, tanquam *Gubernatricis der Kayſerl. Maj. Niedern Erb-Landen*, nomine, Receſſum Imp. Auguſtanum, An. 1551, *Johannes de Hemnin*, ſubſcripſit. Ne dicam de Germaniæ Provinciis, ubi ſuccedendi jus Fœminarum viget, ex quo maſculi deficiunt, quo referas v. g.

Auſtriam, vigore diplomatis *Friderici I.* Imp. quo, ſub dato *Ratiſpona*, 15 Kal. Octob. An. 1156, Marchio-

Marchionatus Auſtriæ in ducatum mutatus fuit, ubi, inter alia: *Marchiam Auſtriæ, in ducatum commutavimus, & eundem ducatum, cum omni Jure, præfato Patruo Noſtro, Heinrico, & Pranobiliſſimæ Uxori ſuæ, Theodoræ, in beneficium conceſſimus, perpetuali Jure ſancientes: Ut ipſi, & liberi eorum poſt eos, indifferenter Filii & Filiæ, eundem ducatum Auſtriæ, hereditarie Jure, à Regno teneant & poſſideant &c.* Vid. *Andreas Ratisbonenſis* in *Chronico Bavarico*, apud *Schilterum*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. m. 28; In ampliori formula Conſtitutionis laudati Imperatoris, *de Juribus & Privilegiis Ducum Auſtriæ:* eodem die promulgatæ, & à *Friderico II*, An. 1245, menſ. Jun. in Comitiis Veronenſibus, confirmatæ, apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Conſtit. Imper.* p. 303, §. 11, notanter habetur: *Et ſi, quod Deus avertat, Dux Auſtriæ, ſine hærede filio, deceſſerit, idem Ducatus ad Seniorem Filiam, quam reliquerit, devolvatur &c.* Quæ etiam apud alios, quorum præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 129, memini, occurris, quibus Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abſatz*, §. 4, p. 5, addas. Conf. præced. Lib I, Tit. XVI, §. 9, lit. b, pag. 18, v. 9; *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. 14. §. 13, pag. 722; *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. I, Cap. 24, §. 1, p. 253; *Eyben* l. c. §. 13, p. 350.

Ejuſdem Cæſaris munificentia, obtinuiſſe *Henricum Leonem*, Saxonum Bojorumque Ducem, An. 1157, Kal. Januar. Comitatum *Utonis*, una cum foreſto in montanis *Hartz*, in beneficium, cum extenſione, *ad utriusque ſexus hæredes*; præced. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ſub *Conrado III*, commemoravi.

An. 1204, *Philippus* Imp. ſtabilivit ſimiliter in *Brabantiæ* Ducatu ſucceſſionem fœmineam, ajens: *Inſuper Regia Noſtra auctoritate conſtituimus, & memorato Duci* (Henrico) *concedimus, ut filiæ ſuæ, ſi maſculum hæredem non habuerit, in feudis ſuis, liberè ei, tanquam maſculi, ſuccedant &c.* Vid. *Petrus Stockman*, Part. 1, de *Jur. Devolut.* c. 21, n. 7. &c. & c. 22, & P. 2, cap. 2 &c. unde ſua *Itterus* l. c. §. 13, p. 726. & forte *Conring.* ad *Lampadium*, Part 3, Cap. V, §. 28, p. m. 201. Eundem ducatum, cum aliis *Belgii* Provinciis, mediante quoque matrimonio *Mariæ*, *Caroli Pugnacis*, *Burgundiæ* Ducis, filiæ & hæredis, cum *Maximiliano I.* Imp an. 1477. in Domum Auſtriacam tranſiiſſe, dictum præced. lib. I, T. 5, p. 709; Conf. *Gudelinus*, de *Feudis*, P. 3, c. 3, §. 3; *Mylerus* l. c. §. 2, p. 254; *Itter*, l. c. §. 14, pag. 726.

Palatinatum Rheni, pari Jure nactus legitur *Otto Wittelſpachius*, nuptias celebrando cum *Agnete*, *Henrici* C. P. R. Ducisque Saxoniæ, filia; vid. *Ladislaus Sundhemius*, de *Guelfis Principibus*, apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Scriptor. Brunſuic.* p. 805. verbis præced. Lib. I, Tit. XI, §. 1, lit. b, pag. 957 & 958, extantibus; *Andreas* Presbyter *Ratisbonenſis*, p. m. 30, cujus verba itidem ſupra l. c. pag. 963, retuli. Narratio *Altahenſis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2, p. 21; *Nauclerus*, Vol. 2. Chronographiæ, Generat. 34 p. 747; vid. ſupra l c. pag. 963; *Aventinus*, *Annal. Bojor.* lib. VII, Cap. 3, §. 11, pag. 632; *Itterus* l. c. §. 15, p. 726.

In diplomate erectionis Ducatus *Brunſuicenſis* & *Luneburgenſis*, in gratiam *Ottonis Pueri*, à *Friderico II.* Imp. in Comitiis Moguntinis, An. 1235, confecto, hæc offendimus: *Ducatum ipſum in Feudum Imperii, Ei conceſſimus, ad hæredes ſuos, Filios & Filias, hereditariè devolvendum &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, in Catalogo Ducum Saxoniæ, p. 199; add. *Itterus* l. c. p. 727.

Clivenſis, *Menapiorum Ducatus*, *ceſſit in Arnulphi*, *Sicambrorum Ducis, dominatum; ex Uxore, Catharina Clivenſi: Francicas res moderante Karolo VII; ut, ait Henricus Aquilius, in Geldricis Chronicis. Juliacenſis item Ducatus annectitur Clivenſi ditioni, ab Filia Wilhelmi Ducis Juliacenſis, quam Janus Clivenſis Conjugio ſibi copulavit. Geldrenſis autem, Sicambrorum Ducatus, traducitur ad Wilhelmum, Principem Juliacenſem, Mariæ Conjugem; qua, Raynaldi II. Ducis filia, cœlibe maſculorum choro, Gheldriam pertulit ad Virum Juliacenſem &c.* Ita *Choppinus* l. c. Lib. 3, Tit. VI, §. 35, pag m. 274; Conf. *Beſoldus*, Diſſ. de *Succeſſ. Reg.* lib. I, Diſſ. 11, §. 15; *Knichen*, de *Veſtiturarum pactionibus* c. 3, §. 10, & 11, p. 135, & 136; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 4, cap. 8, §. 109, p. 186; & lib. 5, Cap. 10, §. 7, p. 242 &c. ubi Privilegium *Caroli V.* Imp. exhibet, ſub dato *Regenſpurg*, 19 Jul. 1546, *Wilhelmi*, *Juliaci*, *Cliviæ* & *Montium* Ducis, filias, in defectum maſculorum, ad ſucceſſionem in hoſce Ducatus, reliquaque eo ſpectantia Imperii Feuda, reddentis; *Itterus* l. c. §. 15, p. 728; *Mylerus* l. c. Part. I, c. 24, §. 1, pag. 722, *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 4, Cap. 8, §. 109 &c. pag. 186; & Lib 5, Cap. 10, §. 4, p. 240 &c. *Eyben* l. c. Ab obitu *Johannis Wilhelmi*, *Juliaci*, *Cliviæ*, *Montiumque* Ducum poſtremi, An. 1609, Sereniſſ. Electorem Brandenburgicum, bonis avibus, theſin hanc propugnaſſe, pluribus oſtendi in *Memorabilibus* meis (*Merckwürdigkeiten*) *Seculi XVII*, ad An. 1609, Cap. 4, §. 10, p 289 &c.

De Ducatu *Megapolitano* vid. *Thoming*, Conſ. 4. Vol I; & *Mylerus* l. c.

Quomodo, per Fœminas, *Thuringiæ* Landgraviatus,

tus, ad *Miſniæ* Marchiones, & ſimul *Haſſia*, ad Duces *Brabantinos*, Sec. XIII. pervenerint? præced. lib. I. Tit. XVI, in Catalogo Ducum Thuringiæ, pag. 238 &c. expoſui. Conf. *Choppin* l. c. *Myler* l. c. Dn. *Imhoff*, *Notit. Procer. Imper.* lib. 4. Cap. 7, §. 1 & 2. p. m. 174.

Sic etiam Ditio Coburgica, ad Landgravios Thuringiæ, connubio fortunante, pervenit; Jutta etenim, vidua, & Johannes Hennebergicus, diſpertitionem dominatus illius inierunt An. 1347, profeſto Matthæi Apoſtoli --- Qua defuncta, Generi diviſerunt ſocrus portionem. Spangenberg, Chron. Henneberg. lib. V, cap. 16, fol. 201 &c. Hæc *Knichen* l. c. §. 10, p. 135 & 136. Conf. *Itter* l. c. pag. 730.

Eodem titulo Sereniſſima Domus *Würtembergica* aucta noſcitur, Sec. XV. Ducatu pariter *Teccenſi*, & Comitatu *Montiſpelicardenſi*; nam *Eberhardus, Wurtembergenſis Comes, in Uxorem duxit* (An. 1419) *Henriettam, filiam Henrici, ultimi Comitis Montisbelgardenſis, qui, An. 1395. ad Nicopolim periit, & inde Montisbelgardia Illuſtriſſima Familia Wurtembergica acceſſit &c.* Sunt Verba *Limnæi* l. c. §. 110, p. 186; Conf. *Cruſ. Annal. Suev.* lib. VI. Part. 3. cap. 11; *Choppin* l. c. §. 40. p. 276; *Narciſſus Schwelin, Chron. Wurtenberg.* ad An. 1419, p. m. 60. *Myler* l. c. §. 2. pag. 254; *Itter* l. c. §. XVI, pag. 729; Dn. *ImHoff* l. c. Cap. VI. §. 5, p. m. 168. De Ducatu *Teccenſi*, inquit *Schwelin* l. c. ad An. 1417, p. m. 59: *Graff Eberhard der IV, hatte drey Gemahlin ---- die Andere war* Beatrix (al. Judith) *Friderich des IX, und letzten Hertzogen zu Teck, Tochter --- durch welchen Heurath gemeldtes Hertzogthumb Teck, ſamt dem Hertzogthumb Urslingen, mit deſſen Gütern, auf dem Schwartzwald, an das Hauß Würtemberg erblich und eigen erwachſen &c.* Conf. *Pontus Heuterus*, de *Orig. Habſpurg.* c. 8, f. 25; & *Beſoldus*, cit. Diſſ. de *Succeſſione, quæ Regni ſit jure*, lib. I, Diſſ. 12, n. 13 & 14, *Limnæo* l. c. §. 111, p. 186. laudati; *Myler* l. c. *Itterus* l. c.

Lotharingiæ quoque Ducatum in fœminas tranſire, citra controverſiam eſſe, tradit *Sprenger*, in *Lucerna*, Cap. 2. p. 187. Conf. *Choppin* l. c. §. 19, p. m. 266 & 267; *Knichen* l. c. Cap. 3. §. 9, pag. m. 135; vide tamen, quæ *Itterus* l. c. §. 15, pag. 727 & 728. hic monet.

Ante annum 1531, & *Oldenburgicum* Comitatum Feudis ſœmineis fuiſſe annumeratum, contendit Dux Holſato-Gottorpinus, in Actis contra Agnatum Plœnenſem; vid. *Acta Holſato-Oldenburgica*, in *Diario Europæo*, Tom XXV, p. 175.

De Comitatibus *Sainenſi* & *Ritbergenſi*, necnon Dynaſtiis *Eſenenſi* & *Jeverana*, in Oſtfriſia, idem affirmat Ill Dn. de *Eyben* l. c. §. 13, pag. 350; Conf. *Itterus* l. c. pag. 731; & quæ de Comitatu *Ritbergenſi* præced. Tit. 2, §. 60, lit. e, v. 15, pag. 326, dixi.

Comitatum *Müntzenberg*, dimidiamque partem Comitatus *Lichtenbergenſis*, adhuc per matrimonium, *Hanoviæ* Comitibus obveniſſe, tradit *Sprenger*, in *Lucerna*, Cap. VI, pag. 374; Conf. *Itter* l. c. pag. 730.

Sed & Comitatus *Falckenſteinius*, tanquam Subfeudum Lotharingicum, fœminas à ſucceſſione non repellere perhibetur; vid. *Sprengeri Ellychnia*, p. 362; & *Itter* l. c.

De Ditionibus ampliſſimis, *Chriſtinæ*, Suecorum Reginæ, in Pacificatione *Oſnabrugenſi*, An. 1648. Art. X, ab Imperatore & Imperio ipſiſmet, concreditis, aliisque pluribus, huc ſpectantibus ne dicam. Conf. præced. § 17, lit. e, ad Ann. 1544, 1592, 1644, 1690.

(d) SECUNDIS NUPTIIS &c. Ob rationem, quam *Conſtantinus* Imp. in Reſcripto ad Populum, An. 326, ſuppeditat, L. 22, C. de *Adminiſtratione Tutorum* (lib. V, Tit. 37) circa finem: *Lex enim*, inquiens, *non ſolum contra Tutores, ſed etiam contra Fœminas immoderatas atque intemperantes, proſpexit Minoribus, quæ plerumque novis maritis non ſolum res Filiorum, ſed etiam vitam, addicunt &c.* Ab initio etiam, teſte *Valentiniani, Theodoſii & Arcadii* Impp. Reſcripto ad *Tatianum*, ſub dato *Mediolani*, An. 373. L. 2, C. *Quando Mulier tutelæ officio fungi poteſt* (lib. V, Tit. 35) renunciatio hæc juratò fieri debuit; poſtea verò id correctum, per *Novel. 94. Ut, ſine prohibitione, Matres tutelam gerant Minorum*, Cap. 2. circa finem, ubi certum, ſufficere renunciationem ſimplicem, absque juramento, in Judicio tamen factam, additaque reſtrictione, ut, ſi Mater ad ſecunda vota tranſeat, ea repentè à tutela expellatur; Conf. Auth. *Sacramentum*, C. *Quando Mulier Tutelæ officio*, *Gothofredus*, in Notis ad cit. Novel. Cap. 2, lit. q; *Petrus Heigius*, P. 2, Quæſt. Ill. 13, §. 46; *Carpzovius, Juriſprud. Forenſ.* P. 2, Conſtit. XI, Definit. 14, §. 5 & 7, p. 461; *Brunneman.* ad dict. Auth *Matri*, C. *Quando mulier Tutelæ officio &c.* p 451; Dn. de *Eyben*, cit. diſſ. de *Tutela Fœminea*, P. 3, Membr 2, §. 3 & ſeqq. p. m. 353, Dn. *Alexandri*, diſſ. de *Tutela materna Principum Imperii*, Cap. 3. §. 7, p. 78; Nec diſcrimen hic inter Fœminas Illuſtres, aliaſve inferioris notæ, conſtituendum eſſe, documento ſunt preces Comitiſſæ cujuſdam, tutelam Filii in Camera petentis, apud *Gylmannum*, Tom. I *Symphorem. Cameral.* P. 2, Tit. 1, Supplicat. 1, p. 3, unde ſua Dn. *Alexandri* l. c. Cap. 3. §. 6, p. 76: pariter ac Tutorium *Ferdinandi III* Imp. de An. 1639, 10 Oct. Duciſſæ Megapolitanæ, & Principi Anhaltino, conceſ-

ſum,

Digitized by Google

ſum, *in dem wahrhafften Abdruck der Kayſerlichen* Reſolution, *in Sachen Mecklenburg*, contra *Mecklenburg*, in Puncto Tutelæ, p. 29, ad quod Dn. *Eyben*, l. c. §. 4, p. 354, provocat; jung. Confirmatio Cameralis Tutelæ *Mariæ Eleonoræ*, à *Ludovico Philippo* C. P. R. Simmerenſi, Marito, conſtitutæ liberorum Tutricis, de An. 1655, 30 Oct. apud Dn. *Alexandri* l. c. pag. 77; nec non Juramentum Dn. *Georgii Fabricii*, ex mandato & nomine *Magdalenæ Sybillæ*, *Wilhelmi Ludovici*, Ducis *Würtenbergici*, Viduæ, qua Tutricis *Eberhardi Ludovici*, filii, An. 1677, in Aula Cæſarea præſtitum, apud Dn. *Alexandri* l. c. §. X, p. 81 verb. *Ich*, Georgius Fabricius, *gelobe und ſchwöre, in Krafft des ſchrifftlichen Gewalts, ſo ich von Frauen* Magdalena Sybilla, *verwittibten Hertzogin zu Würtenberg und Theck, empfangen, und zum Kayſerlichen Reichs-Hofrath übergeben hab, in die Seel derſelben, daß Sie, als neben Herrn Friederich Carln, Hertzogen zu Würtenberg und Theck,* Adminiſtratorn *und Ober-Vormunden, verordnete Ober-Mit-Vormünderin, weyl. Ihres Ehe-Herrn, Wilhelm Ludwigen, Hertzogen zu Würtenberg und Theck &c. hinterlaſſenen Sohns, Herrn Eberhard Ludwigen, Hertzogen zu Würtenberg und Theck, wie auch der Printzeſſinn*, Eleonoræ Dorotheæ, Eberhardinæ Louiſæ, *und* Magdalenæ Wilhelminæ, *was Ihnen*, Pupillen, *gut und nützlich iſt, thun und handeln; was unnütz- und ſchädlich, vermeiden, unterlaſſen und verhüten; die Ober-Mit-Vormundſchafft, zu der* Pupillen *Nutzen, in gutem Glauben und Treuen, vertretten, und im beſten vorſtehen, und ſonſt alles das thun welle, was Sie denen Reichs-Satzungen, und dem mit obgedachten Herrn Hertzog Friederich Carln zu Würtemberg getroffenen Vergleich nach, zu thun ſchuldig iſt, alles bey Verpfändung Ihrer Haab und Güthern, als wahr Ihr GOtt helffe, und das H. Evangelium &c.* Ex qua formula ſimul apparet, (1) nec Tutrices Illuſtres, poſtquam voluntatem ſuam ſuſcipiendæ tutelæ, coram competente Judice, ſemel declaraverint, immunes eſſe à juramento in ſuſcipiendis Tutelis, regulariter præſtando; (2) Eas, non minus ac Tutrices alias, ſub hypotheca generali omnium bonorum, promittere teneri, ſe tutelam fideliter, & juxta præſcriptas Leges, conventioneſque, geſturas; (3) juramentum hoc etiam per Mandatarios præſtari poſſe. (4) Illud non eſſe confundendum cum juramento, quod olim, in renunciatione ſecundarum nuptiarum, & SCti Vellejani, præſtandum erat; cum hodie non niſi in adminiſtrationem ipſius tutelæ dirigatur, nec amplius in dictam renunciationem novi matrimonii, memorative SCti. Paulo pleniorem juramenti hujus formulam ſiſtit *Rhodingius*, in Appendice *Pandect. Cameral.* Mantiſſ. 1, p. 12; Quoad juramentum Tutricum privatarum, vid. *Chur-Pfaltziſche Landts-Ordnung*, de An. 1582, P. 1, Tit. 3, Art. 3: *Wittwen mogen mit Vormund ſeyn*, p. 26, & Art. 5, *Vormünder ſollen zuvor Pflicht thun &c.* p. 27 &c. *Auguſti*, Ducis Saxon. qua Adminiſtratoris Magdeburgici, *Policey-Ordnung*, An. 1652, Cap. 13, p. 61 &c. *Georgii Wilhelmi*, Duc. Brunſuic. & Luneburg. *Revidirte Zelliſche Hof-Gerichts-Ordnung*, An. 1685, Tit. XXI, *der Mutter, als* legitimæ Tutricis, *Ayd*, p. 313; Conſtitutioneſque aliæ.

(*e*) SCTO VELLEJANO &c. Vid. *Novel.* 94, *ut, ſine prohibitione Matres &c.* Cap. 2, & *Novel.* 118, de *Hæredibus ab inteſtato*, Cap. V. Tenentur autem Matres, & Aviæ Tutrices, SCto huic renunciare, ne, (1) in Tutelæ Judicium vocatæ, beneficio ejus ſe tueri ſatagant; nec, (2) privilegiis reliquis ex eodem SCto, vel aliunde, Sexui muliebri competentibus, munitæ, in damnum pupillorum, aliquid moliri. Vid. Dn. de *Eyben* l. c. §. 3. p. 353, & §. 7 & 8, p. 354. *Carpzovius* l. c. *Brunnemannus* l. c. aliique, Dn. *Alexandri* l. c. §. 8, p. 79 & 80, hoc titulo laudati. Quadrant huc etiam, quæ de ſecundis nuptiis, præced. lit. d, adduxi Acta publica.

(21) Alii putant, Matrem tutricem dari non poſſe; quia Principum, Comitumque, vel ſaltem Principatuum, aut Comitatuum, & Feudalium, gubernatio non pertinet ad Fœminas, utpote cum à ſucceſſione (*a*) in ipſis excluſæ ſint. *Vid. Heigius, Part. 2, Quæſt. XIII*, §. *49 & ſeqq.*

NOTA.

(*a*) A SUCCESSIONE &c. Fœminas in genere ab adminiſtranda Tutela excludentes, afferunt communiter, (1) Eas regulariter ab omnibus Officiis Civilibus, proinde & à *tutelari*, removendas eſſe &c. arg. Inſtit. de *Excuſat. Tut.* princ. nec non L. 12 ff. de *Edendo* (Lib. 2, Tit. 13) L 1, §. 5, ff. de *Poſtulando*, (Lib 3, Tit. 1) L. 12, §. *Non autem omnes &c.* ff. de *Judiciis*, (Lib. V, Tit. 1) L. 2, ff. *Ad SCtum Vellejanum*, (Lib. XVI, Tit. 1;) L. 2, ff. de R. J. L. 1, C. *Quando mulier tutelæ officio*; (lib. V, Tit. 35) (2) Pudicitiæ muliebris ſexus haud congruere, quod Civilibus negotiis ſe immiſceant, arg. cit. L. 1, ff. de *Poſtulando &c.* (3) Ultra ſexum fœmineæ infirmitatis cenſeri Tutelæ officium; arg. cit. L. 1, C. *Quando mulier &c.* (4) Animi Conſtantiam, rerum peritiam, maturamque deliberationem, quæ in bono Tutore requiruntur, Fœminis non ineſſe, utpote quarum conſilia ſæpe adverſus propria

propria ipſarum commoda laborare inveniatur, Reſcripto teſte *Honorii & Theodoſii* Impp. ad *Martianum*, Prætorio Præfectum, L. 4. C. de *Sponſalibus*, (Lib. V. Tit. 1) (5) Jure Saxonico, Fœminas ipſasmet ſubeſſe Curatoribus; (6) Illuſtribus Fœminis ſpecialiter contrariari, quod (1) in Feudis non ſuccedant vid. ſeq. §. 35. lit. d. (2) ordinaria ſervitia, ad quæ Vaſalli adſtringuntur, præſtare nequeant; (3) in præjudicium Domini Directi, Agnatorumque, ne dicam ipſiuſmet pupilli, ob imbecillitatem naturalem, facile quid committere poſſent, tutelæ officio ſi fungerentur; (4) Scabini *Lipſienſes*, æque ac *Wittebergenſes*, toties quoties, contra eas, hoc titulo, pronunciaverint; (5) ex univerſali quaſi conſuetudine, Fœminæ à Feudorum Regalium tuitione abigantur.

Per *Albinos*, intelligi, in Gallia, *Peregrinos*, extra Regni limites natos, nec Regi Galliæ ſubjectos, commorandi tamen gratia eò ſecedentes, annotavit *Lud. Pellens*, *Quaſt. Forenſ.* 129, verb. *Aubains, ſont Eſtrangers, nez en Pays, qui n'eſt de la Souveraineté de la Couronne de France; qui ne ſont nez dedans le Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de l'obeiſſance du Roy de France.* Hinc *Springsfeldius* l. c. *Jus Albinagii, eſt jus peregrinitatis, ſeu jus alibi natorum; Gallicè, Le Droit d'Aubeine, hoc eſt, jus Albinatus &c.* & *Limnæus*, *Notit. Franc.* lib. 2, Cap. VII, lit. XX, p. 493: *Peregrini, in Francia vocantur Aubains, vel Albini, quos ita dictos volunt, quaſi alibi natos;* immediatè annectens: *Quæ communis eſt opinio;* minimum placet hæc etymologia *Guilielmo Benedicto*, in C. *Rainutius*, in verb. *Uxorem, nomine Adalaſiam*, n. 143; *Nicolao Boërio*, in Comment. *Conſuetudinum Bituricenſium*, Tit. *Des Coutumes, concernans Teſtaments, ou dernieres Volontez.* §. fin. col. penult. verſ. *Præterea &c.* & in *Deciſ. Burdegal.* Deciſ. XIII, §. 17 & ſeqq. nec aliter *Petrus Gregorius*, Tholoſanus, de *Republica*, Lib. 4, Cap. 4, §. 1, p. m. 93. ſcribens: *In Gallia, extranei & peregrini dicuntur Albini, h. e. alibi nati; vel melius Aulici, quaſi advenæ: mutatione modica literarum.* Quo tamen additamento innuit Etymologiam *Aubain*, à vocibus *alibi natorum* deſumptam, non ſatis firmam eſſe. Hinc alii eandem vocem deſcendere putant, ab *Albione*, ſive Anglia, exiſtimantes: *Albinagii jus*, in odium Anglorum, primitus in Galliam introductum, vid. *Bret*, de *la Souveraineté du Roi*, liv. 2, Chap. 8, p. 220: *Pour ce qu'il fut premierement introduit en France, en haine des Anglois, dont l'Isle étoit appelleé Albion, par les Anciens, pour revanche de ce que, ſous Edoard III, ils firent defenſes aux François, d'habiter en leur pays, à peine de la vie* &c. (Meminit hujus conſtitutionis *Choppinus*, cit. Lib. I, Tit. XI, §. 3, pag. 68. verb. *Nota eſt Eduardi III Lex Anglica, Ne alibi nati, quam in Britannia Inſula, admitterentur ad fundorum hæreditates; Anno ſecundo Regni: ut Angliæ Chronicis memoratur, ac Libro Joh. Leſſæi, de Succeſſione Regnorum Angliæ & Hiberniæ;*) aſt diu antea Jus hoc Gallis fuiſſe cognitum, diſcimus ex *Ludovici Sancti*, Reg. *Stabilimentis*, l. 2. c. 30, apud *Du Freſne*, l. c. voc. *Aubena*, p. 123: *Se aucuns Aubains, ou Baſtard, muert ſans hoir, ou ſans lignage, li Roy eſt hoirs &c.* nec non ex Statuto *Philippi Pulchri* Regis, de An. 1301, apud eundem, l. c. *Collectores per Nos deputati in negotiis manuum mortuarum Aubenarum, & Baſtardorum*, & infra: *In bona Saiſina percipiendi & habendi Bona talium Baſtardorum & Aubenarum, decedentium &c.* Alii proinde originem vocabuli *Albini*, à Scotis, quos *Albanos*, Priſci vocarunt, repetendam arbitrantur, eo quod *conſuetudo peregrinandi pene in naturam ipſorum converſa fuerit*, (ut *Walafridus Strabo*, Lib. 2, de *Vita S. Galli*, Cap. 47, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alamannicar.* Part. 2. p. 176, loquitur) traducta poſtmodum voce ad omnes Extraneos, incolatus ergo, in loca peregrina transmeantes. vid. *Du Freſne*, l. c. voc. *Albanare*, §. *Quidam porrò*, p. m. 124: Aliis adhuc dicti videntur *Albini*, quaſi *trans Albim nati*, origine à Saxonibus Trans-Albinis, à *Carolo Magno* devictis, magnoque numero in Galliam traductis, deducenda, utpote quibus non ſolum Teſtamenti factio, ſed & jus ab inteſtato ſuccedendi ademptum fuerit, bonis eorum, ex quo deceſſerint, pro caducis habitis; vid. *Dietherr*, ad *Beſoldi theſaurum*, voc. *Nachſtener*, p. 678, ad auctoritatem *Nicolai Burgundi*, Tract. 14 *Controverſiarum ad Conſuetudines Flandriæ*, provocans. Sed hæc omnia incerta; mihique perinde eſt, quam ſententiam, calculo tuo approbes. Synonyma ſunt: *Aubaineté, Aubanité* & *Aubenage;* vid. *du Freſne* l. c. voc. *Aubena*, p. 123.

(*b*) OCCUPAT &c. In tantum, ut Fiſcus Regius, in occupandis ejuſmodi Bonis, Territoriales etiam Dominos, quantumvis merum Imperium, altamque Juriſdictionem habentes, excludat. Vid.

Choppinus loc. cit. *§.* 1, p. 67 & 68: *Inveteratum hoc Corona Jus in bona Exterorum, videtur primitus ortum ex Decreto Regum, Edictove peculiari. Unum, præ aliis, extat Caroli VI Regis, luce 5 Sept. An. 1386: quo Edicto, nominatim Sceptris reſervavit hic & Peregrinorum allectionem in Jus Gallica Civitatis, & in eorum bona ſucceſſionem: Inferioribus Dynaſtis excluſis &c.* (Antiquiorum, ſcil. *Ludovici Sancti*, & *Philippi Pulchri*, ſeu *Longi*, modo facta mentio) conſ. *Joh. Pyrrhus*, JCt. Aurelianenſ. in *Conſuetudinib. Aurelian.* Tit. XVI, de *Succeſſ.* §. 14, v. *Item in Text. Klock*, l. c. § 249, p. 24; *Fritſchius, Manual. Juriſprud. Publ.* voc. *Albinagium; Frützweiler*, cit. diſſ. Inaug. de *Bonis vacantibus*, §. X, p. 9. Quare *Gulielmus Benedictus* l. c. *Rex omnia eorum bona occupat Jure Albanagii: excluſa omni parentela, conjuge, & quocunque alio legitimo ſucceſſore &c.* Vid. *Spelman* l. c. qui ſimul SCti *Pariſienſ.* d. 6 Jun 1539, meminit: *Albanos, ſeu Peregrinos, ne in pium quidem uſum teſtari poſſe.* Habentur enim eorum Bona pro vacantibus, quæ Fiſco cedunt; vid. præced. Tit XVIII, §. 71, lit. e. p. 1513, unde *Magerus* l. c. §. 138, p. 656: *Omnia eorum* (Albinorum) *Bona, tanquam vacantia, his mortuis, Fiſcus occupat, Jure Albena, ut dicit Gloſſ. in Pragm. Sanct. in Tit. de Collat §. Veruntamen; in verb. Liberius, vel fin. verb. Item, ſi Scholaris decedat. Chaſſan. in Lib. Conſuetud. Burgund. in Tit. Des Confiſcations, §. 1, n. 37, 38 & 39. Nicol. Boerius, in Deciſ. Burdegal. Deciſ. 13, n. 17, uſque ad n. 22, & cumulatiſſimè, per Benedict. in C. Rainutius, Verb. Et Uxorem, nomine &c. n. 142, Verſ. Et tale Jus Albinagii &c.* Add. *Du Freſne* l. c. voc. *Aubena*, p. 123: *Noſtris Aubene, ſeu Aubaine, eſt Jus, quod habet Fiſcus in Albanorum decedentium bonis: ut in Conſuetud. Senonenſi Art. IX, Altiſſiodor. Art. XIII &c.*

De origine hujus Juris, nihil certi proferri poteſt, nec tamen adeò abſurdè autumat *Franciſcus de Claperiis*, Deciſ. 1, q. 1, n. 7: ad ſimilitudinem antiquæ Romanorum *Latinitatis*, illud introductum; Romani enim ſubactis Provinciis, quoties defectionem pertimeſcebant, eos, quorum fides anceps videbatur, ne rebellionem cierent, per Colonias, in aliam translocare Provinciam erant ſoliti, quibus inditum ſimul *Latinorum* nomen, quorum ea erat conditio, ut viventes quidem jus proprium haberent, libertatemque agendi omnia, quæ Cives Romani, aſt de bonis ſuis nec teſtari illis licuerit, nec mortis cauſâ diſponere, nec ſcribere hæredes, bonis eorum, poſt vitam ipſorum, in Fiſcum redactis, eo quod mori crederentur ut Servi; quamvis *Latinitas* hæc poſtea à *Juſtiniano* fuerit abrogata, utpote cui *intolerabilis* viſa *libertas, ex qua, ipſo tempore mortis, in eandem perſonam ſimul & libertas & ſervitus concurrant.* Vid. Lib. I, C. De *Latina libertate tollenda*, (Lib. VII, Tit. VI.)

Quo minus etiam, Peregrinorum præjudicio, tale quid in Germania iterum introduceretur, tulit Legem *Fridericus II.* Imp. quæ L. 10. C. *Communia de Succeſſionibus* (Lib. VI, Tit. 59.) inſerta reperitur, ſic ſe habens: *Omnes peregrini, & Advena, liberè hoſpitentur, ubi voluerint: & hoſpitati ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſſa ſervetur. Si verò inteſtati deceſſerint, ad Hoſpitem nihil perveniet, ſed bona ipſorum, per manus Epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, Heredibus tradantur, vel in pias cauſas erogentur. .... Non obſtante Statuto aliquo, aut conſuetudine, ſeu privilegio, qua hactenus contrarium, inducebant. Si qui autem contra hanc Noſtram Conſtitutionem venire præſumpſerint: eis, de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt &c.* Nihilominus autem æquipollens *Albinagii Jus* in Gallia, viridis adhuc obſervantiæ eſt, dum Peregrini, ibi degentes, plena quidem libertate fruuntur, & bona *Jure proprio* poſſidere, ea vendere, donare, permutare, reliquosque contractus omnes celebrare, poſſunt, ad inſtar Regnicolarum, Civiumve natorum; de bonis vero ſuis, poſt fata, diſponere, hæredemque pro lubitu inſtituere, omnino prohibentur, ſucceſſore ſemper Fiſco; vid. *Petrus Rebuff.* in Proœm. *Conſtitutionum Regiarum*, T. 1, Gloſſ. V, §. 82; *Magerus* l. c. §. 140 & ſeqq. pag. 656; *Speidelius* l. c. voc. *Albinagium*, p. m. 21. Ob hanc cauſam, nec vitio vertendum Germanis Principibus, quorum ſubditi in Gallia à Jure teſtandi excluduntur, ſi, juſtiſſima retorſionis Lege, idem Jus Subditis Gallis denegent; (Vid. Ill. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* Cap. 31, §. 27, pag. 449; Ill. Dn. *Stryck*, de *Cautelis Teſtament.* l. c. & de *Uſu moderno Pandectarum*, Lib. 2, Tit. 2, §. 2, p. 208; Dn. *Franckenſtein* l. c. §. 25, p. 32) præſertim cum Summo Principi advenas in Cives cooptare liceat, ſub quibuscunque Legibus; utut alias *nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium*, arg. L. 1. C. de *SS. Eccleſiis*; inſuperque iniquitatem ſapiat, privatis Legibus auferre homini libero rerum ſuarum Dominium, Jure communi conceſſum; vid. *Arniſæus*, de *Jur. Majeſt* lib. 3, Cap. 6, §. 20; ne dicam, Divinis præceptis de *Hoſpitalitate*, quam Chriſtiani invicem ſibi debent, apertè reluctari, ubi hoſpites juſto durius tractantur, quod fit, ademta eis libera teſtandi facultate; Vid. *Limnæus*, ad *Capitul. Caroli V*, Art. XIII, voc. *Gebohrnen Teutſchen*, §. 26, p. 205; imò, per præfatam *Friderici II.* Imp. Conſtitutio-

Digitized by Google

tutionem, *Jus Albinagii*, ſub gravi pœna, publicè abolitum; unde forſan *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. VI, §. 14, p. 175, illud, apud moratiores Populos, meritò exoleviſſe tradit; cum hic non ſit quæſtio, de fundamento, ſeu ratione, hujus Juris, ſed de eo, quod, tali caſu, libero Populo liceat, adverſus alium, apud quem ejusmodi jus, in præjudicium peregrinorum, exercetur, ceu in Gallia fieri amat, pariter ac, (ſi vel *Bodino*, cit. Lib. I. de *Republ* Cap. VI, §. 62, p. 97, *Hermanno Kirchnero*, de *Republ.* Diſp. VII, Art. I, aliisque, credendum,) apud *Italos, Siculos*, nec non *Aſia Africaque* Gentes, certoque modo apud *Suecos*, quorum Rex tertiam bonorum partem, à defunctis mercatoribus extraneis relictorum, ſibi vindicare legitur; Vid. *Beſchreibung des Konigreichs Schweden*, P. 1. Cap. 26. p. 645; & Dn. *Franckenſtein*, cit. Diſſ. de *Uſu Albinagii in Germania*, §. 25 p. 32; Nihil proinde iniqui, cum Germani, hac in parte, *jure talionis* adverſus Gallos, Suecos, Italos &c. utantur. Vid. præced. Tit. XVIII, §. 50, lit. c. pag. 1486 &c. Nec exempla deeſſe, docet *Dietherrus*, in Addit. ad *Beſoldi Theſaurum*, voc. *Nachſteuer*, p. 678, verb. *Respublica Argentoratenſis idem* (Jus Albinagii) *Anno 1639, exercuit, in bonis defuncti* Golſchen, *Paſteten-Beckers, qui quidem Civis Argentoratenſis fuit, ſed cum ſuos hæredes Cives Argentoratenſes non haberet, ſed peregrinum ex Fratre Nepotem, Fiſcus illos excluſit, talionis jure, cum hoc Jus Galli contra Argentoratenſes etiam exerceant; ut benè Dn. D. Rebhan annotavit ad Speidelii Notabilia.*; Conſ. *Jod. Hackman*, de *Jur. Albin.* c. 9. Dn. *Franckenſtein* l. c. §. 25, p. 32. Cum Anno 1690, 31 Mart. *Hercules de Boiscler*, Longovillanus, (de Longueville) Gallus, Venatui, quem vulgo *par force Jagds* vocant, Præfectus, (*Ober-Jäger Meiſter der par force Jagds*) Zellis mortem oppetere!, Sereniſſ. Dux *Georgius Wilhelmus*, hæreditatem ejus, ex Capite retorquendi Juris Albinagii, rectè ſibi adſcripſit, quamvis, ſub dato 23 April. 1691, eandem defuncti Germano, *Johanni de Boiscler*, ejusdemque ex alio Fratre nepti, *Maria Margaretha Renata de Boiscler*, in Gallia commorantibus, liberaliter poſtea donaverit, ſcribens inter alia: *Licet, ſi velimus, illam* (hæreditatem) *eodem Jure, quo Rex Galliæ Exterorum bona, quotquot horum in Ejus Regno moriuntur, ſibi & Fiſco vindicat, Nobis ſumere poſſemus, idque in primis hoc tempore, quo Bellum Germaniam inter & Galliam adhuc flagrat: tamen &c.* An. 1704, 2 Julii, occiſo, in prælio ad *Schellenbergam*, Chiliarcha Dn. de *Tozin*, itidem Gallo, laudatus Princeps, cui ſtipendia fecerat, adhuc eodem titulo, vacue facta ejus bona ſibi aſſeruit, partim deinceps Hoſpitali *S. Wilhelmi*, Zellis dono data, partimque in alios uſus erogata. *Anno 1705, den 15 Aprilis, haben Seine Durchl. weyl. Hertzog Georg Wilhelm, Glorw. Ged. Dero Diener, Jean Rouvier, aus Franckreich bürtig: (Obgleich Sie Sich ſonſten des in Franckreich üblichen* Droit d' Aubaine *wohl zu gebrauchen befugt, ümb ſo mehr, da die Kron Franckreich pro Hoſte Imperii declariret &c.* Verb. Protocolli) *die beſondere Gnade gethan, und ihm zu teſtiren vergonnet, jedoch mit der Bedingung, daß er, Teſtator, die Helffte ſeiner Güther, welche, in circa, in drithalb tauſend Thaler beſtanden, allhier im Lande laſſen ſolte; quod factum. Die neu erbauete Reformirte Kirch, und hieſiges Waiſen-Hauß. (zu Zell) haben ſolche* (dimidium) *empfangen &c.* Hæc ex literis Amici. Nec dubium eſt, quin ſimiles caſus plures, hinc inde per Germaniam, occurrant.

(c) SCHOLASTICI &c. Satis rigidè licet *Albinagii Jus* in Gallia, adverſus Extraneos, ibi morientes, exerceatur, attamen ſubinde dari exceptiones, manifeſtiſſimum eſt. Ceſſat enim hoc Jus.

(1) Quando Rex alicui, ſolenni diplomate (*Lettres de Naturalité* vocant) Civitatis Jura, ſeu Indigenatum, largitur; ſive jam gratis id fiat, ſive mediante pecunia, de quo poſteriori caſu *Bodinus* l. c. Lib. I, Cap. VI, §. 62, p. m. 98: *Moribus Noſtris ac Legibus, Peregrino licet prædia, tum Urbana, tum ruſtica, & pecuniarum vim infinitam, quærere, & quæſita prædia, ſe vivo, ac ſpirante, vendere, ac diſtrahere; vel etiam peregrinis, æque ac Civibus, largiri; Jusque Civium, exiguâ pecuniâ, in ærarium publicum collatâ, impetrare, ut Teſtamento legare, aut hæredem ſcribere, quem velit, poſſit &c.* Utroque enim modo is, qui hujusmodi literas impetrat, id lucratur, ut omnium commodorum, favorum, gratiarum, libertatum, Jurium ac prærogativarum, quæ Civibus Gallis, qua talibus, competunt, reddatur particeps, conſequenter, abſque impedimento, Teſtamentum quoque condere, & in eo hæredem pro lubitu ſcribere, queat. Vid. *Ragueau, Indice des Droits Royaux*, p. 68, verb. *pour y pouvoir acquerir touts biens, meubles, & heritages, & d'iceux diſpoſer, contracter & ordonner, tant entre vifs, que à cauſe de mort, ou par Teſtament, & à ce que leurs enfants, & autres, leur puiſſent ſucceder, s'ils ſont Regnicoles, & à ſinque tant eux, que leurs enfants, puiſſent venir aux Eſtats & honneurs de la France &c.* Quæ, p. 490, prolixius deducit; *Boërius*, cit. *Deciſ.* XIII, §. 21; *Rebuff*, Comment. in *Regias Conſtitutiones*, Tr. de *Literis Natural.* Tom. 2, Gloſſ 2; *Choppin*, l. c. Lib. I, Tit. XI, §. 7 & 8, p. m. 71; & §. 32, p. 85; *Mageras* l. c. §. 144 & 145, p. 656; *Speidelius* l. c. voc. *Albina-*

binagium, pag. 22. *Wehnerus* l.c. voc. ead. pag 11; *Limnaus, Notit. Franc.* cit. Lib. 2. Cap. VII, lit. u u. pag. 492; Ill. *Stryckius*, de *Cautelis Teſtament.* cit. Cap. 3, §. 48. p. 69; Ill. *Coccejus* l. c. Cap. XXXI, §. 27. p. 449; Dn. *Franckenſtein* l. c. §. 28, p. 34; Dn. *Frützweiler* l. c. §. 10, p. 9. Quod ſi tamen gratiam hanc, immunitatis ſcil. ab *Albinagii* onere, integra Provincia à Rege conſequatur, opus eſt, ut verificatio privilegii in Curia Parlamenti accedat, cum hoc ſit alienationis Domanii Regii ſpecies. Vid *Bacquet* l. c. Part. 3, Cap. 24, §. 8. *Limnaus* l. c.

(2) Si quis *indirectè* Jus Civitatis nanciſcatur, quod varie contingit, v. g. (1) per modum admiſſionis ad Comitia, ſeu publicos Civium Conventus, ut ibi Votum dicat; vid. Ill. Dn. de *Ludewig*, de *Jure Suffragii Regis Bohemia*, Cap. 3, §. 2, Tom. 2. *Opuſculor. Miſcell.* Lib. I, Opuſc. XV, pag. 616, & ibidem in Notis, lit. e, pag. 617; Dn. *Franckenſtein* l. c. §. 28, p. 35; (2) vel eum publicum officium, regulariter non niſi Indigenis conferri ſolitum, alicui demandetur. Notum ſiquidem eſt, Regem *Carolum VII*, An. 1431, 10 Mart. Conſtitutionem promulgaſſe, quo omnibus peregrinis inhibetur: *habere officia, aut beneficia Eccleſiaſtica in Regno Gallia, aut dignitates Eccleſiaſticas, ut Epiſcopatus, ArchiEpiſcopatus, Prioratus, ſine permiſſione Regis, qui adoptavit eos in Regnicolas.* Hæc *Petrus Gregorius* de *Republica*, lib. 4, Cap. VI, §. 10, p. m 118; unde ſua *Limnaus* ad *Capitul. Caroli V*, Art. XIII, voc. *Gebohrnen Teutſchen*, §. 20, p. 204; Conf. *Bacquet* l. c. Part. 2, Cap. XV, n 1. *Choppin*, l. c. §. 1, pag. 68, addens, *Ludovicum XII* Regem, An. 1499, 13. Jun. denuo caviſſe: Alienigenam, qui extra Gallias degeret, ſacris profaniſve muneribus fruiturum neminem; (3) Aut, in Album Studioſorum Academiæ cujusdam nomen ſi quis refert; *nam*, (ut verbis *Choppini* l. c. § 27, p. 82, utar) *prater alia multa, qua Rex Philippus IV Lutetianis indulſit Muſarum alumnis, hoc adjecit Hutinus filius, ut Ii ſe, resque ſuas, poſſint ubilibet pacificè transferre, de quacunque Natione ſint oriundi; Reſcripto An. 1315 &c.* Unde Ill. *Stryckius* l. c. recte infert, tantam eſſe ſuſceptionis in matriculam virtutem & efficaciam, ut, in quocunque Regni loco Studioſi hujusmodi deceſſerint, libere de ſuis bonis teſtari, ſuisque etiam extra Galliam heredibus ab inteſtato illa relinquere queant. Conf. *Petrus Gregorius, Syntagm. Jur. Univerſ.* lib. 45, c. 16, §. 3 & 7. *Gothofredus*, in Not. ad Auth. *Omnes Peregrini*, C. *Communia de Succeſſionibus*; *Colleg Jurid. Argent.* ad Tit. ff. de *Hered. Inſtit.* §. 40, *Kleckius*, de *Contribut.* Cap. I, §. 248, pag. 24; *Hackman*, de *Jure Albinatus*, Cap. V, §. 12; Dn. *Grinſard* l. c. §. 22; Dn. *Franckenſtein* l. c. §. 25, p. 32. quamvis *Limnaus*, *Notit. Franc.* cit. Lib. 2, Cap. VII, lit. xx, p. 496. id ſaltem ad Academias *Pariſienſem* & *Aurelianenſem* reſtringere videatur. Aut (4) ſi ex Provincia oriundus eſt, quæ ex generali Privilegio, vel conſuetudine, ab onere Albinatus exemta noſcitur; quo titulo allegari ſolent: *Angli*, vid. *Mercure François*, Tom. IX, ad An. 1623; *Limnaus* l. c. p. 494; *Scoti*; Vid. *Choppin* l. c. §. 21, p. 79. *Luſitani*; Vid. *Bacquet* l. c. Cap. 7, §. 6; *Choppin* l. c. §. 34, pag. 87; *Limnaus* l. c. *Germani*; Vid *Petrus Gregorius* l. c. Lib. 42, c. 8, §. 25. quod tamen falſum, niſi in quantum de *Civitatibus Hanſeaticis* loquamur, Vid. *Choppin* l. c. §. 22, pag. 80; *Limnaus* l. c. Ill. Dn. de *Ludewig*, Diſſ. de *Civitatum diſpari nexu cum S. R. Imperio*, Cap. VII, §. 3; Tom. I. *Opuſculor. Miſcell.* Lib. I, Opuſc. VII, p. 524; Dn. *Joh. Carolus Scheurl de Defersdorf.* Diſſ. de *Juribus peculiaribus quibusdam Reipublica Noribergenſis*, Præſide Dn. *Henrico Hildebrando*, An. 1716, Menſ. Julio, *Altorfi* defenſa, Cap. 4, §. 12, pag. 83; aut de Republica *Norimbergenſi*, de qua *Wagenſeilius*, in Commentatione, de *Civitate Noribergenſi*, Cap. XXVII, p. 277, hæc ſuppeditat: *Singulare, & poſiſſimis accenſendum, Urbis Noribergenſis Privilegium eſt, quod Ejus Cives Indigenatus Jure, ſeu Naturalitate, ut vulgo appellant, per univerſam Galliam, gaudent, nec pro Albinis reputantur, ac proinde tum alibi, tum in ipſa Lutetia Urbe, nihil Civibus originariis deteriores, Domos emendi, & teſtamenta condendi, facultatem habent: ab inteſtato verò mortui, facultates ſuas, ad proximos, in Germania conſtitutos, haredes tranſmittunt &c.* Conf. Dn. *Scheurl* l. c. pag. 83: *In Privilegiis antiquis Noribergenſis Reipublica, inveniri exemtionem à Jure Albinagii, e. g. ſub die 4 Febr. 1572, certum eſt: & quamvis illud ſpecialiter à defuncto Rege Galliarum, Ludovico XIV, confirmatum non ſit, dubium tamen non eſt, quin, ſub expreſſa confirmatione veterum, qua Civitatibus Imperii competebant, Privilegiorum, Art. 52 Pac. Riſwic. facta, & hac ſimul comprehenditur &c.* Nec obſtant, quæ apud *Choppinum* l. c. §. 18, p. 77, habentur: *Victriaci, Municipes Campania Francica, adſciverunt in Societatem Gallica Civitatis, Lotharingos, Germanos, Ambarros, Brabantinos: eo pacto, ut ſibi invicem in bona ſuccederent hareditario Jure propinquitatis; id quod, annuente Rege, conſtitutum legitur Victriaca conſuetudine, §. 72 & 78 &c.* Hæc enim reſpiciunt ſaltem Fœdus, tunc inter Germanos Campanosque ictum, vigore cujus, utrinque Albinatus Juri renunciatum; aſt Fœdus iſtud non perpetuum fuit. *Belga*, vid. *Mercure François*, Tom. XVI, ad An. 1530, p. 523; *Limnaus* l. c. *Cameracen-*

Digitized by Google

racenſes, vid. Choppin l.c. §. 20, p. 79; Tornacenſes; Choppin l. c. §. 8, p. 71; Burgundiæ Comitatus Populi; Choppin l. c. §. 9, p. 72; Limnæus l. c. Flandri & Atrebates; Choppin l. c. §. 10, pag. 72; Helveti, ſtipendia facientes in Gallia; Choppin l. c. §. 20, pag. 79; Bacquet l. c. Part. I, Cap. VII, §. 2. Limnæus l. c. Grinſard l. c. §. 19. Avenionenſes, vid. Petrus Gregorius cit. Syntagm. Jur. Univerſi, lib. 42, Cap 8. §. 25; Choppin l. c. §. 16, p. 76 &c. Limnæus l. c. Genevenſes; Vid. Choppin l. c. §. 20, pag. 79; Limnæus l. c. Allique plures &c. &c.

(3) Quando Rex alicui non quidem omnes Indigenatus prærogativas, facultatem tamen liberè teſtandi, impertit.

(4) Si defunctus liberos relinquit, in Gallia habitantes. Pertinent huc præfata Ludovici Sancti Regis Stabilimenta, L. 2. c. 30. apud Du Freſne l. c. voc. Advena, p. 123: Se aucuns Aubains, ou ô ſtard, muert ſans hoir, ou ſans lignage, li Roy eſt hoirs, ou li Sires, ſous qui il eſt, ſe il muert el cuer du Chaſtel &c. ut & Regeſtum, de Nundinis Campaniæ, ibid. Toutes manieres d' Aulbains d'Outumontains, qui ſont Marchans des Foires, ſe ils muirent dedans le cours de la Foire, ſans Hoirs de leur corps, l'avoir eſt acquis au Roy &c. Hinc Cheppinus l. c. §. 34. p. 86: Novum videri non debet Jus Francici Albinatus in peregrinos: quo tamen modeſtiſſimè Reges Noſtri utuntur, nullum liberis faceſſentes negotium, in adeunda Patris extranei hæreditate. Quemadmodum SCto Burdigalenſi deciſum memorat Boerius, in eo Senatu Præſes, 6 Iduum Martiarum, An. 1534. Deciſ. 50. Nec diſſimile antea fertur judicatum à Curia Pariſienſi, inter Philippum, Venamburgi, & Claudium, Guiſiæ Comites, luce 23 Febr. An. 1515. Ne quis poſtea, cum Benedicto, exiſtimet, peregrinorum bona Regi competere, etſi liberos illi ſuperſtites reliquiſſent; in Repetit. Cap. Raynutius, ad verb. Et Uxorem; de Teſtam. Eodem vergit Ezechielis, Sacri Vatis, præceptum hoc: Advenæ, qui acceſſerint ad Vos, & genuerint Filios in medio Veſtrûm, erunt vobis ſicut Indigenæ &c. & Magerus l. c. §. 135 & 136, pag. 655 &c. Galli, ſua lingua, le Droit d' Aubaine vocant, quo nimirum Rex Extraneis, h. e. alibi extra Galliam natis, ex generali illius Regni conſuetudine, ſuccedit, ſi nimirum nullos poſt ſe liberos relinquant, nec fuerint à Rege Regnicolæ facti; Gregorius Tholoſan. lib. 3, c. 12, §. 9, Syntagm. Jur. Univerſ. Sobriè igitur legendum, quod Speidelius l. c. pag. 22, tradit: Quod Jus (Albinatus) ut iniquum, licet, per Conſtitutionem Friderici II. ſit ſublatum, per Auth. Omnes peregrini, C. Communia de Succeſſ. adhuc dum tamen in Gallia ſervatur, & peregrinorum ibi decedentium bona, excluſis etiam liberis, Fiſco cedunt; Petr. Rebuff. in proœm. Conſtit. Regiarum, T. I, Gloſſ. 5, n. 82 &c. Quæ doctrina ſalvari nequit, niſi cum Choppino l. c. dicamus: Hæc vero liberorum prærogativa pertinet ad eos duntaxat, qui Gallico in ſolo editi ſint, quive in eo degant: non qui alibi nati, Regnive ceu deſertores ac transfugæ, aliò ſe receperint, legibusque ſubmiſerint alienis &c. Quamvis & hic novum diſcrimen faciendum, haud male ſtatuere Dn. Grinſardum l. c. §. 15, arbitrarer, cujus hæc verba: Tertiò, Liberi, nati extra Regnum, ex Gallo reduce, eodem Jure (Indigenatus) gaudent, ob unitatem perſonæ, quæ inter Patrem & liberos fingitur: arg. L. 25, de Capt. & poſtlim. reverſis; qua ceſſante, literæ Principis neceſſariæ ſunt. Ceſſat aut Unitas perſonæ, ſi liberi aut, ſine Patre, adhuc apud Exteros degentes, aut, poſt mortem ejus, Regnum ingrediuntur.

(5) Si defunctus è Mercatorum numero eſt, qui ad nundinas Campanenſes, & Lugdunenſes, proficiſcuntur; Vid. Choppin l. c. §. 23, p. 80; Limnæus l. c. p. 494.

(6) Idem dicendum, de Peregrinis, qui in Septimania moriuntur, teſte Charonda, liv. 3, des Pandectes, Chap. 2, p. 20: Ceux du Pays de Languedoc pretendent, que les Eſtrangers, qui ſe ſont habitués & retirés en Languedoc, n'ont point beſoing de lettres de Naturalité, par privileges des Roys Louys XI & Charles VIII. Ragueau, en l'Indice des. Droits Royaux, p. 491. Conf. Rebuff. cit. Tr. de Liter. Naturalit. Gloſſ. 2. n. 21. Limnæus l. c. Pariter ac,

(7) De iis, qui Burdigalæ conſederunt. Vid. Petrus Gregorius Tholoſanus, cit. Syntagm. Juris Univerſi, lib. 42, c. 8, §. 25; Limnæus l. c. Dn. Grinſard. l. c. §. 20; nec non,

(8) De iis, qui modò tranſeunt; aut, pro tempore mercaturam in Gallia exercentes, fato præventi, Patrios lares repetere nequiverunt. Vid. Choppin l. c. §. 8, pag. 71. & §. 26, p. 81; Conf. Dn. Grinſard, l. c. §. 17; Quintò, Advenæ, ſeu Viatores, peregrinationis cauſa Regnum tranſeuntes, & vitam cum morte ibidem commutantes, Albinorum Juri non ſunt obnoxii: cum id tantum vim habeat in eos, qui Domicilium in Gallia fixerunt, non obſtantibus eis, quæ à Rebuffo, de Literis Natural. Art. I, Gloſſ. I. n. 80, & Papon: Not. 3 Des Lettres de Naturalité, proponuntur &c. Annectens tamen, §. 18: Ad immobilia dictarum perſonarum hæc exemptio non pertinet: quia, ita ratiocinante Ferriere, L. 1, Tit. 2, du Droit d'Aubaine, Privilegia ſtricti Juris ſunt, &

ſe non

ſe non extendunt de re ad rem; propior ratio eſt, quod, quicunque per ſe, aut alium, poſſidet immobilia, ratione eorum, pro perpetuo ſubdito habeatur: immobilia enim de loco in locum moveri non poſſunt.

(9) Immunes quoque ab hoc onere cenſentur Nati in Provincia quadam, Gallis aliquando ſubdita, licet alterius ſceptra pro tempore agnoſcat. Vid. *Cheppin* l. c. § 8, p. 71. *Du Bret de la Souveraineté du Roy*, lib. 2, Cap. 8, pag. 224. unde ſua *Limnæus. Notit. Franc.* cit. lib. 2, Cap. 7, lit. xx, pag. 494 & 495.

(10) Nec *Juri Albinagii* ſubeſſe dicuntur Gallorum Fœderati. Vid. *Cheppin* l. c. & §. 18. pag. 77; *Klock*, de *Contribut.* cit. Cap. I, §. 248, p. 24; *Gothofredus*, in L. 7. *Non dubito*, ff. *de Captivis & de Poſtliminio*. (Lib. 49, Tit. XV,) lit. m, in margine. cit. *Albinagii Jus Regibus nullum competere in bonis Confœderatorum, & ſociorum, in ſuo Territorio habitantium, hinc colligas: quod Gallis ſcitu utile eſt, propter Jus Albinagii, apud eos receptum &c.*

(11) Meritò huc etiam referuntur Principes Regentes, eorumque ſatellites. Vid. *Bret* l. c. lib. 3, Cap. 13, p. 476. *Limnæus* l. c. pag 495;

(12) Similiter Legati, ipſorumque Comites. Vid. *Bret* l. c. *Cheppin* l. c. §. 28, p. 83; *Limnæus* l. c.

Plures exceptiones quærens adeat laudatos *Beërium, Paponem, Rebuffum, Bacquetum, Du Brettum, Cheppinum* &c.

(30) Omnium primi ſunt in ſucceſſione ab inteſtato Liberi. *Vid. Grotius, lib. 2, c. 7 n. 4.* Qui etiam in Principatibus, Comitatibus, & reliquis Feudis, Regalibus & non-Regalibus, ſuccedunt; (*a*) *Vid. 1. F. 1.* Interdum omnes æqualiter, (*b*) interdum autem Primogenitus (*c*) tantum, & reliquis ſecundo-genitis certa portio aſſignatur; *2. F. 55. Aur. Bulla, Cap. VII, & 24.*

NOTÆ.

(*a*) SUCCEDUNT &c. Et quidem *Maſculi* primum, iiſque deficientibus, demum *Fœminæ*, modò feudum fœmineum ſit; alias enim Fœminæ in Feudis planè non ſuccedunt; 2 F. 30. Evolvi hic meretur *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. 24, pag. 253 &c. Conf. præced. §. 20, lit. e; & §. 21, lit. a, & ſeq. §. 35, lit. c & d.

(*b*) ÆQUALITER &c. Ubi ita introductum. Vid. præced. §. 17. lit. c.

(*c*) PRIMOGENITUS &c. Vid. ſeqq. §. 42, ad 54.

(31) In ſucceſſione Principatuum in Germania noſtra, non unus idemque ubique modus obſervatur; (*a*) Aliæ enim Familiæ ſucceſſores habent tantum Maſculos; Aliæ Familiæ & Maſculos & Fœminas. Qui Maſculos tantum ſucceſſores habent, iterum vel eos habent ſucceſſores ſimul omnes; vel Primogenitum tantum, (*b*) & ultrogenitis certa portio aſſignatur. Ubi omnes ſimul ſuccedunt, interdum Fratres Illuſtres Comitatus ſuos dividunt, tam quoad Bona & Adminiſtrationem; quam quoad Regalia & jurisdictionem, adeò, ut quilibet ſuam partem capiat, (*c*) nec alter in alterius portione aliquid Juris habeat. *Goldaſt. de Majorat. I. c. 21. n. 7.* Quidam adminiſtrationem & emolumentorum perceptionem dividunt, Regaliorum & Juriſdictionis ſubſtantia apud omnes in ſolidum permanente. *Vid. Reinking. Lib. 1, Claſſ. 4, c. 17; Limn. lib. 4. c. 8. n. 123.*

NOTÆ.

(*a*) OBSERVATUR &c. Idem obſervavit *Conringius*, ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. V, §. 28, p. 196; pene omnia, quæ ſucceſſionem in Principatibus reſpiciunt, vel conſuetudine, vel Pactis, niti, tradens.

(*b*) TANTUM &c. Quo tempore ſucceſſio ſemper ad Fratrum natu majorem in Germania devolvi cœperit? certo affirmari nequit. Id conſtat, Seculo XI, diviſionem Principalium Bonorum inter Fratres *Juris Gentium eſſe* fuiſſe exiſtimatum, vel oratione teſte, qua *Robertus*, Flandriæ Comes extorris, *Balduinum* Fratrem allocutus legitur, apud *Lambertum Aſchaffenburgenſem*, ad An. 1071, p. m. 183, ajens: *Gauderet ipſe beatus ſua ſorte, quod totam communis Patris hæreditatem, quam Jure Gentium ſecum dividere debuiſſet, ſolus, ſine conſorte, obtineret &c.* Unde ſatis liquet, etiamſi in

Flandriæ

Flandriæ Comitatu, tunc, ab immemoriali tempore, conſuetudo licentiam Patri tribuerit totam Provinciam uni Filiorum, qui ipſi potiſſimum placeret, relinquendi, (ceu ex ejuſdem *Lamberti* teſtimonio, præced. §. 17, lit. e, manifeſtum eſt,) nihilominus in genere morem hunc neutiquam fuiſſe receptum, approbatumve. Imò *Friderici I* ætate nondum multa, de hoc ſuccedendi modo, in Germania innotuiſſe, declarant verba *Ottonis Friſingenſis*, lib. 2 de Geſtis hujus Imperatoris, lib. 2, Cap. XXIX, apud *Urſtiſium*, p. 471, mentione facta *Burgundiæ* Comitatus: *Mos in illa* (Provincia) *qui pene in omnibus Galliæ Provinciis ſervatur, remanſit: quod ſemper Seniori Fratri, ejuſque liberis, ſeu maribus, ſeu fœminis, paternæ hereditatis cedat auctoritas, cæteris ad illum, tanquam ad Dominum, reſpicientibus &c.* quæ probabiliter non adhibuiſſet, ſi eadem ſuccedendi conſuetudo Germaniis fuiſſet communis, nec eſt, quod quis objiciat, 2 F. 55, §. 1, quo Textu notoriè *Ducatus, Marchia, & Comitatus* dividi prohibentur; cum ſermo ibi ſit de Regno Italiæ, nec de Germania, vid. ſeq. §. 41; reperiri tamen & apud Germanos exempla parallela, ejuſdem ævi, utut rariora, documento eſt laudati Imperatoris diploma, *Henrico, Auſtriæ* Duci, An. 1156 conceſſum, præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 9, lit. b, pag. 18, ubi: *Nec Ducatus Auſtriæ, ullo unquam tempore diviſionis alicujus recipiat ſectionem &c.* Conf. ſeq. §. 42. Aſt ſubſecutis Seculis crebrius hic mos invaluit, teſte *Petro de Vineis*, lib. 6, Epiſt. 25 : *Major natu, excluſis minoribus fratribus & cohæredibus, ſolus in Caſtro ſuccedit, inter eos nullo tempore dividendo &c.* & *Aurea Bulla Caroli IV*, de An. 1356, Cap. VII, §. 2; cui jungi meretur Ejuſdem Imperatoris repetita Inveſtitura, An. 1377, 10 Cal. Julii, Sereniſſ. Ducibus *Megapolitanis* conceſſa, præced. Lib. I, Tit. XV, §. XIII, lit. w w, p. 1259 & 1260; ubi: *In verum Illuſtre Feudum, ac ſolidum & indiviſum perpetuò Principatum & Ducatum Megapolenſem &c.* Pariter ac *Ruperti II*, Electoris *Palatini*, Conſtitutio de An. 1395, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 188, p. 134, verb. *Daß fürbaß allezeit von Unſern Erben, das Söhne ſind, ein einiger Herr Unſers Churfürſtenthumbs an der Pfaltz, und auch Unſer Fürſtenthumbs und Landes in Bayern, ſämbtlichen ſeyn ſoll, der dan der Aelteſte Sohn iſt &c.* Nec non: Teſtamentum *Amadei VIII*, *Sabaudiæ* Ducis, An. 1430, præced. §. 17, lit. e *Pacta Uracenſia* Domus *Würtenbergicæ*, An. 1473; ſeq. §. 44; Ultimæ voluntatis tabulæ *Edzardi, Orientalis Friſiæ* Comitis, An. 1512; præced. §. 17, lit. e, & ſeq. §. 40, lit. a. Conſtitutio *Henrici* Sen. Ducis *Brunſuic.* & *Luneb.* An. 1515; ſeq §. 45; Teſtamentum *Caroli II*, Ducis *Sabaudiæ*, An 1540; præced. §. 17, lit. e. *Renati*, Principis *Arauſionenſis*, An. 1544, ibid. *Wilhelmi*, Com. *Sainenſis*, Diſpoſitio inter Liberos, An. 1553, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicileg. Secular.* 43 *Abſatz*, §. 74 p. 1022. *Alberti*, Duc. *Bavariæ*, An. 1573, ſeq. §. 43; *Joh. Alberti*, Ducis *Megapolitani*, An. eod. præced. §. 17, lit. e. *Simonis* Com. *Lippiæ*, An. 1597, ibid. *Johannis*, Com. de *Naſſau*, An. 1607, ibid. de reliquis ne dicam, ad Ann. 1618, 1624, 1641, 1644, 1668, 1681, 1685, 1688 &c. ibidem occurrentibus; add. ſeqq. §§. 46 ad 56.

(c) CAPIAT &c. Facit huc diviſio Palatinatus inter filios *Ruperti* Imperatoris, An. 1410, præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a, p. 660, ut & Teſtamenta *Michaëlis*, Dynaſtæ *Schwartzenbergici*, An. 1458, & *Ludovici* Com. *Iſenburgici*, An. 1488; præced. §. 17, lit. e. Conſtitutio *Philippi*, Elect. *Palatini*, An. 1506, ibid. pariter ac voluntatis ultimæ diplomata: *Philippi*, *Haſſiæ* Landgravii, An. 1562, ibidem; *Wolfgangi*, C. P. R. An. 1568, ibid. *Joh. Wilhelmi*, Duc. *Saxoniæ*, An. 1573, ibid. *Ludovici*, Com. *Sainenſis*, An. 1593, ibid. *Johannis*, Com. *Naſſovii*, An. 1597, ibid. *Hermanni Ottonis*, Com. de *Limburg*, An. 1642, ibid. *Adolphi Friderici*, Duc. *Megapolitani* An. 1654, ibid. *Edzardi Ferdinandi*, Com. *Oſtfriſiæ*, An. 1667, ibid. *Erneſti*, Landgravii *Haſſo-Rheinfelſenſis*, An. 1676, ibid. &c.

(32) In quibusdam Imperii familiis conſuetum fuit, duobus (*a*) natu maximis fratribus concedere adminiſtrationem, cæteris fratribus, mediante certa annua aſſignatione, à gubernatione ſecluſis; ut apud Landgravios Haſſiæ olim, & Comites Waldecciæ. Quidam, diviſa territorii commoditate, in ſeniorem ex familia transferunt exercitium juriſdictionis cum quodam emolumento, *Springsfeld. de appanag. cap. 2. num. 21.*

NOTA.

(*a*) DUOBUS &c. Vid. Teſtamentum *Ludovici*, Com. de *Sain & Witgenſtein*, præc. §. 17. lit. e, ad An. 1593; nec non *Ludovici*, Landgravii *Haſſiæ*, An. 1595, ibid. *Georgii*, Duc. *Brunſuic.* & *Luneb.* 1641 ibid.

(33) *An autem Pater, Imperii Princeps, in hiſce feudis Imperii diviſibilibus, uni filiorum, præ alio, gratificari, ac teſtamento ſuo plus quàm reliquis, aſſignare poſſit?* communiter hoc negatur; quia nulla ordinatio ultimæ voluntatis in feudo valet. *arg. §. item ſi fuerint. 1. F. 5. 1. F. 1, §. & quia*, adeo, ut, ſecundum Feudiſtas, Princeps Vaſallus, ne quidem candelam pro anima, ex feudo, per teſtamentum, relinquere poſſit. *Andr. de Iſernia ad cap. an. agnat. vel fil. 2. F. 45. Myler. de Stat. Imp. part. 1. cap. 23.* Nos affirmamus, (*a*) quia Principes Imperii noſtri de feudis ſuis, ſeu potius de Principatibus ſuis, teſtari poſſunt, & cum nulla lex, vel ſcripta vel non ſcripta, hanc poteſtatem, inæqualiter teſtandi, ipſis adimat, nec nos hoc facere debemus. Nec obſtat, quod diſſentientes urgent; nam, Jure feudali communi, ne quidem teſtamenti factionem habent circa feuda, ergò etiam merito nulli in teſtamento gratificari poſſunt; totus enim actus eſſet contra legis prohibitionem. *Vide de hac facultate teſtandi Principum noſtrorum de Principatibus ſuis, quæ ſupra diximus ex Eybenio.*

NOTA.

(*a*) AFFIRMAMUS &c. Conf. quæ, de hac Quæſtione, præc. §. 17, lit. c, dicta ſunt.

(34) Hinc quæſtionem illam, *an feuda Imp. majora indiviſibilia, conſortibus adſtipulantibus, dividi poſſint?* hic alienam putamus; cum Jure publico noſtro omnia feuda majora, exceptis Electoratibus, ſint diviſibilia; ſecus quàm Jure feudali *communi.* (*a*) Et ſic inanem putamus reſponſionem eorum, qui diſtinguunt, an conſenſus Imperatoris acceſſerit, nec ne; & priori caſu concedunt, poſteriori autem negant. *Myler. de Stat. Imper. part. 1. c. 23. §. 9.*

NOTA.

(*a*) COMMUNI &c. Si ſcil. ſermo de Feudo *ex Pacto & Providentia*; cum Pater liberorum quæſito juri præjudicare nequeat. *Vultejus de Feud.* c. 9 n. 78. p. 488. Secus in Feudo hæreditario mixto, ubi Vaſallus inæqualiter inter filios omnino teſtari valet; arg. 2. F. 45. Sicuti enim liberi neceſſariò hæredes eſſe debent, ceu ex dicta lege conſtat, ita nec Patris facto contravenire poterunt. *Struv. Synt. Jur. Feud.* c. 9. §. 12. §. 2. & 7.

(35) Interdum *& maſculi & fœminæ* (*a*) ſuccedunt; ſed ubi feuda ſunt fœminea, (*b*) demum *poſt maſculos* (*c*) admittuntur; Jure enim communi fœminæ in feudis non ſuccedunt. (*d*) *1. F. 1. 5. & 8.* Exemplum hujus rei habemus in Imperio noſtro, in familia Auſtriaca, in qua ex ſpeciali privilegio, (*e*) herede maſculo non exiſtente, Archi-Ducatus ad Seniorem devolvitur filiam: In familia olim Ducum Clivenſium & Juliacenſium: (*f*) ubi primogenitus ſuccedit, ultrogenitis, tam filiis, quàm filiabus, certa portio aſſignatur, quam hodie *appanagium* dicunt.

NOTÆ.

(*a*) ET FOEMINÆ &c. v. g. in Feudis Mixtis, de quibus Maſculus & Fœmina ſimul primò inveſtiuntur: vid. *Wurmſer, de Feudis Impropriis*, Cl. 3, Sect. 3, §. 63. nec intereſt, num hoc contingat ex pacto, an ex conſuetudine; per conſuetudinem enim introduci quoque poſſe, ut Fœminæ in Feudis ſuccedant una cum maſculis, etiamſi de eo in Inveſtitura cautum non ſit; latè probant *Vultejus de Feudis*, lib. 1. Cap. IX, v. 63, p. 348, §. 79, p. 358, & §. 84, p. 359; *Schrader, de Feudis*, Part. 1, Quæſt. 3, §. 11 & ſeqq. p. 6; & Part. VII, Cap. 4. §. 41, p. 182; §. 53. p. 183, §. 73 & 74. p. 185; *Rudinger, in Methodo Juris Feudalis*, lib. I, Cap. XVI, § 60, p. 212. *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. IX, Aphor. VIII, §. 17, p. 337, *Stryckius, Exam. Jur. Feud.* Cap. XV, Quæſt. 12, p. 204.

(*b*) FOEMINEA &c. Germ. *Weiber-Lehen; Kunkel-Lehen; Beutel-Lehen; Schleyer-Lehen &c.*

Vid.

Vid. *Beſoldus*, Theſaur. voc. *Kunkel-Leben*, p. 480, ibique *Dietherr*, in Addit. Ita vocantur, partim, reſpectu *Acquirentis*; quando hujuſmodi Feudum à Fœmina primum acquiritur; partim vero reſpectu *Accipientis*, quando, vigore Pacti, ſeu Inveſtituræ, aut ex Statuto, vel Conſuetudine, Fœmina ad ſuceeſſionem admittitur; arg. 2 F. 30 & 50. Conf. *Petrus Rebuff*, in *Arb. Feud.* 5 & 6 Diviſ. *Hartmannus Piſtorius*, Lib. 2, Quæſt. 34, §. 13; *Hotomannus*, *Comment. Feud.* in 2. F. 30, voc. *Quia Fœmineum*, p. m. 450; *Roſenthal*, de *Feudis*, Cap. 2. Quæſt. VII, §. 1; *Schrader* l. c. Part. 2, Cap. 4, §. 11, p. 35; *Vulteius* l. c. Lib. 1 Cap. 8, §. 4 & 5, p. 211 &c. & Cap. IX. §. 46, p. 322, & §. 75, p. 356; *Rudinger* l. c. §. 54, p. 211; *Struvius* l. c. §. 1, p. 327; *Stryckius*, l. c. Cap. 4, Quæſt. 4 & 5, p. 61; & Cap. XV, Quæſt. 5, p. 201.

(*c*) POST MASCULOS &c. Regulariter Fœminas in Feuda non ſuccedere, ſeq. lit. d, dicetur. Attamen nec in iis, ubi ad ſucceſſionem admittuntur, eas jure ſuccedendi gaudere, quamdiu maſculi ſuperſunt à primo acquirente deſcendentes, tum ex ſpeciali feudi fœminei naturâ, tum ex Pactis, manifeſtum eſt; vid. 2 F. 17, & 30, verb. *Deficientibus Filiis maſculis*, & 50, voc. *Succedit Nepos ex filio ſolus &c.* Idque adeo verum, ut, ſucceſſione ad ipſam fœminei ſexus prolem devoluta, fœmina ſemper maſculis poſtponatur, conſequenter Filius præferatur Filiæ, & nepos nepti &c. arg. 2 F. 17, & 51. §. 3, *ſimiliter. Hotomannus*, l. c. Voc. *Quod falſum eſt, &c.* p. 451; *Schrader* l. c. P. 1, Quæſt. 3, §. 21, p. 6; & Part. VII, Cap. 4, §. 6 &c. p. 184; *Vulteius* l. c. §. 40, p. 320 &c. §. 66, p. 351, & 67. p. 353, & 71, p. 354, &, 75, p. 356. *Rudinger*, l. c. §. 61, p. 213; *Struvius* l. c. §. 5, p. 329. Quorſum etiam trahendæ Teſtamentariæ diſpoſitiones præced. §. 17, lit. e, v. g. *Renati*, *Arauſicuenſium* Principis, An. 1544; *Henrici*, Com. *Sainenſis*, An. 1592; *Friderici Henrici*, Pr. *Arauſionenſis*, An. 1644; *Ezardi Eberhardi Wilhelmi*, Orientalis Friſiæ Comitis, An. 1690 &c. aliorumque; pariter ac præced. §. 20, lit. e, in medium prolata. His autem non obſtantibus, dari quandoque caſus, ubi contrarium obtinet, fœmina maſculum excludente, non minus tralatitium eſt; puta: ſi v. g. Statuto, vel conſuetudine, fœminam ad Feudi ſucceſſionem admittentibus, definitum ſit: *Ut primogenitus, vel primogenita, ſuccedat*; hoc ſane caſu, Fœminam proximiorem maſculum remotiorem excludere, dudum probavit *Schrader*, l. c. Part. VII, Cap. 4, §. 78, p. 186. Similiter in Feudo novo, à duobus Fratribus, pro ſe, & hæredibus ſuis, maſculis & fœminis, acquiſito, ea lege, ut frater fratri in eo ſurrogetur; hic rurſus filias, ex altero fratrum deſcendentes, alterum fratrem, ejuſque maſculos heredes, à ſucceſſione repellere, ejuſdem doctrina eſt l. c. §. 80, p. 186. quam & *Vulteius* l. c. §. 70, pag. 354, ibique citati alii, amplectuntur. Ne dicam, vulgati Juris eſſe, quod Fœmina, ad ſucceſſionem feudi ſemel admiſſa, propter ſupervenientes maſculos, illud non amittat, ſed toto tempore vitæ ſuæ ſalvum retineat, excepto caſu duntaxat, quo defunctus uxorem reliquit prægnantem, quæ filium poſtea in lucem edidit; cui feudum omninò reſtituendum, etiamſi fœmina aliquandiu illud occupaverit; quia is, qui in utero eſt, in favorabilibus, pro jam nato habetur. Vid. 2 F. XVII, & LI, §. 3 *ſimiliter*; *Schrader*, l. c. §. 82, p. 186; *Vulteius* l. c. Lib. I, Cap. IX, §. 79, p. 357 &c. *Struvius* l. c. Aphor. VIII, §. 8 & 9, p. 333 & 334; *Stryck*, l. c. Cap. XV, Quæſt. 8, p. 202.

(*d*) NON SUCCEDUNT &c. Ordinariè Feuda non tranſire ad Fœminas, eo quod ſervitia debita præſtare non valeant, auctoritate nititur 1 F. 1, §. 3. *Hoc autem notandum &c.* & 1 F. VIII, §. 2, *Filia vero &c.* nec non 2 F. 36, in fine; ubi doctores. Quadrat huc *Alberti* Imperatoris deciſio Feudalis, An. 1298, cujus formulam Dn. *Lunigius*, *Spicileg. Eccleſ.* Contin. I, Cap. 2, Tit. *Colln*, §. 52, p. 393, ſiſtit, hoc tenore:

Nos Albertus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus, ad univerſorum ſacri Imperii Fidelium notitiam volumus pervenire, quod, Anno Domini 1298. Indict. XI, 10 Kal. Mart. apud oppidum Ringnienſe, (Nobis) *pro Tribunali ſedentibus, per Venerabilem Wichboldum, Archi-Epiſcopum Colonienſem, Principem noſtrum chariſſimum, ſententialiter quaſitum fuit: Utrum Filia, in Bonis Feudalibus, Jure hæreditario, ſuis Parentibus ſuccedere poſſit, vel non? quod ibidem, per Principum, Nobilium, Miniſterialium & Militum, noſtro conſiſtorio aſtantium, ſententiam, extitit diffinitum: Quod nulla Filia, vel Mulier, poſſit in Bonis Feudalibus ſuccedere, niſi de plenaria voluntate Domini Feudi, & conſenſu. Nos itaque hujuſmodi ſententiam, tanquam legitimè diffinitam, & à prædictis Principibus & Nobilibus laudatam, & approbatam, auctoritate noſtra Regia, confirmamus, dantes has noſtras litteras, noſtræ Majeſtatis ſigillo ſigillatas, in dictæ confirmationis teſtimonium, ſuper eo datum. die, Anno Domini, Indictione. ſuperius annotatis, Regni verò noſtri Anno primo &c.*

Theſin approbantibus *Gothofredo*, in cit. Textum 1 F. 1, §. 3; *Schradero* l. c. Part. 2, Cap. 3, §. 52, p. 28, & Part. VII, Cap. 4, §. 1, p. 179; *Vulteio* l. c. Lib I, Cap. 4, §. 2, p. 34, & Cap. IX, §. 27, p. 308; *Rudingero* l. c. Lib. I, Cap. XVI, §. 52, p. 210; *Struvio*, l. c. pag. 327, princ. Aliis. Multas tamen Limitationes reperiri, ſub quibus & Fœminis aditus ad Feuda patet, extra controverſiam eſt; obtinet hoc v. g.

(1) Si Pactum, vel Statutum, vel conſuetudo adſit, quorum vigore, Fœmina ad ſucceſſionem Feudi admittenda. Vid. *Vultejus* l c. Lib. I, Cap. IX, § 63, p 348. & §. 76, pag. 356; Conf. *Rudinger* l. c. §. 53; & præced. lit. a; dummodò *indefinitè* cautum ſit: *Ut Fœminæ ſuccedant*; & quidem *ſimpliciter*: ſi enim mentio ſaltem certæ cujusdam fœminæ, ſpeciali ejus nomine expreſſo, facta fuerit, vel adjecta certa conditio, ſine qua non; præter nominatam fœminam, nullæ aliæ, utut ab ea deſcendentes, ſucceſſionis participes fiunt, ob pactum ſcil. perſonale, quod perſonam non egreditur; ſicut, nec ex altera parte, conditione non prius adimpleta. Vid. *Schrader* l. c. Part. VII, Cap. 4, §. 41 ad 44, p. 182 & 183; add. §. 55. p. 184. & §. 77, p. 185. (2) In Feudo per Fœminam acquiſito; *Vultejus* l. c. Lib. I, Cap. IX, §. 46, pag. 330; *Schrader* l. c. §. 48, p. 183; *Rudinger* l. c. §. 54, pag. 211. (3) In Feudo Franco, h. e. quod ab omni ſervitio liberum eſt, vulgò *Frey-Leben*; arg. 2 F. 104. *Vultejus* l. c. §. 47, p. 320; & §. 80, pag. 358; *Schrader* l. c. §. 79. p. 186; *Rudinger* l. c. §. 55, p. 211. *Struvius* l. c. §. 2, p. 328; *Stryck* l. c. Cap. XV, Quæſt. 11, pag. 203; excepto caſu, ſi ex inveſtiturarum literis appareat, feudum non niſi maſculis fuiſſe conceſſum. (4) In Feudo conditionato, hoc eſt, pro quo Servitium præſtandum, à Fœmina etiam explicabile. Vid. *Schrader* l. c. *Vulsejus* l c. §. 48, pag. 333; *Rudinger* l. c. §. 57. pag. 212. *Struvius* l. c. (5) In Feudo ad Dominum reverſo, &. à fœminâ, pecuniâ redemto. *Schrader* l. c. §. 49. pag. 183; *Vulsejus* l. c. 53, p. 339. (6) In Feudo merè hereditario. *Stryck* l. c. Quæſt. 10, p. 203; (7) In Feudo gratioſo, vel, ob Patris merita, conceſſo. *Schrader* l. c. §. 49. pag. 183; *Vultejus* l. c. §. 53, pag. 339. (8) In Feudo cenſuali, (*Zinß-Leben*) h. e. pro quo, annua penſio, ſeu canon. præſtandus, remiſſo tamen ſimul fidelitatis ſacramento, *Schrader* l. c. §. 56 & 57. pag. 184; *Vultejus*, l. c. §. 58. pag. 343; *Struvius* l. c. (9) In Feudo, quod ita conceſſum, ut, pro libitu, Vaſallus illud alienare queat. *Vulsejus* l. c. § 57, p. 342. (10) In Feudo, per viam donationis collato; *Vultejus* l. c. (11) In Feudo, propriorum meritorum intuitu, tradito. *Schrader* l. c. §. 59, p. 184; (12) In Feudo, quod maſculus repudiavit. *Schrader* l. c. § 81, pag. 186. (13) In Feudo, quod quis acquiſivit, pro ſe, ſuisque hæredibus, maſculis *ſimul* cum fœminis; vel, pro fœminis, *ſicut* pro maſculis. *Schrader* l. c. §. 75. pag. 185. (14) In Feudo, quod ex allodio tale conſtitutum. *Vulsejus* l. c. §. 56, pag. 342. (15) In Feudo emptitio, ſive, per pecuniam acquiſito, eo quod bonorum allodialium cenſu habeatur. *Rudinger* l. c. §. 56, pag. 211. *Vulsejus* l. c. §. 50, p. 334, ibique allegati; quamvis §. 51, p. 335. contrarium ſtatuat. (16) In Feudo pignoratitio, *Pfand-Leben*; *Rudinger*, l. c. § 59. p. 212. Ut alia taceam, de quibus Beneficiarii Juris Interpretes conſulendi. De Quæſtione: *Num Fœmina, per maſculum ſemel excluſa, in perpetuum excluſa ſit cenſenda?* evolve *Schraderum* l. c. Part. VII, Cap. 4, §. 83, pag. 186; & Part. X, Sect. IX, §. 203. p. 324; *Vultejum* l c. §. 85, pag. 360. & § 91, pag. 367; *Rudinger* l. c. §. 64, pag. 215; *Struvium* l. c. §. 6. p. 330 &c. *Wurmſerum*, de *Feudis impropriis*, Claſſ. 3. Sect. 3, §. 92 &c. *Carpzovium*, Part. 3, *Jurisprud. Forenſ.* Conſtit. XXVIII, Defin. XV, pag. 1199 &c. *Stryckium* l. c. Quæſt 9, pag. 202; Dn. *Eckunbertum*, Camerarium *de Wormasia, L. B. a Dalberg*, in Diſſ. de *Quæſtionibus aliquot ſelectioribus, ex Jure Feudali depromptis*, Præſide Dn. *Gerhardo ven Stökken*, An. 1671, 24. Maji, Argentorati habita; Quæſt. V, pag. 17 &c. aliosque, ab eis allegatos, rectè *negativam* tuentes, quod (1) tempore, quo maſculus ſucceſſit, fœmina ſuccedere non potuerit, arg. 2 F. XVII; proinde dici nequeat, fœminam ideò in perpetuum à ſuccedendi Jure repellendam eſſe, cum, ut præced. lit. c, monitum, Fœminæ, in Feudis, ubi ſucceſſionis capaces æſtimantur, non niſi extinctis maſculis regulariter ſuccedant. (2) Jus ſuccedendi, ex inveſtitura Fœminæ competens, absque legitima cauſa, in Jure Feudali expreſſa. Ei auferri non poſſit. (3) Nulla ratio valida producatur, cur, deficientibus maſculis, Fœmina jure ſuo, quo, unicè ob exiſtentiam maſculi, gaudere non valuit, perpetuo privari debeat. Nec aliter reſpondiſſe Scabinos *Lipſienſes*, docet *Carpzovius* l. c. §. 30, pag. 1200; idem, de *Wittebergenſibus* & *Marpurgenſibus*, affirmans.

(*e*) PRIVILEGIO &c. Vid. præced. §. 20, lit. c. Conf. *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 4, Cap. 8, §. 108, pag. 186.

(*f*) JULIACENSIUM &c. Vid. ſupr. l. c.

(36) Quanquam autem ipſa Natura omnes liberos æquales fecerit, & iſti, qui communem ortum, communes Parentes, commune domicilium, habent, quique æquè ſunt partes Parentum, exque eodem ſanguine progeniti, æqualiter ſuccedere debeant; *Inſt. De Hæred. quæ ab inteſt.* tamen non immeritò ſucceſſionem Juris Publici non metimur ex Jure Privato; ratio enim ſucceſſionis hic non æſtimatur ex utilitate privata, quæ nihil

nihil amplius, in hereditatum diviſione, quam æqualitatem, ſpectat; ſed ex utilitate publica, cujus hic potior ratio habenda eſt. Per diviſionem (*a*) autem, Regna dimembrantur, diminuuntur, & intercidunt. Quò accedit, quod Familiarum Illuſtrium ſplendor ſit quærendus, & conſervandus, quod, ubi ſæpius repetita eſt Bonorum diviſio, fieri non poteſt; diminutio enim Bonorum etiam dignitatis diminutionem poſt ſe trahit. Et quotidiana experientia teſtatur, tantam, ex Principatuum diviſione, induci Familiis obſcuritatem, ut, accedente temporum ſerie, Duces audiant ſine Ducatu: Marchiones, abſque Marchionatu. *Springsfeld, de Appanag. C. 10. §. 5.* Unde Auctor Tractatus, quem exhibet *Beſoldus, Diſſ. V. Wie ein Fürſtlich Hauß zu erhalten?* recte dicit: *Daß Sie zu lezt nicht Grafen-Stand, ſondern auch nicht Frey-Herren-oder Edel-Leuthe Stand führen kœnnen. Conf. Conring. in Diſp. De Regno & Tyrannide, §. 29.*

NOTA.

cautum: *Nachdem wir Uns freund-vetterlich vereinbaaret, und verglichen, daß, in Unſerm gantzen Fürſtlichen Hauß, ſo lang darinn die beyde jetzige Caſſelſche und Darmſtettiſche Linien in* Eſſe *bleiben, bey jeder Linie nur ein einiger Regent, und daher, bey beyden Linien, mehr nicht denn zwey Regenten ſeyn ſollen; ſo ſoll unter denſelben beyden Regierenden Fürſten dieſes Sampt-Hauſes allezeit demjenigen, der von Jahren der älteſte iſt, die* Præcedentz, *und was derſelben, auf Reichs*-Deputations-*Craiß-Müntz*-Probation- *und andern Tägen, wie auch ſonſten, anhängt, ſo lange Er der älteſte iſt, zuſtändig und gehörig ſeyn &c.* Conſenſum *Hermanni* Landgravii, prædicti *Wilhelmi* Fratrum Senioris, ſub dato *Caſſel*, 10 Oct. 1627, reperis apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 23, p. 835; pariter ac *Julianæ* Com. Naſſovio-Siegenſis, ejusdem Matris, pro ſe, & Filiis reliquis, ſub dato *Caſſel*, 18 Oct. an. eod. l. c. §. 24, pag. 839; Juramentum laudati *Hermanni*, Caſſellenſis, nec non *Johannis & Henrici*, *Georgii* Darmſtadienſis Fratrum, in Confirmationem ejusdem Transactionis, 27 Mart. 1628, præſtitum, ſiſtit idem, l. c. §. 27, pag. 844. In *Linea Caſſellana*, jam ante Concordata hæc, anno ſcil. 1627, menſe Februario, *Jus Primogenituræ* fuiſſe ſtabilitum, diſci poteſt ex Imperatoris *Ferdinandi II.* Confirmationis Diplomate, ſub dato *Prag*, 8 Junii, 1628, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 30, pag. 846, ibi: *Wir* Ferdinand ---- *thun kund allermänniglich, was maſſen Uns der Hochgebohrne* Wilhelm, *Landgraf zu Heſſen ---- in Unterthänigkeit zu erkennen gegeben: Demnach, durch vielfältige Zerreiſſung und Vertheilung der Fürſtenthüme, Graff- und Herrſchafften, und durch Menge der Regierenden Herren, nicht allein vornehme alte* Familien *und Geſchlechter im H. Röm. Reich, an* Reputation *und Vermögen, mercklich geſchwächt und zurück geſetzt, ſondern auch Land und Leuthe, zu Unſerm und des Reichs höchſtem Schaden und Nachtheil, ins euſerſte Verderben geſtürtzt würden: und dan, in deſſen Betrachtung, nicht allein im* Februario, *nechſt verwichenen Sechzehen Hundert Sieben und zwantzigſten Jahrs, zwiſchen Sr. Ld. und Dero Gebrüdern, mit* Auctoritæt, Conſens *und Beliebung deſſen Vattern, Landgraf* Moritzen *zu Heſſen &c. wie auch* Julianæ, *Land-Gräfin zu Heſſen &c. gebohrner Gräfin zu Naſſaw-Catzenelnbogen, als Mutter, wohlbedächtlich abgeredet*, placidirt *und verwilliget, daß, aus vielen erheblichen Land und Leuth erſprießlichen* Conſiderationen, *bey der Fürſtlichen Heſſen-Caſſelicher* Linien, *Seine Landgraf* Wilhelms *Ld. allein Regierender Herr ſeyn und bleiben, und die Fürſtliche Regierung nicht zerrüttet noch zertrennet werden ſolte; ſondern über das auch, in dem 24* Sept. *deſſelbigen 1627ſten Jahrs, zu Darmſtatt zwiſchen Sr. Landgraff* Wilhelms, *und des auch Hochgebohrnen, Unſers lieben Oheim und Fürſten, Landgraff* Georgens *zu Heſſen Ld. Ld. als jetzigen im Fürſtlichen Hauß Heſſen Regierenden beyden Landes-Fürſten, uffgerichteten ---- Haubt*-Accord, *im §. zum Acht und zwantzigſten &c. außdrücklich verſehen, daß im gantzen Fürſtlichen Hauß Heſſen, ſo lange die Caſſeliſche und Darmſtettiſche* Linien *in* Eſſe *bleiben würden, bey jeder* Linie *nur ein einiger* Regent; *und alſo bey beyden mehr nicht, den zween Regierende Fürſten ſeyn ſolten &c. ---- hierum, mit wohlbedachtem Muth, zeitigem Rath, und rechten Wiſſen, obgethane Bitt, nehmlich, daß, zu jeder Zeit, nur ein einziger Regierender Landes-Fürſt und Herr, aus des älteſten Gebuhrts*-Linie poſterirend, *in der Fürſtlichen Heſſen-Caſſeliſchen* Linie *ſeyn, und, nach den Rechten der Erſt-Gebuhrt*, admittirt *werden ſolle, bewilliget. Bewilligen und verordnen auch daſſelbe, vor Uns und Unſere Nachkommen am Reich &c.* Conf. *Reinking* l. c. §. 24, p. 436, & §. 34, pag. 437; *Rumelinus*, in *Auream Bullam*, Part. 3, Diſſ. V, §. VI, p. 844; ibique *Mylerus*, in *Additionib.* §. V, p. 841 & 842; Idem, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XXI, §. 6, p. 226 &c. *Limnæus*, lib. 4. Cap 8, §. 123, pag. 190; *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. XII, §. IX, pag. 627. In majus firmamentum horum omnium, ſancitum legitur in *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. XV, §. 15: *Firmum quoque maneat & inviolabiliter cuſtodiatur Jus Primogenituræ, in qualibet Domo Haſſia, Caſſellana & Darmſtatina, introductum, & à Cæſarea Majeſtate confirmatum &c.* Quamvis, non obſtantibus his, ſtatim poſt concluſam Pacem, hoc jus impugnatum fuerit, vulgato, inter alia, An. 1649, libello, cui titulus: *Kurtzer Begriff, wie es umb die Zuſpruch bewand, die Herr Landgraf* Johanns *zu Heſſen Fürſtl. Gn. wegen Abtheilung der Fürſtlichen Heſſen-Darmſtättiſchen, im 1626ſten Jahr aufgeſtammter Fürſt-Vätterlichen Verlaſſenſchafft, zu thun, befugt ſeyn.* Cujus Auctor non ſolum variis rationibus contendit, Primogenituræ Jus in *Linea Darmſtadiana*, nunquam fuiſſe receptum, ſed & argumenta in contrarium reſponſionibus elidere nititur; accedentibus litibus, à poſteris *Friderici Homburgici*, eidem Landgravio, pariterque, in *Linea Caſſellana*, *Wilhelmo* Landgravio, à fratribus *Friderico & Erneſto*, deſuper motis; enimverò, per

Rec. Imp. Ratisb. de An. 1654, §§. 188. 189 & 190, controverſia hæc penitus ſopita noſcitur, confirmato denuo in utraque Linea introducto Jure Primogenituræ.

(54) Item & Marchionatus Badenſis (*a*) non amplius dividitur, *Springsfeld dict. Tract. Cap. 3.* Domus Oſtfriſiæ (*b*) Jus Primogenituræ etiam obſervat. *Springsfeld, dict. Cap. 3.*

NOTÆ.

(*a*) BADENSIS &c. Sed & hanc Domum Sereniſſimam ignorare diviſionem Terrarum, teſtatur Facultas Juridica Friburgenſis apud *Zaſium*, lib. 2, Conſil. 20. Conf. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. Part. 3. Diſſert. V, §. V. p. 841.

(*b*) OSTFRISIÆ &c. Vid. quæ de Teſtamento *Edzardi I*, Orientalis Friſiæ Comitis, An. 1512. & ſubſecuto *Rudolphi II.* Imp. Decreto confirmatorio, An. 1589. præced §. 40, lit. a. ad An. 1512. dicta ſunt. Conf. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. XXI, §. 4, p. 226.

(55) Apud Comites Hennebergenſes olim obtinuit. *Vid. Springsfeld l. c.*

(56) An Jus Primogenituræ, radicatum in Principe Patre, transmittatur in Filium ejus Primogenitum, ita, ut, in ſucceſſione Avi, aliquando Patruo præferatur? *Vid. Frid. Horn, d. l.* Qui etiam, eodem loco, accurate reſpondet, ad Quæſtionem: An Pater Teſtamento Jus Primogenituræ in Secundo-Genitum transferre, eumque Primogenito præferre poſſit? (*a*) *Vid. itidem Urſin. de Succeſſ. Feud. P. 1. Qu. VI. art. 1. §. 28.*

NOTA.

(*a*) PRÆFERRE &c. Quæſtio hic propriè eſt: *Num Primogenito invito à Patre jus primogenituræ auferri queat?* quod regulariter negatur; cum nemini de Jure tertii, ſine conſenſu ejus, diſponere liceat; per ea, quæ tradit *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, P. I. Cap. 21, §. 13, p. 233; inſuperque Jura ſanguinis Civili Jure dirimi nequeant, arg. L. 8, ff. de R. J. nec id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri poſſit, arg. L. 11. ff. eod. Hinc dicterium, *daß auch die Kayſerliche Hoheit ſich nicht zur Ungerechtig- und Unbilligkeit erſtrecke;* de quo *Mylerus*, ad *Rumelinum*, in *Aur. Bullam*, P. I, Diſſert. V, §. IX, lit. B, pag. 152: Conf. ipſe *Rumelinus* l. c. pag. 149 &c. & Diſſert. VI, §. VI, p. 172 ibique *Mylerus* in Notis add. *Mylerus*, de *Principib & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. XXI, §. 12, pag. 231; *Dietericus*, ad A. B. Tit. VII. fol. 100; Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 27, §. 9, pag. 423. Contrarium tamen obtinere putaverim, ubi (1) Primogenitus non compos mentis, vel mutus, ſurdus, coecusve naſcitur, aliove notabili defectu laborat, cujus intuitu capeſſendi Regiminis incapax dicendus. Quo trahendæ Diſpoſitiones *Edzardi*, Orientalis Friſiæ Comitis, de Ann. 1512 & 1527. præced. §. 17, lit. c, ad An. 1512, & §. 40, lit. a, an. eod. Conf. præced. Tit XI, §. 2, lit. e, pag. 765. *Limnæus* in *Aur. Bullam*, Cap. VII, §. 2, Obſervat. XI, XII & XIII, pag. 379 & 380. (2) Aut Monachus foret factus. Vid. *Springsfeld*, de *Appanag.* lib. I, Cap. 3, § 231; *Limnæus* l. c. *Obſervat.* X, pag. 378, & Lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 19 & ſeqq. pag. 62; *Schütz*, Vol. I, *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. XV, lit. D, p. m. 508 &c. (3) Aut Conſuetudini Provinciæ id congrueret; ceu apud *Flandros* olim in uſu fuiſſe, *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, ad An. 1071, teſtatur; Vid. præced §. 17, lit. c, ad h. a. (4) Aut tale crimen committeret, ob quod de ſuccedendi Jure ſemet ipſum fruſtraretur. Vid. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii* l. c. §. 15, pag. 234. *Springsfeld* l. c. §. 170, 180, & 230; Applicari hic poſſunt, quæ præced. §. 17, lit. c, ad An. 1473, de *Arnoldo*, Geldriæ Duce, dicta.

(57) Quin Primogenitus etiam Primogenituræ renunciare poſſit, vel verbis expreſſis, vel actu quodam approbante translationem in alium, non dubitatur; (*a*) exemplo *Henrici*, Ducis Brunſuicenſis primogeniti, qui, in favorem Fratris Secundo-Geniti, *Wilhelmi*, An. 1569, ſuo Juri renunciavit; (*b*) Favori enim pro ſe introducto unusquisque renunciare poteſt, (*c*) *Vid. Limnæus ad A. B. Tit. VII, §. 2, Obſervat. 8.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) NON DUBITATUR &c. Conf. de hac Quæſtione, præter *Limnæum* hic citatum, *Mylerus* de *Statib. Imperii*, cit. P. I, Cap. XXI, §. 12, pag 232; *Rumelinus*, in A. B. Part. I, Diſſ. VI. §. 7, pag. 173; *Caſpar Antonius*, Theſaur. Quæſt. Forenſ. lib. I, Quæſt. 34; *Betſius*, de *Pactis Famil. Illuſtr.* Cap. 9. f. 469; *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 27, §. 9. pag. 403; Dn. *Buddeus*, in *Selectis Juris Naturæ & Gentium*. in *Ulteriori diſquiſitione de Jure Gentis Auſtriacæ in Regnum Hiſpaniæ*; §. V, pag. 642 &c. Cuilibet enim Juri pro ſe introducto renunciare, permiſſum eſt, arg. L. 51. C. de *Epiſcopis & Clericis*; & L. 29, C. de *Pactis*; nec invito beneficium datur; arg. L. 69. ff. de R. J. Modò nullius quæſitum jus inde lædatur; hinc eſt, quod ejusmodi renunciatio, in præjudicium liberorum, ſuſcipi nequeat; Vid. *Springsfeld* l. c. Cap. 3, §. 224. pag. 61; *Rumelinus* l. c. p. 174; *Mylerus* l. c. §. 13, p. 233, cum ibidem allegatis; *Coccejus* l. c. Add. præced. Tit. XI, §. 2. lit. f, p. 766.

(*b*) RENUNCIAVIT &c. Provocant ad hoc exemplum *Acta Brunſuicenſia*, in *Cauſa Juris Primogenituræ*, An. 1635, lit. K & L. &, ex iis, *Mylerus* l. c. §. 12, pag. 232; conf. *Bünting. Chron. Brunſuic.* Part. 2, in Vita *Henrici* Ducis, p. m. 455, verb. *Heinrich, von GOttes Gnaden, Hertzog zu Braunſchweig und Lüneb. hat anfenglich mit ſeinem Hrn. Bruder, Herzog* Wilhelm, *dem Jüngern, das Land, 10 Jahr regieret, darnach ſich auf Dannenberg, Schermbeck &c. abtheilen laſſen &c.* & rurſus, in vita *Wilhelmi*, pag. 457: *Herzog* Wilhelm *der Jünger, regierte mit ſeinem Hr. Bruder, Herzog* Heinrich, *das Landt, zehen Jahr: als aber Herzog* Heinrich *des Regiments ſich begab, und auf Dannenberg zog, blieb er Landes-Fürſt, biß an ſein ſeeliges Ende &c.* & Dn. *Rehtmeier*, *Chron. Brunſuic.* Part. 3, Cap. 74, pag. 1377; & Cap. 81, pag. 1612, ad An. 1559. de *Johanne* Alchimiſta, *Friderici*, Electoris *Brandenb.* filiorum primogenito, An. 1437, prærogativæ natalium itidem renunciante, dictum ſupra, Tit. XI, §. 2, lit. h. p. 766; ſimilis ceſſio fuit *Julii Erneſti*, Ducis *Brunſuic. & Luneb.* in *Dannenberg*, An. 1635, 6 Mart. poſt fata filii, *Sigismundi Auguſti*, jam an. 1615. denati, in favorem *Auguſti* Quelferbytani fratris, facta; ap. *Springsfeld* l. c. §. 222, pag 59; & Dn. *Rehtmeierum* l. c. Cap. 75. p. 1397 &c.

(*c*) POTEST &c. Sine præjudicio tamen, Tertii. Vid. præced. lit. a, & præced. Tit. XI, §. 2, lit. f. p. 766.

(58) *An autem hæc renunciatio poſſit fieri in præjudicium alterius, ſcilicet filii ſui primogeniti?* communiter negant; (*a*) qui. nemo de jure tertii diſponere poteſt, & filius filii primogeniti jus ſuum quæſitum habet à primo inſtituente. *Tiraquell. de primog. quæſt. 26. n. 4.*

NOTA.

(*a*) NEGANT &c Vid. ad præced. §. 57; lit. b. & præced. Tit. XI. §. 2. lit. f.

(59) *An primogenitus, in favorem tertiogeniti, omiſſo ſecundogenito,* (*a*) *juri primogenituræ renunciare poſſit?* itidem hoc negat Tiraquell. *dict. tr. de jure primogenit. quæſt. 27. Vid. hic omnino Frid. Horn. dicto loco, ubi accuratiora, quàm vulgo dicere ſolent, videbis.*

NOTA.

(*a*) SECUNDOGENITO &c. Conf. *Rumelinus* in *Aur. Bullam* cit. P. I. Diſſ. VI, §. 7, p. 174, §. 9. pag. 177.

(60) Interim nobis certum videtur, quòd in Imperio noſtro Romano-Germanico, primogenito jus ſuum à Patre auferri non poſſit; quia hæc non beneficio, ſeu, ab electione Patris habet, ſed ab approbatione Imperatoris, legis beneficio, & primo acquirente. Hinc putamus, (1) quòd ab iis, quæ, jure primogenituræ, ipſi debentur, propter aliquam cauſam *in N. 115.* (*a*) *cap. 3.* expreſſam, exheredari à Patre regulariter non poſſit; Feuda enim Imperii majora, dignitatis ſcilicet & titulata, ſunt ex pacto & providentia. (2) Quod ſi primogenitus Imperii Princeps ipſo feudo privari jure mereatur: filius tamen ejus, aut proximus agnatus legitimus, ad feudum nihilominus adſpi-

adſpirare, ac in eo ſucceſſionem legitimam obtinere poſſit: Licet nupera exempla Imperii Romano-Germanici contrarium demonſtrare videantur. Et ſecundum Jus feudale commune quoad filios etiám verius videatur.

NOTA.

(*a*) NOVEL. 115. &c. Habentur ibi cauſæ ingratitudinis, exhæredationem involventes; quoniam autem cauſæ illæ ad ea ſaltem bona pertinent, quorum diſpoſitio ab arbitrio Patris dependet, ultrò adparet, diſpoſitionem circa primogenituram, eò non trahendam.

(61) Primogenito cedunt, unà cum Ducatu, omnia provinciæ acceſſoria; veluti annui reditus, fructus pendentes, feræ beſtiæ, *equi generoſi*, greges, debita activa & paſſiva; adeo, ut ea omnia ſolvere cogatur, quæ prædeceſſor contraxit, ſub nomine dignitatis: Id quod DD. etiam aſſirmant, ſi Princeps eſt Eccleſiaſticus, & in utilitatem aut neceſſitatem bonorum Eccleſiæ, aut ſub nomine dignitatis, contraxit. *Vid. Myler. in nomolog. c. 10, & 14 & in appanalogia c. 27.*

(62) Item Palatia ipſi cedunt, Bombardæ, *Artollercy, Kriegsrüſtung*, ac quæcunque; ad publicam provinciæ utilitatem, & familiæ ſplendorem, deſtinata ſunt, quò etiam referuntur vaſa aurea & argentea, theſauri & id genus alia. (*a*)

NOTA.

(*a*) ALIA &c. Quæ regulariter ſpecificè nominari, ſeu deſcribi, ſolent; vid. præced. §. 17, lit. e. ad An. 1573, Teſtamentum *Johannis Alberti*, Ducis *Megapolitani*, cujus Art. 46. apud Dn. *Stryckium*, de *Cautelis Teſtamentor.* p. 134. in Append. & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs.* Contin. 2, *in der Fortſetzung*, IV *Abtheilung*, VI *Abſatz.* §. VI, p. 513 & 514. inter alia: *Und Wir unſere Veſtung zu Dämitz, als ein Grentz-Hauß, nicht ohne wichtige Urſachen, angefangen zu erbauen --- ſo ordnen und ſetzen Wir, daß dieſelbige bey unſerm Aelteſten Sohn, als dem Regierenden Landes-Fürſten, allein bleiben, auch aller Vorrath,* Artollery, Munition. *Geſchütz, und andere Nothdurfft, ſo darauf vorhanden, in einige Theilung mit nichten gebracht, ſondern unzertrennet beyſammen gelaſſen werden ſolle, &c.* & Art. 54, apud Dn. *Stryckium.* l. c. p. 141, & Dn. *Lunigium*, l. c. pag. 517: *Von allem unſerm Silber-Geſchirr, Tapeterey, und Kleinodien, ſoll unſer älteſter Sohn, Hertzog Johans, den dritten Theil unſerm Jüngſten Sohn, Hertzog Sigiſmund Auguſten, zuſtellen; damit auch unſer Jüngſter Sohn zu frieden, und derwegen keiner fernern Forderung ſich anmaſſen ſoll &c.* Conf. Teſtamentum *Adolphi Friderici*, Ducis *Megapolitani*, de An. 1654, Art. 9. apud Dn. *Stryckium.* l. c. pag. 148. & Dn. *Lunigium*, l. c. §. XVI, p. 548: *So wollen Wir, daß unſer Sohn, Hertzog Chriſtian, als unſer alteſter und Erſt-gebohrner Sohn, in unſerm Hertzogthumb Mecklenburg, Schweriniſchen Antheils, und darzu gehörigen Graff- und Herrſchafft-Lehn und Eigen-beweg- und unbewegliche-Pfandſchafften, Schuld- und andern Forderungen, und alles was Wir ietzo haben, oder künfftig, zu jetztbeſagtem Herzogthumb*, quocunque titulo, acquiriren *und erlangen werden, es ſey an Vorrath, Baarſchaffs, Kleinodien, Silber-Geſchirr*, Munition, Artollery, *und aller andern, wie das Namen hat, und genant werden mag (doch dasjenige, worinn Wir unſere übrige freundliche liebe Sohne* reſpectivè inſtituiret --- *auſsgenommen) unſer wahrer, rechtmäſſiger Erbe und* Succeſſor. *in unſers Hertzogthumbs Regierung, alleine --- ſeyn ſolle &c.* & Art. X, apud Dn. *Stryckium*, p. 149, & Dn. *Lunigium*, p. 549, ubi, pari modo heredem inſtituit filiorum ſecundo-genitum, *Carolum*, Principatus *Ratzeburgici*, *ſamt Lehn und Eigen*, (ut ipſius verbis utar) *Pfandſchafften, Schuld- und andern Forderungen, und allem, was Wir anitzo daſelbſt haben, oder künffsig noch dahin, mit wohlbedachtem Muth, daß es dabey bleiben ſoll, bringen werden, es ſey an Vorrath, Mobilien, Silber-Geſchirr, Vieh, und Hauß-Geräth, Betten, Leinen, Wollen, und allen andern Beweg- und unbeweglichen Güthern, wie dieſelbe, nach unſerm Todt, darauf vorhanden ſeyn mögen &c.* Add. Teſtamentum *Mauritii*, Ducis *Saxo-Numburgici*, de Anno 1681, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. ſpec. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 137, p. 633. §. *Der von uns &c.* Verb. *Deßgleichen verbleibet Ihme* (Primogenito, Mauritio Wilhelmo) *auch unſere Fürſtliche Reſidentz, ſamt allen daſelbſt, und auf andern unſern Hauſern und Schloſſern, befindlichen Vorrath, an Mobilien*

Digitized by Google

bilien und Moventien, *inſonderheit auch Geſchmeide und* Pretioſa, *Silber-Werck, Kleider, Zierrath, Jagt-Zeug, nichts allenthalben außgenommen: wie auch alle außenſtehende* Capitalia, *und Ferderungen, ſamt den Anwartungen und Erb-Fällen ---- da hingegen trägt auch der Erſt-Gebebrne, als Einiger Regierender Herr, alle* Onera *der Lande und Kammer, wie die Nahmen haben mögen, auf Maße, wie unten folgen wird &c.* Nec non Teſtamentum *Johannis Georgii*, Ducis *Saxo-Iſenacenſis*, de An. 1685, Art. VIII, ap. Dn. *Stryckium*, l. c. §. V, pag. 69, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. ſpec. 4 *Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 69, p. 213, ibi: *Setzen demnach, im Nahmen des Aller-Hoechſten, unſern freundlich geliebten ältern Sohn, Herzog Johan Georgen --- zu unſerm wahren unzweiffelichen rechtmäßigen Erben, hiermit ein --- mit allen Landes-Fürſtlichen Herrlichkeiten und* Regalien, *wie die Nahmen haben, auch Lehens-und andern in unſerm Fürſtenthumb und Landen, an Wittwenthum, und ſonſt, ſich begebenden An-auch Rück-und Hin-Fallen, Wiederkauff-Pfandſchafften, und, ins gemein, allen und jeglichen* Intraden, *Güther und Nutzbahrkeiten, beweg-und unbeweglich, Lehen und Erbe, erſucht und unerſucht, nichts darvon außgeſchieden, allermaßen es entweder von unſern Fürſtlichen Vorfahren herrühret, oder auch von uns erlangt, gebeſſert und hergebracht, auch ferner, durch rechtliche oder gütliche Erörterung, und andere Mittel, erworben und erobert werden möchte; deßgleichen auch allen* Mobilien *und* Inventarien, *es ſeye an* Pretioſen, *Geſchmeide,* Juvelen, *Schatz-Geld, Baarſchafften, Silber-Werck, Geſchütz, Standarten, Paucken,* Munition, *Rüſtung, Jagt-Zeug, Kleidung, Gewand, weiſſen Geräth, Vorhängen, Tappezereyen, Hauß-und Zierrath-Stücken, Zinn, und Bett-Werck, Küchen, Keller, und andern Gezeug: auch Wollen, Baw-*Materialien, *oder wie es immer heißen mag, in unſerer Reſidentz Rent-Kammer, auf denen Aemptern, Vorwercken, Zeug-Rüſt-und Jagt-Häuſern, oder anderswo: auch Pferden, Vieh, Getreydig, und andern Vorrath: wie auch Reſtanten, außſtehenden Schulden, Forderungen und Anſprüchen, ſo wohl Einkünfften von Hohen* Regalien, *und überall was Wir ſonſt an Nutzungen --- beſeſſen &c.* & Art. 9, *dargegen ſoll auch unſer Nachfolger am Fürſtenthumb, alle, ſo wohl von der Geſamtſchafft herrührige, als auch von uns übergelaſſene Cammer-Schulden, an Capitalien, Zinſen und* Penſionen, *ſamt denen rückſtändigen Diener-Beſoldungen, und alles dasjenige, ſo Wir zu entrichten verbunden geweſen wären, verglichene und unverglichene Forderungen, allein über ſich nehmen &c.* de aliis ut taceam.

(63) Putamus & huc referri Dynaſtias, Pagos, Villas, quæ à Patre nuper ſunt acquiſitæ, modò Ducatui fuerint unitæ. *Wann ſie der Kammer einverleibet ſeind. Mylerus, in Apanalog. Cap. 7, §. 31. & 32.*

(64) Secundo-genitis certa portio aſſignatur, (*a*) quæ hodie Appanagium, (*b*) à Gallico vocabulo Appanage, vel, ut alii volunt, à pane: (*c*) unde interdum etiam aliis dicitur Panagium; (*d*) Origo, (*e*) ſine dubio, eadem eſt, quæ eſt Primogenituræ Juris. Natura enim vult, ut Primogenitus erga alios Fratres, & ſorores, qui eodem, cum ipſo, beneficio in nativitate fruuntur, ſe clementem & pium exhibeat, juxta datam ſibi à Deo gratiam, & juxta ſuum beneplacitum; ut pie admodum conſtituit *Carolus IV, in A. B. de Filiis Electorum poſtgenitis, Tit. XXIV.*

NOTÆ.

(*a*) ASSIGNATUR &c. Vid. ſeq. §. 67.

(*b*) APPANAGIUM &c. Legi hic meretur: Sæpefatus *Georgius Henricus Springsfeldius*, JCt. Tr. *de Apannagio, ejuſque Jure*, qui An. 1663, curante *Jacobo Rittero*, Halæ Saxonum, & An. 1664, Bremæ ſumptibus *Erhardi Bergeri*, Bibliopolæ Bremenſis, tredecim Capitibus diſtinctus, prodiit. *Wilhelmus Leiſerus*, Diſſ. de *Apannagio*, apud *Fritſchium*, Vol. 3. *Jur. Publ.* Exercit. IX; *Johannes Melchior Hofmeiſter*, Hildeſienſis, Diſſ. Inaug. de *Jure Apanagii*, An. 1670, Argentorati habita; Dn. *Weidlingus*, Diſſ. Inaug. de *Onere dotandi filias Illuſtres Patrum appanagiatorum*, Præſide Dn. *Petro Müllero*, Jen. 1689; Dn. *Schilterus*, de *Paragio & Apanagio*, Argent. An. 1701; & in *Inſtitutionib. Jur. Publ.* T. 1. lib. 2. Tit. IX, §. 13, p. 305. *Mylerus*, in *Apanalogia*. Idem, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XXII, p. 240 &c. *Rumelinus*, in *Auream Bullam*, Part. I, Diſſert. VI, p. 192, & Part. 3, Diſſ. V, §. XII, p. 254 &c. ibique *Mylerus*, in Additionibus; Ill. *Rhetius*, Diſſ. de *Jure portionis alimentariæ*; ut & *Inſtit. Jur. Publ.*

Lib. 2, Tit. 40, §. 3 & 4, pag. 508 &c. Ex Gallis, *Renatus Choppinus*, de *Domanio Gallico*, lib. 2, Tit. 3. 4. 5, p. 131 &c. & *du Freſne*, Gloſſar. voc. *Apanamentum*, p. m. 247 &c. Conſ. *Spelmanni* Gloſſarium, voc. *Appanagium*, p. m. 36; *Wehneri Obſervationes Pract.* voc. *Apanagium*, p. m. 27; *Beſoldi*, *Theſaur. Pract.* voc. *Abgefundene Herren*, p. m. 2, ibique *Dietherr*, in Additionibus; *Speidelii Notabilia*, voc. eod. p. m. 6 &c. Interpretes Juris Publici ferè omnes.

(*c*) A PANE &c. De Etymologia vocabuli hujus latè differens *Springsfeldius*. l. c. c. 1, illud à *Pane*, late ſumpto, prout ſcilicet omnem victum & alimenta denotat, dictum, arbitratur; quare & §. 46. l. c. p. 7. illud *aſſignationem alimenta proviſionalis, Principibus poſtgenitis factam*, appellat &c. nec aliter *Choppinus*, l. c. Tit. 3, §. 2, p. 132: *Appennagium*, *quaſi à Panis proviſione dictum &c.* & *du Freſne*, l. c. verb. *Apanare, panem ac cibum porrigere, paſcere: panem enim, pro quocunque alimento uſurpari, palam eſt --- Apanagium, ab eodem fonte, pro eo, quod ad victum & in alimentum ſecundogenitis præſtatur & conceditur à Parentibus &c.* & *Spelmannus* l. c. *Mihi videtur Panagium dici à Pane &c.* Add. Dn. *Stryck Exam. Jur. Feud.* Cap. XV, §. 26, pag. 209; aliorum ſententias recenſet *Springsfeld*, l. c. §. 40 ad 46; p. 6 & 7. add. *Spelman*, l. c. *Hotomannum* in *Franco-Gallia*, Cap. IX, & *Speidelium*, l. c. §. *Ejuſmodi*, p. 7, errare puto, quod vocabulum hoc à voce *Abbannen*, i. e. *excludere*, derivandum opinentur, quaſi Appanagiati à Regni ſucceſſione excluſos ſe intelligerent; hac enim ratione ſcribendum foret *Abbannagiati*, nec *Appanagiati*.

(*d*) PANAGIUM &c. Ita *Baſquier*, liv. 6. *des Recherches de la France*, Cap. 18, p. 854: memor *Balduini*, Flandriæ Comitis: *Bauldoin, s'eſtant emparé de l'Empire de Conſtantinople, departit entre ſes principaux Capitaines, quelques Provinces, par forme de Panage.* Quamvis alias *Pannagium* & arborum fructus, glandesque, denotet; vid. *Spelman* l. c. voc. *Pannagium*, p. 446; *du Freſne* l. c. voc. *Paſnaticum*, & *Paſnagium*, p. 134 &c. Aliis adhuc *Apparagium* dicitur, vid. *du Freſne*, voce, *Paragium*, p. 149: *Apparagium, pro parte hæreditatis paterna, aut materna, quæ ſecundo-genitis datur, à primogenito fratre &c.* Aliis *Paragium*, vid. Idem, l. c. Quod alii contrà *Apanagio* opponunt, *Paragium* eſſe dicentes, quo, pari jure hereditario fratres ſuccedunt, etſi primogenitus aliquid præcipui habeat. Vid. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* l. c. p. 306.

(*e*) ORIGO &c. Aſcendendum igitur ad Hebræorum tempora, teſte *Geneſ.* 25, §. 5 & 6: *Abraham gab all ſein Gut Iſaac, aber den Kindern, die Er von den Kebsweibern hatte, gab Er Geſchencke.* Conf. *Deuter.* XXI, §. 16 & 17, præſertim, 2 *Paraleip.* XXI, §. 2 & 3; Add. *Springsfeld* l. c. c. 1. §. 6. p. 3. *Fagius*, in *Deuter.* XXI, §. 17, T. 1. *Criticorum Sacrorum*, p. 1280, & 1281. *Vatablus*, in eundem locum, ibid. pag. 1283, *Grotius*, in eundem locum, §. 16 & 17, p. 1286, ibid.

(65) In Gallia hoc Jus, ſub finem Secundæ Familiæ, cœpiſſe, quidam putant. *Beſoldus* tamen illud refert ad Hugonem minorem, ſeu Capêtum, (*a*) *Vid. Leiſer, de Appanagio, §. 4, apud Fritſchium.*

NOTA.

(*a*) CAPETUM &c. Idem, ex *Bernhardo Girard*, lib. 3 *des Affaires France*, docet *Springsfeldius* l. c. §. 50, p. 7; Quomodo Franciæ Regnum, imperante Familia *Merovingica*, in æquas partes, inter Fratres fuerit diviſum, ex Tabulis Genealogicis, præced. Lib. I, T. V. p. 438 & ſeqq. diſcendum eſt; Summam complectitur, *Choppinus* l. c. Lib. 2, Tit. 3, §. 4, p. m. 132 & 133. ut adeo de Appanagiis, tunc conſtitutis, nihil certi reperiatur; durante vero *Secunda* Regum *Stirpe*, jam *Henricum I* Regem, *Hugonis Capeti*, ex Filio *Roberto*, nepotem, *Burgundiæ* Ducatum donaſſe Fratrem *Robertum*, An. 1030, annotavit *Choppinus* l. c. §. 5. p. 133, immediatè pergens. *Decurſu temporum, Ludovicus Craſſus*, (laudati Regis *Henrici*, è Filio, *Philippo I*, nepos) *Drucydum Comitatum* (le Comté de Dreux) *attribuit Roberto*, (ſecundogenito) *aliique Filio*, *Petro*, *aliquot latifundia*, (Courtenay) *ſub annum* 1132; *tenues certè ditiones, ſed pacificatorias, ne potentiores Reguli inſoleſcerent, & aliquid, in principalis Imperii perniciem, molirentur. Sub de iis Auguſtum* (Philippum II Auguſtum) *Craſſi Regis nepotem, qui Philippo, Filio minori, dono dedit arcem ac Territorium Dampfrontis, Neuſtriæ Oppidi* (la Vicomté de Dompfront) *dehinc Comiti Bononiæ Belgicæ* (Comte de Boulogne) *appellato, An.* 1208 *&c.* & §. 6; *Iſtis ſucceſſere ambo Ludovici, VIII & IX, Reges, quorum iſte teſtamento Karolum, Andegaviæ Comitem creavit, Robertum Atrebatum & Alphonſum, Pictonum, filios, An.* 1225; *Hic Petro, Alenconium, Roberto,*

Digitized by Google

berto, Claremontanum Comitatus, liberis potiundos deſtinavit &c. Proinde minus accuratè appanagia ſub finem ſecundæ Regum Familiæ demum cœpiſſe, ſtatuitur.

(66) Iſti, quibus datur hæc portio, dicuntur Appanagiati, *abgefundene Herren, abgetheilte Herren.* Olim ſolus primogenitus dicebatur Dominus: Poſtgeniti autem, Domicelli, (*a*) Germanis *Junckern,* (*b*) quaſi *junge Herren:* Ita legitur in antiquo epitaphio: *Juncker Bernhard, Edler Herr zu der Lippe. Item Graf Heinrich von Sternberg, Juncker Simon von Sternberg.* Item filius Regis Daniæ aliquando ita ſubnotavit: *Juncker Otto von Dennemarck. vid. dict. diſſ. Leiſer. de appanag. th. 31.* Ita Spec. Saxon. *lib. 3. art. 19* dicit: *daß diejenige, ſo unter Brüdern das Fürſtenthum bekommen, des Reichs Fürſten, die übrige Brüder aber ſchlechthin Fürſten oder Fürſten-Genoß genannt ſeynd worden.* Hodie appanagiati dignitatem & titulum (*c*) honoris plerumque retinent, de quo nos *ſupra diximus.*

NOTÆ.

(*a*) DOMICELLI &c. *Domnicellos*, à voce *Domni*, ſeu *Domini*, unde & Hiſpanorum *Don*, Italorumque *Donna*, vocantur, eos nominat *Springsfeldius* l. c. lib. 1. Cap. 3. § 14 &c.

(*b*) JUNCKERN &c. Vid. ad lib. 1. Tit. 20. §. 6. lit. L. pag. 889.

(*c*) TITULUM &c. Comprobant id *Beſſius* de *Pact. Famil. Illuſtr.* c. 8. p. 433. *Stryck, Exam. Jur. Feud.* Cap. 15. §. 27. p. 210. Electoralem Titulum rectè excipit *Springsfeldius* l. c. §. 52.

(67) Portio, quæ ſecundogenitis aſſignatur, conſiſtit interdum in pecunia numerata, (*a*) ſeu in certis reditibus annuis, *da ein gewiſſes Einkommen von der Renth-Cammer jährlich geliefert wird.* Quandoque certæ præfecturæ (*b*) aſſignantur, quas poſſident, uti viduæ illuſtres ſua dotalitia poſſident, *ihren Widdumb. Hottomann. in Francogallia c. 8. & 9.*

NOTÆ.

(*a*) NUMERATA &c. Vid. *Springsfeld* l. c. Cap. 8, §. 26, p. 159; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, P. 1. Cap. 22, §. 3, p. 242 &c. Ill. Dn. *Stryck, Exam. Jur. Feud.* Cap. XV, §. 26, p. 209. Conf. Teſtamentum *Ludovici*, Com. *Sainenſis*, de An. 1593, præced. §. 17, lit. c, ad h. a. nec non *Hermanni*, Com. de *Wied*, de An. 1624, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2, *Spicilegii Secularis*, 63 *Abſatz*, §. 3, v. *Ferner, weil die Benenn-und Einſetzung &c.* p. 1505; ut & *Georgii*, Duc. *Brunſ. & Luneb.* de An. 1641, præc. §. 17, lit. c, ad h. a. verb. *Einem jeglichen jährlich vier tauſend Thaler &c.* & mox: *Einem jeden Bruder abſonderlich zehen tauſend Reichsthaler --- zahlen und erlegen laſſen &c.* & *Adolphi Friderici*, Ducis *Megapolitani*, de An. 1654, ibid. ad h. a. verb. *Einem jeden abſonderlich drey tauſend Reichs-Thaler &c.* paucisque interjectis: *da auch GOtt --- noch mehr Söhne beſcheren würde, ſoll einem jeden abſonderlich, 2000 Reichs-Thaler, jährlich, zu ihrem Unterhalt, aus der Kammer --- außgezahlet werden &c.* Pariter ac *Mauritii*, Ducis *Saxo-Numburgici*, de An. 1681, ibid. ad h. a. & *Chriſtiani*, Ducis *Saxo-Martisburgici*, An. 1688, ibid. ad h. a. verb. *Jedweden derſelben* (Filiorum poſtgenitorum) *zu einem jährlichen* Appannagio, *ſechs tauſend Gulden vermacht &c.*

(*b*) PRÆFECTURÆ &c. Vid. *Mylerus* l. c. §. 4. p 243. *Renatus, Arauſionenſium* Princeps, Teſtamento ſuo militari, an. 1544, inſeruit: *Soll der älteſte von Ihnen unſer* Univerſal-*Erbe ſeyn, doch mit der Beſchwärung, daß er ſeinen andern Brüdern, einem oder mehrern, zu ihrem Erb-Theil, geben ſoll, biß auf die* Summe *von XV tauſend Pfund jährlicher Renten, an Ländern, oder Herrſchafften &c.* Vid. præced. §. 17, lit. c, ad h. a. Circa Appanagium *Johannis*, Com. *Embdani*, decreto Cæſareo, An. 1589, conſtitutum tradit *Springsfeldius* l. c. §. 31. p. 160: *Daß Graff Johann nicht allein drey Aempter und Häuſer: Leerd, Gredzil, und Stickhauſen*, pro Apannagio, *ſondern auch darzu 2000 Thaler jährlich, zu ſicherm* Deputat, *aus der Stadt Embden*, aſſignirt, *und gegeben werden ſollen &c* Conf. cit. præced. §. 17, lit. c, Teſtamentum *Johannis*, Comitis *Naſſovio-Catimelibocenſis*, de An. 1597; nec non *Simonis*, Com. *Lippiæ*, An. eod. ibid. ut & Pacta Conventa Landgraviorum *Haſſiæ*, Lineæ Caſſellanæ, de An. 1628, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, IV *Abtheilung*, 8 *Abſatz*, §. 31, p. 845.

Digitized by Google

p. 849, §. *Anfänglich &c.* pariter ac eit. ultimæ voluntatis tabulas *Georgii*, Ducis *Brunſuicenſis & Luneburgenſis*, An. 1641, præced. §. 17, lit. e. ad h. a. *Friderici Wilhelmi*. Ducis *Saxo-Altenburgici*, de An. 1668, ibid. ad h. a. *Johannis Georgii*, Ducis *Saxo-Iſenacenſis*, de An. 1685, ibid. ad h. a. aliorumque. Quadrant huc verba Dn. *Seckendorfii*, *im Fürſten-Staat*, P. 2. Cap. 3. §. 1. p. m. 67.

(68) Si bona domanialia non ſufficiunt ad hanc portionem conſtituendam, ex patrimonialibus Principem eam conſtituere debere, verius eſt: Ne fratres egentes & abjectos videat, inprimis cum aliàs, apud quem eſt commodum, etiam incommodum eſſe debeat; & cum ipſe ſolus retineat commodum, ſi domanialia in infinitum exſuperent hanc portionem; meritò etiam feret incommodum, ſi forte non ſufficiant, & ille aliquid de ſuo conferre cogatur. Quamvis hoc caſu ad alia media e. g. ad ſubditos collectandos, non ſine ratione, perveniri poterit. *Springsf. dict. tr. c. 7.* Quantitas appanagii determinanda eſt, ſecundum facultates, & pro fructuum portione, *nach Vermægen Vaeterlicher Güther*, & ut ſecundogeniti ſe honeſte alere poſſint, ne tenuitate proviſionis, vitæ inquinatæ & diſſolutæ occaſio præbeatur. *Distr. ad A. B. t. 4.*

(69) Alii, hanc quantitatem portionis ſimpliciter ſecundum quantitatem legitimæ Juris civilis determinandam putant; quia cum Jure feudali nihil de hoc ſit diſpoſitum, ſtare debemus determinationi Juris civilis. Nos priori opinioni accedimus; quia aliàs *primò*, & ſic facile Principatus dimembrari poſſent, ſi ſcilicet plures ſunt liberi. *Secundo*, quia legitima debetur, jure ſucceſſionis; hæc autem portio non tam jure ſucceſſionis, quàm jure proviſionis, debetur, quæ proviſio cum ſit incerta, plerumque & hæc quantitas incerta erit. Niſi definiatur vel pacto familiæ, vel teſtamenti Patris. Quò accedit *tertiò*, quòd dominium legitimæ ſemper tranſeat in accipientem; in appanagio autem *dominium* (a) non ſemper tranſit in appanagiatum.

NOTA.

(a) DOMINIUM &c. Regulariter Apanagiati non niſi uſumfructum habent in prædiis ſibi aſſignatis; nec Juriſdictionem, niſi quid ſpecialiter de ea ſit cautum. Utroque tamen caſu, Superioritas Territorialis penes Primogenitum Regentem remanet; vid. *Vulcejus*, T. 3. *Conſil. Marpurgenſ.* Conſil. 35. § 64; *Rumelinus*, in *Aur. Bullam*, Part. 3, Diſſ. V, §. 14, p. m. 858; *Knipſchild*, de *Fideicommiſſis Famil.* Cap. VI, §. 227; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, P. 1. Cap. 22, §. 4, p. 243; Dn. *Stryckius*, *Exam. Jur. Feud.* Cap. XV, §. 27, p. 209 & 210. Hinc *Choppinus*, de *Domanio Gallico*, lib. 2. Tit. VI, §. 1, p. m. 147; *Duo Jura, in concedendo Appanagio, excipi ſolent à Principe: Lites primum Regiæ cognitionis; deinde, ſupremus dominatus &c.* Exceptio eſt, ubi ſpecialiter Appanagiatus, à Cæſare, de portione ſua inveſtitur, annexa ſuperioritate Territoriali, Primogenito quovis modo conſentiente. Vid. *Springsfeld*, de *Appanag.* Cap. XI, § 180, 181, & 201, p. 204, & 209. Quadrant huc verba Dn. *Itteri*, de *Feudis Imperii*, Cap. 13, §. V, p. 668: *An nullo plano caſu Territorialis, quam vocant, Superioritatis participes fiant Apanagiati, ego haud facilè dixerim. Sanè Mompelgardenſem Comitatum à Duce Wirtembergiæ Primogenito Johanne Friderico, An. 1617, cum omnibus Regalibus, Juribus, Prærogativis ac Privilegiis, Ludovico Friderico* (Fratri) *conceſſum fuiſſe, ex Mylero & Limnæo, notat Rhetius, cit. Diſſ.* (de Jur. Portion. Aliment.) *Cap. I, §. 28, qui & poſtea Superioritatem Territorialem quibuſdam Germaniæ Principibus Apanagiatis vindicat, idque hodiè Domus Brandenburgicæ, Saxonicæ, Palatinæ, aliarumque Familiarum Imperii, exemplis comprobari poſſe, ſcribit Cap. 4, §. 12; cui ſuffragatur Sprengerus, & Fridericum V, Electorem Palatinum, Fratri ſuo,* (Ludovico Philippo) *Simmerenſem & Lauteranum Principatum, cum omnimoda Territoriali Juriſdictione dediſſe; & in Domo Naſſovico-Dillenbergenſi, ex Diſpoſitione conventitia Principis Ludovici Henrici, receptum eſſe, ut ſecundo-genitus Illius habeat ditionem Drudorff, in Appanagium liberum & quidem cum omnimoda Juriſdictione Territoriali. idem Sprengerus memorat, in Lucerna, Cap. 2, pag. 256 &c.* Recentius exemplum ſuppeditat Comitatus, nunc Principatus, *Blanckenburgicus*, de quo Dn. *Rethmeier*, in *Chronic. Brunſuic. & Luneburg.* Part. 3, Cap.

Digitized by Google

Cap. 79, p. 1586, ita: *Schon vorhin, den 30 Januar. 1690, hatten Seine Durchl.* (Sereniſſ. Dux Ludovicus Rudolphus) *von Herrn Hertzogs Rudolph-Auguſts, und dero Herrn Vatters, Hertzogs Anthon Ulrichs, Durchl. Durchl. die Graffſchafft Blanckenburg, ſamt allen Hoch- und Oberkeitlichen Rechten und* Regalien, *Geiſt- und weltlichen Lehnen, Forſten, Eiſen- und andern Bergwercken, ſamt allen* Pertinentien *und Nutzbarkeiten, zu einem künfftigen Erblichen* Appennagio, per modum Statuti Familiæ, *erlanget, dergeſtalt, daß Sie, vor Sich, und Dero Eheliche Stamm-Erben, nach erfolgten Todes-Fällen, dieſelbe in eigene* Adminiſtration *nehmen, und ſich derſelben, mit allen Hohen* Juribus, Pertinentiis & Commodis, *gebrauchen ſolten; wie Sie denn auch, zu dem Ende, in die würckliche* Poſſeſſion *geſetzt worden &c.* Diploma, quo *Joſephus* Imp. ſub dato *Wien, den Erſten Novemb. 1707*, dictum Comitatum, in peculiarem immediatum Principatum Imperii evexit, habetur ibid. ad An. 1707, ut & apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs, IV Theil*, §. 67, pag. 175 &c. De ipſa Inveſtitura, pergit Dn. *Rehtmeier* l. c. pag. 1591, ad An. 1714: *Nachdem An. 1714, den 27 Mart. erfolgtem Tode Dero Hrn. Vatters Durchl. wurde Herzog* Ludwig Rudolph, *den 25 Maji, als Herzog zu Blanckenburg, gehuldiget &c.* Nummus, in rei memoriam cuſus, ſiſtit Antica: Principem thoracatum, binisque crucibus, Ordinis ſcil. *S. Andreæ*, à Moſchorum Tzaro ei collati, atque *Johannitici* cum ſtella, ornatum, addita in circulo epigraphe: LUDOVICVS RUDOLPHUS D. G. Dux BR. ET LVNEB. Poſtica, laudatum Principem in ſella ſedentem, detecto capite, à tergo habentem Miniſtrum ſervientem, & coram, ſtantes tres perſonas, homagium præſtantes, *Prælatos, Nobiles, & Civitates*, repræſentantes, cum inſcriptione: PRÆSUL, EQUES, CIVIS. FIDA HÆC HOMAGIA PRÆSTANT. Inferius legitur: BLANCKENBURGI, xxiiii MAII, A. M. DCC. XIIII. Vid. ibid. Tab. XXXV, §. 1, pag. 1592. Conf. ſeq. §. 77, lit b. Firmiter igitur teneo, omnia Germanorum Appanagia ſub unam eandemque regulam redigi non poſſe. Contrarius eſt Dn. *Joh. Franciſcus Reiseiſen*, Diſſ. de *Suffragiis Statuum in Comitiis Imperii*, An. 1710, 19 Nov. Argentorati habita, §. 5, p. 9 & ſeq.

(70) Alii diſtinguunt: an Agnato ſuccedatur? & tunc non eſſe legitimam; an Patri? & tunc eſſe legitimam Juris Civilis.

(71) Quia datur in locum alimentorum. (a) Hinc, ſi filius Secundo-genitus aliunde habeat, unde vivat, ipſi non debebitur hæc portio, ſecundum veriorem ſententiam: quia, ceſſante cauſa, ceſſat effectus. *Tiraquell. de Primogen. Q. 4 §. 35. Q. 58, §. 11.*

NOTA.

(a) ALIMENTORUM &c. Vid. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, P. I. Cap. XXII, §. 5, pag. 244.

(72) Nec obſtat, quod ſic Fortuna ſua & Virtus alicui poſſit eſſe damnoſa. Nam Fortuna & Virtus ſua faciunt, ut, cum non amplius conſtituatur in neceſſitate, ipſius neceſſitati non amplius ſuccurratur; niſi fortè alicui certa portio non præciſe pro alimentis fuerit aſſignata; hoc enim in caſu, debebitur.

(73) An Baſtardis ſit conſtituendum Appanagium? diſting. An à Patre ſint agniti? (a) nec ne? ſi illud, illis omnino debetur; ſi hoc, non debetur quidem Appanagium, interim tamen, ſecundum benigniorem opinionem, non ſunt omnino derelinquendi. *Vid. Don Garſias Maſtrillus, Deciſ. 85, per tot.*

NOTA.

(a) AGNITI &c. i. e. In Aula Patris educati, hocque titulo honorati. Vid. *Springsfeld* l. c. Lib. I, Cap. 3, §. 261, & 258.

(74) Si Primogenitus ſit natus ex Plebeja, (a) Secundo-genitus ex Illuſtri, quis Appanagiatus fieri debeat? non conveniunt. Deciſio Quæſtionis dependet ab ea: An ita natus ſit Nobilis, ſeu Illuſtris, nec ne? *Vid. Myler, in Gamolog. Cap. 5, §. 12, & ſeqq.*

NOTA.

(*a*) PLEBEJA &c. Obſtare videtur hujusmodi connubiis, (1) Ejectio *Hagar*, una eum filio *Iſmaële*, è Domo *Abrahami*: *Geneſ.* XXI, §. 9 & ſeqq. (2) quod *Romanorum Legibus* fuerint prohibita. v. g. inter *Senatores*, eorumque Liberos, atque *Libertinas*, vigore *Legis Juliæ Papiæ*, teſte *Celſo*, L. 23, ff. de *Ritu Nuptiarum*; & *Paulo* L. 44, ff. eod. & *Papiniano*, L. 9, ff. de *Senatoribus*. Add. Reſcriptum *Valentiniani* & *Marciani* Impp. L. 7. C. de *Inceſtis & inutilibus Nuptiis* (Lib. V, Tit. V.) circa finem; & *Juſtiniani*, ad *Johannem*, Prætorio Præfectum, L. 28, C. de *Nuptiis* (Lib. V, Tit. 4.) ſimiliter, inter *Dominos* & *Ancillas*, arg. Reſcripti *Conſtantini* Imp. L. 3, C. *de Inceſtis & Inutilibus Nuptiis*, verb. *Cum Ancillis, non poteſt eſſe connubium; nam ex hujusmodi contubernio Servi naſcuntur &c.* vel vice verſa, inter *Dominas* & *Servos*, arg. Conſtitutionis *Anthemii* Imp. de *Mulieribus, quæ ſe Servis propriis, vel Libertis, junxerunt*, Tit. I, in *Codice Theodoſiano*, Edit. Lugdun. An. 1593, p. m. 596: *Cum Servis & Libertis, Dominas & Patronas ineundi matrimonia facultatem habere prohibemus, ne Inſignium Familiarum clara Nobilitas indigni conſortii fœditate vileſcat, &, quod, ſplendore forſitan Senatoriæ Generoſitatis, obtinuit, contractu viliſſimæ Societatis amittat &c.* Non minus *Lege Wiſigothorum*, inter *Patronum* & *Libertam*, arg. Lib. V, *Legis Wiſigothorum*, Tit. VII, Leg. 17, apud *Lindenbrogium*, *Cod. Legum Antiquarum*, p. 116, ibi: *Quia ingenita Libertas, Gratia dono, fit Nobilis, ideo Generoſa Nobilitas inferioris tactu fit turpis. Atque inde claritas Generis ſordeſcit commixtione abjectæ conditionis, unde abdicata ſervitus attollit titulos libertatis &c.* & *Lege Alamannica*, inter *Liberam* & *Colonum*, arg. Cap. 57, dictæ Legis, de *Hæreditate duarum Sororum &c.* apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 377, & *Baluzium*, Tom. I. *Capitular. Regum Francor.* p. 72: *Si duæ Sorores abſque fratre relictæ, poſt mortem Patris, fuerint, & ad ipſas hereditas paterna pertingat, & una nupſerit ſibi coæquali Libero, alia autem nupſerit aut Colono Regis, aut Colono Eccleſiæ: illa, quæ illi Libero nupſit ſibi coæquali, teneat Terram Patris eorum. Res enim alias æqualiter dividant. Illa enim, quæ illi Colono nupſit, non intret in portionem Terræ, quia ſibi coæquali non nupſit &c.* & *Lege Longobardorum*, Lib. 2, Tit. IX, L. 2, ubi *Rotharis* Rex, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 596: *Si Servus Liberam mulierem, aut puellam, auſus fuerit ſibi conjugio ſociare, animæ ſuæ incurrat periculum; & illam, quæ Servo fuerit conſentiens, habeant Parentes poteſtatem occidendi, aut foris Provintiam tranſvendendi; & de rebus ipſius mulieris faciendi, quod voluerint. Et ſi Parentes ejus, infra anni ſpatium, hoc facere diſtulerint, tunc liceat Galſtadio Regis, aut Acteri, aut Sculdaſio, ipſam in Curtem Regis ducere, &, intra penſiles ancillas conſtituere &c.* Quæ *Luitprandus* Rex ibid. L. 3, & Imperator *Ludovicus*, L. 4. confirmarunt. Et *Lege Ripuariorum*, Tit. 58, de *Tabulariis*, (Manumiſſis per tabulas) L. IX, apud *Baluzium* l. c. Tom. I. p. 42, & *Lindenbrogium* l. c. pag. 462: *Si Tabularius Ancillam Regiam, aut Eccleſiaſticam, ſeu Ancillam Tabularii, in matrimonium ſibi ſociaverit, ipſe cum ea ſervus permaneat &c.* & L. 10: *Si autem Tabularius ancillam Ripuariam acceperit, non ipſe, ſed generatio ejus, ſerviat &c.* & L. 11: *Si autem Eccleſiaſticus Romanus, vel Regius homo Ingenuam Ripuariam acceperit, aut ſi Romana, vel Regia, ſeu Tabularia Ingenuum Ripuarium, in matrimonium acceperit, Generatio eorum ſemper ad inferiora declinetur &c.* & *Lege Saxonum*, teſte *Adamo Bremenſi*, Lib. I, *Hiſtor. Eccleſ.* Cap. V, p. m. 7 & 8: *Generis quoque ac Nobilitatis ſuæ providiſſimam curam habentes, nec facile ullis aliarum Gentium, vel ſibi inferiorum Connubiis infecti, propriam & ſinceram, tantumque ſibi ſimilem Gentem facere conati ſunt - - - - Et id Legibus firmatum: Ut nulla pars, in copulandis conjugiis, propriæ ſortis terminos transferat; ſed Nobilis Nobilem ducat Uxorem, & Liber Liberam, Libertus conjungatur Libertæ, & Servus Ancillæ. Si verò quiſpiam horum ſibi non congruentem, & Genere præſtantiorem duxerit Uxorem, cum vitæ ſuæ damno componat &c.* Hinc exprobratum legimus *Henrico IV.* Imp. quod non ſolum *Uxores Indigenarum univerſorum advenis in matrimonium ſubjugaverit*: ſed & *Filias Illuſtrium quibuslibet obſcurè natis conjugaverit*; vid. *Conradus Urſpergenſis*, ad Ann. 1066 & 1068, p. m. 168; pariter ac *Ottoni Guilielmi* Marchionis Fratris, objectum, quod *Slavica Matre* fuerit natus; apud *Lambertum Aſchaffenburgenſem*, ad An. 1057. pag. m. 163: *Otto, Frater Guillelmi Marchionis, ſed matrimonio impari, Matre ſcil. Sclavica, natus &c.* Quo faciunt, quæ *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.* lib. 2, Cap. XIX, pag. m. 95; *Hachenberg*, in *Germania Media*, Diſſ. V, de *Nuptiis Veterum Germanorum*, §. 4, pag. 156 &c. *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Diſparagare*, p. m. 121; *Dietherr*, *Continuat. Theſauri Practici Beſoldiani*, voc. *Adel*, p. m. 15 &c. *D. Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.* Tom I, Lib. I, Tit. IX, §. 6. pag. 108, ibique allegati; Dn. *Joh. Frid. Dulſſecker*, in Diatriba de *Matrimoniis Perſonarum Illuſtrium in Imperio Romano-Germanico*, Quæſt. 1, p. 6 & ſeqq. De prohibita

Anglo-

Anglorum Scotorumque diſparagatione (diſpari matrimonio) de quibus *Corvellus*, Lib. I. *Inſtitutionum Anglicarum*, Tit. X, §. 6; & *Thomas Cragius*, *Jur. Feud. Scot.* Diegeſ. 20, de *Maritat.* evolvendi; nec de more *Danorum, Holſatorumque*, quo Virgo Nobilis antiquæ proſapiæ, abſque nullitate matrimonii, Viro ignobili nubere nequit; docente *Michaele Havemanno*, in *Gamolog. Synopſ.* Lib. I, Tit. 4, Poſ. 8, §. 3. Conſ. *Spangenbergii Adel-Spiegel*, P. I. lib. 7, c. 18; *Dietherr.* l. c. (3) Adhuc hodie vocentur *Miſsheurathen*; (4) Liberi inde nati nec ad Ludos Equeſtres, nec ad Eccleſiaſtica munia, majori cum dignitate conjuncta, admittantur; (5) Infinitæ rixæ ex imparitate Conjugum profluere ſoleant; quandoquidem Nobilis Uxor Marito ignobili imperare ut plurimum contendit; viceque verſa, Maritus Nobilis Conjugem ignobilem, vel pecuniarum intuitu, vel ob venuſtatem duntaxat ductam, aut ipſemet tandem ſpernit, aut certè ejus agnati cognatique. (6) Scabini *Magdeburgenſes* P. I, c. 14. Diſt. 4, aliquando ſic pronunciaverint: *Si Pater, juſto ex matrimonio natus, ſe junxit fœminæ, quæ ex ejusmodi conjunctione non eſt procreata. Liberi inde ſuſcepti illi non ſuccedunt in bona ſua, ſed hæc cedent ejus propinquis, vel, his haud extantibus, Fiſco &c.*

Enimverò, cum (1) Sacræ literæ ejusmodi matrimonia non ſolùm non improbent; ſed (2) contrarium potius ex iis pateat, arg. nuptiarum *Jacobi*, cum *Bilha* & *Zilpa*, ancillis, *Geneſ.* XXIX & XXX; *Ahasveri* Regis, cum *Eſthera*, Lib. *Eſter.* Cap. 2, §. 16 & 17 &c. (3) Nec *Jus Canonicum* refragetur; arg. C. 2, *Recurrat*, Cauſ. XXXII, Quæſt. 4. & Lib. 4. *Decretalium Gregorii IX.* Tit. IX, de *Conjugio Servorum*, C. 4. *Ad Noſtram &c.* nec (4) *Jus Civile*, arg. L. 19, ff. de *Statu hominum* (Lib. I, Tit. 5.) qua liberi, legitimè nati, indiſtinctè Patrem ſequi dicuntur; L. 9, C. de *Incolis* (Lib. X, Tit. XXXIX.) quæ *mulieres honore maritorum erigit, & Genere nobilitat*. conſentiente L. 13, C. de *Dignitatibus*, (Lib. XII, Tit. I.) nec (5) *Jus Feudale*, arg. 2. F. 29. ubi ſpeciale Pactum requiri, dicitur, ſi filii, ex ignobili matre in lucem editi, à ſucceſſione repellantur. Vid. *Borcholt*, de *Feudis* c. 7, §. 56, Part. 2, verſ. *Filii nati*, nec (6) *Jus Saxonicum*; docente *Reinkingio*, de *Regimine Secul & Eccleſ* lib. I, Claſſ. V, Cap. XI. §. 24, p. m. 680; nec (7) *Jus Camerale*, teſte eodem l. c. nec (8) *quotidiana praxis*, exemplis mille teſtibus, quorum nonnulla *Henricus Salmuth.* Cancellarius Lippiacus, in Reſponſo Juris, *pro Matrimonio Principis cum Virgine Nobili*, Jenæ, an. 1670. edito; Ill. Dn. *Hieron. Wigandus à Laſſert.* Tr. de *Statu Aulico Politico*, Cap. XII, §. 2, p. 184 & 185, Dn. *Dulſſeckerus* l. c. pag. 9 &c. aliique, ſiſtunt; de *Henningeſii* magno *Opere Genealogico*, Dn. *Speneri*, *Opere Heraldico*; & Dn. *ImHoffii Notit. Procerum Imperii*; *Hiſtoriaque Italiæ & Hiſpaniæ Genealogica &c.* ne dicam. (9) Viri magni nominis ejusmodi nuptias nullatenus rejiciendas eſſe tradant, v. g. *Stephani*, de *Jurisdict.* Lib. 2, P. I. c. 7, membr. 2, §. 42; *Beſoldus*, Part. 2, Conſil. 87. §. 16, 49, 62 &c. *Petrus Friderus*, de *Contin. Cauſ.* C. 19. §. 1. *Henricus Salmuth*, cit. Reſponſo; *Speidelius*, voc. *Adel*, in fin. verb. *Wo der Mann Edel iſt, wird das Weib auch für Edel gehalten, ob Sie ſchon andern Herkommens iſt &c.* *Pfeilius*, Conſil. 78, n. 161; *Mylerus*, in *Gamologia*, c. 5. §. 12, 22, & Sect. 3, §. 61; *Schubhardus*, de *Auſtregis*, §. 3, lit. H; (*Bertramo de Comitiis*, Membr. 3, §. 43, contrarium ſtatuenti, ſe opponens; utriusque argumenta recitante *Limnæo*, lib. IX. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 56 & ſeqq. p. 13 & 14.) *Arniſæus*, de *Jure Connubiorum*, Cap. 3, Sect. 6; *Grotius*, de *Jure Belli & Pacis*, lib. 2, Cap. V, § XV & ſeqq. p. m 156 &c. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit XIX, §. 9, pag. 285; Dn. *Schilter* l. c. pag. 109; *Dulſſecker* l. c. pag. 8, ibique allegati alii; *Nobilis cum Ignobili* verum legitimumque eſſe matrimonium arbitror, natosque inde liberos iisdem gaudere prærogativis, quibus aliàs liberi ex æquali thoro ſuſcepti, niſi conſuetudo, vel Lex Provincialis, aliud involvant; aut *Matrimonium ad morganaticam* tantùm ineatur, de quibus caſibus hic non eſt quæſtio.

Ad Objectionem (1) reſponderi poſſe puto, *Hagaris*, filiique ipſius, *Iſmaëlis*, ejectionem, perperam in contrarium adduci; cum *Iſmaël* non propterea fuerit expulſus, quod Matrem *ancillam* habuerit, ſed, quod eſſet *malitioſus Iſaaci Fratris deriſor*, vid. *Geneſ.* XXI, §. 9; *Fagius*, in hunc locum, Tom. I. *Criticorum Sacrorum* pag. 226. ait: *Quid autem riſerit Iſmaël, vel quid aut quem irriſerit, non exprimitur in Textu Hebræorum: quidam referunt, Saram animadvertiſſe, Iſmaëlem proclivem fuiſſe ad idololatriam, ad homicidia, & ad ſcortationem &c.* & *Vatablus*, in eundem locum, p. 227: *Non fuiſſe puerilem luſum & innoxium, ex indignatione Saræ apparet. Fuit igitur maligna ſubſannatio, qua protervus adoleſcens Fratrem* (Iſaacum) *adhuc infantem, præ ſe contempſit &c.* cui adſtipulatur *Clarius* in eundem locum, ibid. pag. 228, ut & *Grotius*, in eundem, pag. 229, ſcribens: *Videtur autem* (Iſmaël) *irriſiſſe pietatem Iſaac &c.* Perpulchre hic D. *Auguſtinus*, Tom. IX. Operum, Tractatu XI. in *Evangelium Johannis*, Cap. 3. pag. m. 102: *Habuit Uxores Jacob Liberas, habuit & ancillas; Pariunt Liberæ; pariunt & ancillæ; & fiunt duodecim Filii Iſraël. Si numeres omnes de quibus nati ſunt, non omnes de Liberis, non omnes de ancillis: ſed tamen omnes ex uno ſemine. Quid ergo Fratres*

Digitized by Google

dorpius cit. Tom. IX, Lib. X, Cap. XXVII, §. 3, p. 239,) Repetebant Civitates: *Wie Sie, wegen der allzuhohen und unerträglichen* Matricul, *auch bey vielen ſich befindenden ſchlechten, und gantz gewerbloſen Zuſtands, auch andern* Extraordinari-*Beſchwerden, zu dem, von beeden Hæhern Ræthen, verwilligten* Triplo, *durchgehends, oder ohne* Temperament, *nicht verſtehen mœchten, noch kœnten; allermaßen Sie Sich auch auf die vorige Reichs*-Acten, in eadem materia aſſiſtentiæ Turcicæ, *und auf die Kayſerliche allergnädigſte Erklärung, die Stande* ultra poſſe *nit zu treiben, bezogen, und davor gehalten haben wolten, daß dergleichen* Discrepantz circa Quantum *öffters fürgangen ſeye &c.* (vid. ibid. §. 4, pag. 240) Cæſare contrà decretum emittente, ſub dato *Regenſpurg*, 18 Mart. 1664, præfatæ Reſolutioni d. 5 Febr. inhærendo; (ibid. §. 8, p. 242,) manſit res ambigua, in tantum, ut & in Collegio Principum 15-25 April. concluſum fuerit: *Daß der Beytrag, nach Anleitung des Reichs-Abſchieds* de An. 1542, *auf den Fuß und* Proportion *der ſtellenden Mannſchafft (die Officirer mit eingeſchloſſen, und für einen Mann* computirend) *geſchehen und eingerichtet werden ſolle, jedoch mit dem Vorbehalt, und Beding, weiln verſchiedene Stände ſich bey dieſer Türcken-Hülff, über Ihr* Contingent *angreiffen, andere entgegen geringer angeleget werden, daß, durch dieſe Anlag und Eintheilung, keinem Stand einig* reſp. Præjuditz, *oder Vortheil, fürs künfftig zuwachſen ſolle &c. (Lundorp.* l. c. §. 26, p. 260,) nec ſpes eſt, litem hanc unquam ex voto altercantium deciſum iri. Conf. *Reinkingius*, de *Regimine Secul. & Eccleſ.* Lib. I, Claſſ. 5. cap. 8. §. 72, pag. 650. *Goldaſtus* de *Regno Bohemiæ*, Lib. 2, Cap. XVI, §. 2, p. m. 316. ibique *Schminckius* in Notis, lit. γ. *Mylerus ad Rumelinum* in *Auream Bullam*, Part. 2, Diſſert. 3, §. XX, lit. h. pag. 488; *Limnæus*, T. 3 *Jur. Publ.* Lib. IX, Cap. I, §. 183, p. 40; & Tom. V, Addit. ad Lib. IX, Cap. I, §. 182, p. 362; & ſeqq. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. IX, de *Comitiis Imperii* §. 56, p. 519, (619) *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ* Cap. 4, §. 34.

(*c*) IN TOLLENDA LEGE FUNDAMENTALI &c. Quia Leges hæ non niſi unanimi conſenſu Statuum conduntur. Vid. *Wurmſer*, Exercit. VII *Jur. Publ.* Quæſt. 7, p. 303; *Beſoldus*, de *Juriſdict. Imper. Rom.* Cap. 15; *Limnæus* l. c. Tom. 3, Lib. IX, Cap. I, §. 185, p. 41; & Tom. V, Addit. ad Lib. IX, Cap. I, §. 182, p. 361. *Mylerus* l. c.

(*d*) PUBLICAM &c. Conf. *Victor*, de *Exemtionibus Imperii*, Concluſ. V, §. 27, p. 31. *Limnæus* cit. Tom. V, Addit. ad Lib. IX, §. 182, p. 361.

(*e*) TANQUAM AD SINGULOS &c. Vid. *Mylerus* l. c. p. 488; *Limnæus* l. c. §. 187, p. 41; *Reinking* l. c. §. 71, p. 650.

(82) Ea verò, quæ definita ſunt, referuntur à Moguntino in Receſſum, vel omnia, vel quædam; accidit enim interdum, quod, propter certas rationes, Imperator & Status non omnia velint referri in Receſſum generalem, ſed volunt, ut quædam referantur in Receſſum ſecundarium, *in Neben-Abſchied, de quo vid. ſupr. lib. 1.*

(83) Receſſus conſcriptio ad munus Electoris Moguntini pertinet, cujus Cancellarius, vel Secretarius, eum concipit. (*a*) Initium Receſſus plerumque ex verbis literarum Imperialium, quibus convocantur Comitia; narratio ex propoſitione; expeditio ex Relationibus & Reſolutionibus Imperatoris & Statuum peti conſuevit.

NOTA.

(*a*) CONCIPIT &c. De modo conficiendi Receſſum Imperii, legas Auctorem *Des Außführlichen Berichts, wie es auf Reichs-Tägen pflegt gehalten zu werden &c.* apud *Goldaſtum*, Part. 22 *Der Reichs-Händel*, Cap. 13, p. 937, Tit. *Von Beſchlüßen und Abſchieden eines Reichs-Tags &c. Lehmannum, Chron. Spirenſ.* Lib. VII, Cap. 124, eadem Rubrica, p. 1023. *Lundorpium* Tom. 4 *Act. Publ.* Lib. 4, Cap. 43, p. 861; & Dn. *Lunigium* Part. General. *Des Teutſchen Reichs-Archivs*, Tit. 3, p. 16, §. *Von Beſchlüſſen und Abſchieden eines Reichs-Tags &c.* verb. *Wann nun alle Puncten der Kayſerl. Maj.* Propoſition, (*als wie obſtehet) berathſchlaget,* referirt, hinc inde, *zwiſchen Ihrer Maj. und Räthen der Ständen, verglichen und beſchloſſen, ſo gebühret dem Ertz-Biſchoffen zu Mayntz, als des H. Reichs* per Germaniam *Ertz-Cantzler, aller Sachen Beſchluß und Handlung, ſo* publicò *zu wiſſen nötig --- in ein* Concept *eines Abſchieds bringen zu laſſen, darinn die Kayſ. Maj. anzeigt, warumb Sie dieſen Reichs-Tag außgeſchrieben? was dem H. Reich darangelegen? und was Sie darauf* proponirt, *auch allenthalben mit den Ständen verglichen, nachmahls daſſelbe, ſampt den Ständen, zu halten gereden,* ſubſcribiren *und ſiegeln:* (ut ex multis Imperii Receſſibus apparet) *und damit ſolches dem Maintziſchen Cantzler, oder* Secretario, *ſo viel leichter zu thun ſeye, ſo hat*

derſelb

derſelb auf den Beſchluß eines jeden Articuls *im Rath acht zu haben, was die Kayſerliche Maj.* referirt, *und Ihr Kayſerl. Maj. alſo beſchloſſen Ihr gefallen läßt, aufzuzeichnen, und alſo zeitlich, unter wehrender Handlung, erſtlich den Eingang des Abſchieds*, ex verbis *des Kayſerlichen Außſchreibens; die* narrata, ex Propoſitione; *die* Propoſition *aber, auf einem jeden* Articul, *aus den* Relationibus, *und der Kayſerl. Maj. darauf erfolgten* Reſolution, *zu nehmen, und alſo in einen* Contextum *zu bringen, daß er, nach beſchloſſenen Sachen, in wenig Tagen, das* Concept *des Abſchieds vorlegen kan. Ehe und bevor aber ſolches geſchicht, und wann man alſo noch im Beſchluß der Sachen ſtehet, pflegt der Mainziſche Cantzler zu* proponiren, *daß man* Deputirte *aus den Ständen, welche das* Concept *des Abſchieds abhören*, corrigiren *und* emendiren, *und benennt Er Ihnen einen Tag, da Er ungefehrlich damit gefaßt zu ſeyn getrauet, in der Churfürſten Stuben zuſammen zu kommen, und das* Concept *anzuhören. Solches wird auch der Kayſerl. Maj. angezeigt, die darzu auch Ein, oder Zween, aus den Ihren, verordnet und beſchicht ſolche* Deputatio *alſo, daß ein jeder Churfürſt Einen, oder Zween, (die doch, von Ihrer Herren wegen, mehr nit als ein* Votum *haben; die im Fürſten-Rath, von der Geiſtlichen Banck, drey, und drey von der Weltlichen Banck; die Stätte zween, darzu verordnen. Dann wird der Abſchied* per partes, *als erſt der Eingang, hernacher die* Articul Propoſitionis, *vorgeleſen, und auf einen jeden Theil die Umbfrag gehalten, wie im* Supplication-*Rath, allein daß Kayſerl. Maj.* Commiſſarii Votum concluſivum *haben; was dan jeder darinn Bedenckens, das mag er anzeigen, und was darinnen geahndet, das bleibt, oder wird geendert im Concept &c.* Conf. Auctor *der Grundveſte des H. R. Reichs*, Part. 2, Cap. 10, p. 159 &c. qui addit. p. 160: *Und beſtehet ſolche* Deputation *nunmehr in ſtärckerer Anzahl, als vor dieſem; denn da ſonſten nur einer, oder zwen Kayſerliche* Commiſſarii, *und, neben denen ſämptlichen Churfürſten, aus dem Fürſten-Rath, von jeder Banck nur drey dazu gezogen worden, hat, zu Revidirung des jüngſten Reichs-Abſchieds* An. 1654, *Kayſerl. Maj. vier* Commiſſarien, *benantlich* (1) *den Fürſten von Dieterichſtein,* (2) *den Reichs-*Vice-*Canzler, Graf Kurtzen,* (3) *den Reichs-Hof-Raths-*Præſidenten, *Grafen von Oettingen; und* (4) *den Reichs-Hof-Rath Gebharden; der Fürſten-Rath aber noch einmahl ſo viel als ſonſten, und zwar von Ræmiſch-Catholiſcher Seiten: Oeſtreich, Saltzburg, Bayern, Bamberg, Coſtnitz, und einen von denen Schwäbiſchen* Prælaten; *von Seiten derer Evangeliſchen: Pfaltz-Simmern, Sachſen-Altenburg, Brandenburg-Culmbach, Braunſchweig-Wolffenbüttel, Würtenberg, und einen von denen Wetterauiſchen Graffen, abgeordnet, welche alle, nebens zweyen aus dem Stätte Rath, bemelter* Reviſion *beygewohnet. Wiewohl doch die übrigen, ſonderlich Fürſtlichen Theils, Ihnen hierdurch nicht genugſam* proſpicirt *und gerathen zu ſeyn erachten wollen, indem Sie darauf gedrungen, daß das* Concept *des Reichs-Abſchieds in die 3 Reichs-*Collegia *allen Ständen zu durchleſen, und, nach denen ergangenen* Acten, *und außgefallenen Schlüſſen, zu erwegen, und zu* rectificiren, *übergeben werden ſolte &c.* Add. *Wehner*, Obſervat. Pract. voc. *Reichs-Tag*, p. 408, §. *Poſtquam autem &c. Limnæus, Jur. Publ.* Tom. 9, Lib. IX, Cap. I, §. 193 &c. p. 44 &c. aliique à *Mylero*, in Additionibus ad *Rumelinum* in *Auream Bullam*, Part. 2, Diſſ. 3, §. 21, p. 490, nominati.

(84) Formula Receſſus prius in Senatu Electorum examinatur, antequam Deputatis Imperatoris & Statuum prælegatur. Ita obſervatum eſt anno 1641 in Comitiis Ratisbonenſibus: ſed tamen Principes die 27. Sept. contradixerunt, & hoc examen non competere Electoribus, præ reliquis Statibus, exiſtimarunt. *vid. Limn. tom. 1. ad lib. 9. cap. 1. n. 195.*

(85) Hoc examine expedito, petit Moguntinus, ut quidam deputentur ex Statibus, quibus prælegatur Receſſus, quomodo ab ipſo conſcriptus eſt, & ſi neceſſum ſit, corrigatur & emendetur. Nominatur Deputatis dies in loco conventui Electorum deſtinato, atque etiam Imperatori indicatur, ut ex ſuis Conſiliariis, unum, vel alterum, intereſſe prælectioni jubeat. (*a*) Electorum ſinguli unum, vel duos, qui tamen unum duntaxat obtinent votum, conſtituunt. Principes Eccleſiaſtici tres, Seculares totidem; Civitates duos eò mittunt. Qui ſi vel omnes, vel majoribus votis aliquid mutandum exiſtimaverint, id mutatur; ſi differant vota, votum deciſivum Imperatoris Commiſſariis tribuit Author Comitiologiæ: *Bertramus* verò negativam ſequitur, *de Comitiis th. 87.*

Digitized by Google

NOTA.

(a) JUBEAT &c. Vid. præced. §. 83, lit. a. ubi notavi, quæ hic mutata.

(86) Receſſus deinde, in Cancellaria Moguntina, bis in membrana deſcribitur; (a) & unum Exemplar deponitur apud Cancellariam Imperii, *des Reichs Cantzley*; alterum, *in des Reichs Hoff-Cantzley:* Copia tantum Cameræ Imperiali tranſmittitur, ut habeat, quod in ſententiis ſequatur. (b)

NOTÆ.

(a) DESCRIBITUR &c. Citatus Auctor *des Außführlichen Berichts*, cujus præced. §. 83, lit. a, memini, pergit l. c. *Wan alſo das gantze Concept verglichen, läßt man daſſelbe zweyfach* ingroſſiren, *in der Maintziſchen Cantzley, in Pergament &c.* Conf. *Hagemeier* de *Comitiis*, Cap. XI, p. 72.

(b) SEQUATUR &c. Vid. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit X, §. 15, lit. E, pag. 838; *Conring*, de *Republica*, Exercit. IX, §. 59, pag. 522 & 523 (622 & 623) *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, §. 24, §. 19, pag. 470; in primis *Auctor der Grundveſte* l. c. pag. 160, & 161.

(87) Lingua hodie Germanica (a) eſt, olim conſcribebatur Latina.

NOTA.

(a) GERMANICA &c. Imperii Leges, Actave publica alia, olim Idiomate Latino, poſteaque Germanico, fuiſſe conſcripta, præced. Lib. I, Tit. V, §. 5, lit. g, pag. 415 & 416, monui. *Lehmannus*, Lib. 2, Chronici Spirenſis, Cap. 45, p. 197, ait: *Inſonders iſt allhie in acht zu nehmen, daß die Teutſche Könige, weder zu Hof, in Ihren Cantzleyen, (oder Capellen, wie ſie damahls geheiſſen) noch in Reichs-Verſammlungen, oder in Ihren Geſetzen,* Policey- *und andern Ordnungen, noch vor Gericht und Obrigkeiten, die Teutſche Sprach in Schrifften und Briefen, wie die Nahmen haben, gar nicht gebraucht, ſondern ſo ſchwär zu ſchreiben angeſehen, daß man ſich davon gäntzlich enthalten &c.* & pag. 198: *Daher ſeind aller Teutſchen Völcker Geſätz und Ordnungen, alle* Privilegia, Diplomata, *übergaben Schenckungs-Brieff, Bündnuſſen, und was jemahls von den Teutſchen, biß aufs Jahr zwolff Hundert hinauß, in Reichs-Verſammlungen, Cantzleyen, vor Gerichten und Obrigkeiten,* publicè *und* privatim, *geſchrieben, in Lateiniſcher Sprach verfaßt und außgefertiget worden &c.* Primum Imperii Receſſum Germanicum, An. 1236 in Comitiis Moguntinis, à *Friderico II* Imperatore celebratis, conditum, ſiſtit *Goldaſtus*, Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, pag. 17 &c. ſub Rubrica: *Keyſer Friderichs deß Andern Recht, geſetzt und beſtätiget, zu dem Großen Hoff zu Mangantze, und geſchahe, nach Unſers Herrn Chriſti Gepurd, zwelff Hundert, und Sechs und Dryſſig Jare, zu Sand Marien im dritten Augſte.* Sub eodem Principe, tam *Speculum Saxonicum*, vulgo *der Sachſen-Spiegel*, (poſteaque *Jus Provinciale*, ſeu *Land-Recht*, nominatum, circa initium Seculi XIII, ab *Epkone de Repkau*, Nobili Saxone, ex antiquis Saxonum moribus Legibuſque compilatum;) quam *Speculum Suevicum*, (*der Schwaben-Spiegel*) veterum Franconiæ Sueviæque Populorum jus patrium complectens, lingua noſtra vernacula prodiiſſe, ſolidis argumentis probat Dn. *Struvius*, in *Hiſtoria Juris*, Cap. VI, §. 22, p. 469 &c. & §. 30, p. 487 &c. Et hoc eſt fortè, quod apud *Godefridum* Monachum *Colonienſem*, ad An. 1235, legimus: *Curia celeberrima, in aſſumptione B. Mariæ, apud Maguntiam indicitur, ubi, ferè omnibus Principibus Regni Teutonici convenientibus, Pax juratur; vetera Jura ſtabiliuntur: Nova ſtatuuntur, & Teutonico ſermone in membrana ſcripta omnibus publicantur &c.* Vid. præced. Lib. I, T. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1235, pag. 156. *Rudolphus I*, Imp. An. 1273 (notante *Schützio*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. 4, §. IX, lit. a, p. 243) vel 1274, ut aliis placet, conſtituiſſe fertur Mandata, Edicta, Privilegia, & Notariorum Inſtrumenta publica, omneſque contractus, non niſi idiomate Teutonico poſthac deſcribenda eſſe; vel *Goldaſto* teſte, Tom. I. *Conſtitutionum Imperialium*, pag. 311 ſub Rubr. *Rudolphi I Imp. Auguſti Edictum, de Diplomatibus, & Inſtrumentis, Lingua Germanica concipiendis*, verb. *Omnia Mandata, Edicta, Privilegia, Pacta dotalia, Contractus, & id genus alia Scripta & Inſtrumenta, in Theutonica Lingua, & non, ut antea, in Latina, concipiantur &c.* ſed quis authenticum Conſtitutionis hujus exemplar inſpexit? vid. *Mauritius*, de *Receſſibus Imperii*, §. 28 & 29, p. 34 & 35; add. cit. præced.

Lib. I,

Digitized by Google

Lib. I, T. 2, §. 8, lit. a, p. 68. conf. ſeq. §. 89. Id tamen certum eſt, majeſtatem Linguæ Germanicæ Principi huic occaſione qualibet fuiſſe cordi; documentum quoddam ſuppeditat *Mutius*, Lib. XXI *Chronicorum*, apud *Piſtorium*, T. 2, p. 193, mentione facta contradictionis *Bernhardi*, Secovienſis Epiſcopi, ex *Ottocari*, Bohemiæ Regis, mandato, in Comitiis *Auguſtanis Rhætiæ*, An. 1275, contra laudati Imperatoris *Rudolphi* electionem, interpoſitæ, inquiens: *Se non ignorare, quibuſdam incredibilia primò videri, quæ dicturus ſit; ſed, ſi finem uſque patientes aures præbuerint, clariſſimè viſuros rem, ut habeat. In hunc modum exorſus* (Secovienſis Præſul) *proponit: Electionem Rudolphi nihil valere. Hoc probat Epiſcopus argumentis multis, ſed invalidis, concluditque: Cum ergò Electio non valeat, Illi non eſſe obediendum. Sophiſtam tradunt hunc Epiſcopum fuiſſe, nam, per totam orationem, multa artificioſe collegit, uſuſque paſſim dialecticis vocibus eſt. In fine vero Orationis, Latinè multa ad Legatos Apoſtolicos, alioſque Eccleſiaſticos Prælatos, dixiſſe ſcribitur. Rudolphus vero Imperator inquit ad illum: Epiſcope, nolo de Me dicatis ſermone Latino, ut reſpondere ex adverſo non poſſim; ſi habetis cauſſam adverſus Clericos, utamini Latino ſermone coram Epiſcopo; contra Me vero, vel alium quempiam Noſtri Ordinis, proponatis more ſolito, nec Pontificem Maximum, fucata veſtra Oratione, in Me concitetis, juſſitque aut Germanicè loqui, aut tacere &c.* Conf. *Goldaſtus* de *Regno Bohemiæ*, Lib. 4, Cap. 4, §. 36, p. m. 573. Notandum inſuper Receſſum Comitiorum *Herbipolenſium*, ab Eodem, An. 1287 convocatorum, idiomate Germanico fuiſſe editum, tabulas ſiſtente *Lehmanno*, l. c. Lib. V Cap. 108, pag. 628, unde hauſi, quæ præced. Lib. I, T. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, p. 163, habentur. *Eadem Lingua* conſcriptum à *Ludovici* Bavari Imperatoris Filiis, accedente Patris conſenſu, An. 1346, Codicem *Juris Provincialis Bavariæ*, teſtatur *Lambecius*, Lib. 2 *Commentariorum Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*, Cap. 8, p. 834, §. 144, affirmans, eum in Folio minori chartaceo, in dicta Bibliotheca reperiri, cujus ſimul prooemium depinxit. Quanti & *Sigiſmundus* Imp. idioma hoc fecerit, judicari poteſt ex Ejus decreto, in cauſa *Friderici*, Marchionis Brandenburgici, qua *Henrici* C. P. R. duciſque Bojorum defenſoris, adverſus *Ulricum Riderer*, *Ludovici* C. P. R. Bavariæque Ducis Advocatum, An. 1417, die Veneris ante feſtum *Margarethæ*, in ſolemni Curia *Conſtantienſi*, emiſſo, apud *Goldaſtum*, Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, p. 98 & 99, ubi: *Hierauf war, nach Unſerer Frag, von den Fürſten allen einhelliglich zum Rechten geſprochen: Nachdem nun Wir hie in Teutſchen Landen zum Rechten geſeſſen, als ein Römiſcher König, und Hertzog* Ludwig, *und Hertzog* Henrich *vorgenant, beyde Teutſche Fürſten wären, und zum Reich gehorten, und die Sach Teutſch, und umb des Reichs Lehn wäre, die in Teutſchen Landen gelegen wären, und wie Ihn beyder Seits ein Teutſch Recht, mit Teutſchen Fürſten, beſetzt hätten, und beyde Theil mit Teutſchen Fürſprechen fürgeſtanden, und Ihr Sach, nach Teutſchen Rechtens-Gewohnheit, fürgelegt hätten, ſo ſprechen Sie zum Rechten: Was jeglicher Theil fürlegen wolte, es wære Brieffe, Worte, oder ander redliche Kundtſchafften, daß er das in Teutſchen, und nach Teutſchen Rechtens Gewohnheit, durch ſeinen Fürſprecher, thun und fürlegen ſolte &c.* Idque, ſubſequentibus temporibus, in Comitiis jugiter fuiſſe obſervatum, tradit *Hofmannus*, ad *Capitulationem Joſephi* Art. 42, §. 3, v. 10, pag. 707; Omnes minimum *Receſſus*, aliæque *Conſtitutiones Cæſareæ*, ab Anno 1442, quo *Reformatio Francofurtenſis Friderici III* publici facta Juris, Germanico ſermone hactenus promulgatæ noſcuntur, pariter ac *Capitulationes Imperatorum*, ab An. 1519, id eſt, à temporibus *Caroli V*, in hunc uſque diem; *Pacificationum* licet, aliarumque *Tranſactionum* cum Exteris Regibus, Principibus, & Rebuspublicis, initarum, Inſtrumenta ſæpiſſimè Latino idiomate exhiberi ſoleant. Utut autem ſermo germanicus communiter in Comitiis retineatur, attamen nonnunquam Latino quoque locum concedi, vulgatiſſimum eſt. Documento ſunt *Comitia Ratisbonenſia* An. 1471, quorum *Arumæus*, Tr. de *Comitiis*, Cap. VII, n. 140, meminit, ad auctoritatem *Johannis Antonii Campani*, qui in comitatu Nuncii Papalis, in Imperatoris *Friderici III* Aula, verſabatur, Epiſt. XII provocans; idem patet ex *Lehmanno*, cit. *Chron. Spirenſ.* Lib. VII, Cap. 113, p. 974, ubi refert, Imperatoris *Friderici III*, juſſu, ab *Alberto*, Electore Brandenburgico, facta An. 1474, in Comitiis *Auguſtanis*, Propoſitione, *Sixti IV* Nuncium Orationem Latinam habuiſſe, ibi: *Nach ſolchen Fürtrag, hat der Päbſtliche* Legat *eine* Oration *in* Latein *gehalten &c.* Legatum *Burgundicum*, An. 1640 in Comitiis Ratisbonenſibus Votum Latinis verbis expoſuiſſe, teſtantur Acta apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.* Lib. 4, Cap. 44, p. 893, in fine, ubi: Seſſ. VII, *Den* 17 *und* 27 Sept. An. 1640, *auf Befehl des Churfürſtlichen* Directorii, *iſt dem Spanniſchen Geſandten, wegen Burgund, angeſagt, und* Seſſionem *und* Votum *geſtattet, unangeſehen die Chur-Sächſiſchen Geſandten derenthalben* contradiciret, *weilen der Geſandte nicht Teutſch verſtehet. Wie Er dann ſein* Votum

Digitized by Google

Latinè *abgeleget &c.* Conſ. ibid. Seſſ. X, p. 904. Tit. *Burgundt &c.* & Seſſ. XII, p. 908; voce eadem; nec non Seſſ XIII, p. 915, Seſſ. XIV, p. 919; Seſſ. XV, p. 926; Seſſ. XVI, p. 930; paſſimque in ſequentibus, pag. 944, 948, 960, 979, 984, 1002, 1019, 1026, 1033, 1041, 1048, 1061, 1069, 1077, 1093, 1117 &c. & Tom. V, Lib. I, Seſſ. XLVII, 8 Januar. 1641, pag. 8, cit. voce *Burgundt*; pariter ac in Seſſionibus reliquis, ſub eadem rubrica, pag. 19, 20, 32, 34, 37, 47, 52, 57, 75, &c. &c. de Salvis conductibus Legatis Exterorum dari ſolitis, aliiſque negotiis, quæ cum Miniſtris Gallorum, Hiſpanorum, Britannorum, Danorum, Suecorum, Polonorum, Hollandorum, aliarumque Gentium peregrinarum, data occaſione, tractantur, ne loquar, quo pertinent v. g. *Literæ Cæſareæ ad Summum Pontificem*, ratione avocationis Cardinalis *Gineddi*, Legati à Latere, ad Tractatus Pacis Coloniam deſtinati, ſub dato *Ratisbonæ*, 20 Sept. 1640, apud *Lundorpium*, Tom. IV, Lib. 4, Cap. 44, pag. 913 &c. *Salvus Conductus pro Fœderatis Galliæ* ad eoſdem Tractatus, ſub dato *Ratisbonæ*, 2 Oct. 1640, aliuſque, ſub eodem dato, *pro Fœderatis Sueciæ*, Lubecam, vel Hamburgum, verſus, ibid. p. 918, & Tom. V, Lib. I, p. 28; *Literæ S. R. I. Statuum ad Reginam Sueciæ*, d. *Ratisbonæ*, 17 Jan. 1641, ut & *ad Regni Sueciæ Statu*[illegible]*æque ad Sueciæ Conſiliarios*, ibid. 18 Jan. 1641, apud eundem cit. Tom. V, Lib. I, p. 23 & 24; *Salvus conductus pro Landgravia Haſſiæ*, Lubecam aut Hamburgum verſus, ibid. p. 29; *Literæ Statuum Imperii ad Galliæ, Hiſpaniæque Reges*, in Puncto Pacis, *Ratisbonæ* 2 Mart 1641, exaratæ, ibid. p. 164 & 165; *Relatio Legati Hiſpanici* de Præſidiis Hiſpanicis, dictata in Comitiis 17-27 Jun. 1641, ibid. p. 388 &c. *Statuum Imperii Literæ ad Reginam, Regnique Sueciæ Tutores, Adminiſtratores & Conſiliarios*, d. *Ratisbonæ* 4 Jul. 1641, ibid. p. 404 & 405. *Informatio* ſuper protectione, quam Legatus Hiſpanicus, pro Ducatu Burgundiæ, in Archi Epiſcopatum & Civitatem Trevirenſem prætendit, una cum literis Cæſareis ad Cardinalem Infantem Hiſpaniarum, d. *Ratisbonæ*, 9 April. 1641, ibid. pag 535 &c. Literæ Cæſareæ ad eundem Cardinalem, d. 6 Aug. l. c. p. 563; *Anti-Informatio Circuli Burgundici* adverſus Circulum Weſtphalicum, d. *Ratisbonæ*, 19 Sept l. c. p. 690 &c. Sexcenta ſcripta alia. Conf. *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 14, voc. *die Teutſche*, §. 2 & ſeqq. pag. 211 &c. & voc. *Oder Lateiniſche*, p. 218, v. 16; *Fritſchius* de *Jure Idiomatis*, Cap. 7, §. 3, v. 9; *Hofman*, l. c. v. 14, p. 708; Dn. *Georgius Engelbrecht*, Diſſ. Inaug. de *Jure Diplomatum*, An. 1703, 27 Sept. Helmſtadii habita, Cap. 4, §. 4. p. 56. Capitulationi *Caroli V* An. 1519, Art. 14, prima vice inſertum: *Darzu (ſollen und wollen Wir) in Schrifften und Handlungen des Reichs, kein andere Zungen, noch Sprach, gebrauchen laſſen, dann die Teutſche, oder Lateiniſche Zungen; es wäre denn an Orten, da gemeiniglich ein andere Sprach in Ubung und Gebrauch ſtünde, alsdann mogen Wir, und die Unſern, Uns derſelben daſelbſt auch beheiffen &c.* Quæ in ſubſequentibus Auguſtorum Capitulationibus, veluti *Ferdinandi I*, Art. 13; *Maximiliani II*, Art. 14; *Rudolphi II*, Art. 13; *Matthiæ*, Art. 14; *Ferdinandi II*, Art. 12; *Ferdinandi III*, Art. 16; *Ferdinandi IV*, Art. 42; *Leopoldi*, Art. 43; *Joſephi*, Art. 42, & *Caroli VI*, Art. 23, repetita. Conf. *Mauritius*, de *Receſſibus Imperii*, § 29, p. 36. Non ſine cauſa igitur, Inaugurationis tempore, *Carolum V Oratione Germanica*, veluti in Linguæ hujus Majeſtatis gloriam, exceptum fuiſſe, annotarunt *Goldaſtus*, cit. *Reichs-Satzungen*, Part. 2, p. 185, §. 4; *Limnæus* ad cit. Art. 14 *Capitulationis Caroli V*, voc. *Die Teutſche*, §. 11, p. 213; *Fritſchius* l. c. Cap. VII, §. 1, v. 2; *Hofman* l. c. v. 12, p. 707; quo ſermone etiam An. 1530, urgente Saxone, *Auguſtana Confeſſio à Chriſtiano Beyero*, Ejus Cancellario, ſolenniter in Comitiis, Imperatori laudato, & Imperii Statibus, prælecta. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 8, pag. 267; add. *Joh. Saubertus*, de *Miraculis Auguſtanæ Confeſſionis*, p. 189; *Fritſchius* l. c. in Addendis; *Limnæus* l. c. §. 12. In iiſdem Comitiis, teſte R. I. *Auguſtano* An. 1530, §. 133 *Weiter &c.* confirmata eadem ſententia, verb: *Weiter, nachdem die Geiſtliche und Weltliche Churfürſten, Fürſten*, Prælaten, *Grafen und Stände, hin und wieder, allerley Beſchwerung und Irrung gegen einander gehabt, und wir, zu gütlicher Hinlegung derſelben, im Anfang dieſes Unſers Reichs-Tags, an jeden Theil begehrt, ſeine Beſchwärung, ſo er zu den andern hat, in Schrifften, Latein und Teutſch, zu ſtellen, und Uns dieſelbigen zu übergeben &c.* Quid litis circa Idioma hactenus in Imperio conſuetum, in *Deputationis Conventu Francofurti* ad Mœnum, An. 1682, inter Directorium Moguntinum, & Legationem Gallicam, *Replicam* in vernacula ſua, contra ſtylum Imperii, exhibentem, ſurrexerit, docent literæ *Anſelmi Franciſci*, Electoris Moguntini, ad Comitia deſuper exaratæ, ſub dato *Maynz*, 6 Julii 1682, & triduo poſt, ad publicam dictaturam promotæ, apud *Lundorpium* l. c. Tom. XI, Lib. XII, Cap. 127, §. 46, p. 475 &c.

In Summis Imperii Dicaſteriis, utraque Lingua vel adhuc hodiè retinetur. De *Judicio Aulico* evolvenda Ordinatio *Ferdinandi III*, An. 1654, Tit. 3, §. 4, & 5, apud Dn. ab *Uffenbach*, Tr. de *Judicio Aulico*, & Dn. *Lunigium*, Part. General. *des Reichs-Archivs*, p. 301: *Ferner ſoll in dergleichen Partbey-Sachen keine Schrifft in anderer, dann Teutſch und Lateiniſch, bey dem Reichs-Hof-Rath angenommen werden; es wären dann etwa* Acta Appellationum,

Digitized by Google

tionum, Documenta, *Zeugen-Auſſag, und dergleichen, ſo zwar in der Sprach, darinnen ſie geſchrieben, anzunehmen: aber es ſolle dabey eine beglaubte, und von der Obrigkeit verſiegelte und* approbirte Translation, *in Teutſcher oder Lateiniſcher Sprach, ſtets mit* producirt *werden; welches vernemlich die Italiäniſche* Procuratores *und* Agenten *(als bey denen diſſfals Mangel geſpühret worden) in acht nehmen ſollen, daß ſie ihre* Producta *deutlich und leßlich geſchrieben eingeben, damit die Reichs-Hoff-Räthe, in Ableſung der überreichten* Acten, *nicht mit Verdruß aufgehalten und gehindert werden &c.* Et Tit. VI, ibid. p. 310: *Was Sachen dann in ermeldtem Unſerm Reichs-Hoffrath, auch Unſerer Erledigung, wie eb ſtehet, beſchloſſen, darauf Ladungen,* Mandata, *Urtheil, Gemeine Beſcheide, oder* Reſcripta, *zu verfertigen, ſolche ſollen Unſere* Secretarii *in derjenigen, Teutſchen oder Lateiniſchen,* Expedition, *da es hin gehoret, mit höchſtem Fleiß verſtändlich auffetzen, und alsdann das* Concept *dem* Referenten, *oder demjenigen Gelährten, welchen Unſer* Præſident *hierzu* deputiren *wird, vorhero zu verleſen zuſtellen &c.* Conſ. Ill. Dn. *ab Andler, Juriſprud.* Lib. 2, T. I. Part. 2, §. 52, p. 443; *Fritſchius* l. c. Cap. IX, §. V. v. 21. præſertim ſeq. Tit. VII, §. 33, lit. a. Quoad *Cameram*, facit huc *Kammer-Gerichts-Ordnung zu Regenſpurg* de An. 1507, Art. 36, §. 4. *Und daß der Kläger &c.* verb. *Und ſoll die Klag, oder* Libell, *gemacht werden in der Sprach, die da gebraucht wird nach Gewohnheit des Gerichts. Und ſo einer ſolches nicht verſtehet, ſoll er einen* Advocaten, *oder Außleger der Sprach, nehmen &c.* ut & *Kammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg*, de An. 1555, Part. 2, Art. XXXI, §. *Nachdem auch &c.* 7, ibi: *Nachdem auch, der Frantzöſiſchen* Acten *halben, eine Zeit hero ſich allerhand Beſchwärung zugetragen, ſonderlich daß je zu Zeiten in der* Translation *derſelben geirret, daraus dann nicht geringer Irrſal, in Erledigung der Sachen, erfolgen mögen ---- ſo wollen Wir, daß nun hinfürter die Unter-Richter an denen Orten ſolche* Acta *ſelbſt, oder aber durch andere unpartheyiſche* Translatores, *die der Sprachen kundig, aus der Frantzœſiſchen Sprach in die Lateiniſche* transferiren *zu laſſen, und alſo* Acta translata *zu* ediren, *und den Partheyen mit zu theilen, ſchuldig ſeyn ſollen &c.* Dari tamen caſus, ubi ex conſuetudine *Idioma Latinum* retinetur, expeditum eſt; hucusque referuntur (1) Cauſæ Italicæ, & Proceſſus ex Epiſcopatu *Leodienſi*, & *Tridentino*, ad Judicia Imperii delatl. Vid. Dn. *Hofman*, ad cit. Art. 42 *Capitulat. Joſephi*, §. 4, v. 18, p. 710; Exempla ſuppeditat *Faber*, Tom. VI *der Staats-Cantzley*, Cap. VIII, §. 25, p. 574 &c. & Cap. IX, §. I, pag. 618 &c. (2) Cauſæ *Flandrica* & *Hollandica*, utut & *Flandri* & *Hollandi* origine Germani ſint. Vid. *Magenhorſt*, ad P. 1 *Ordinat. Cameral.* T. 3, p. 7; *Limnaus*, ad cit. Art. 14 *Capitul. Caroli V*, voc. *Die Teutſche*, §. 16, pag. 214; *Frieſchius* l. c. §. 4, §. 16. (3) Si *Reus* ſit Linguæ exoticæ. Vid. *Blumius*, de *Proceſſ. Cameral.* Tit. 51, §. 22, p. 392; *Fritſchius* l. c. v. 10; *Hofman* l. c. v. 17, pag. 709. (4) Si Acta prioris Inſtantiæ in Gallica, aliave Lingua peregrina, ſint conſcripta, quorum copiæ tunc Latinè ſunt edendæ; vid. *Ordinat. Cameral.* An. 1555, l. c. verbis modò allatis; add. *Blumius* l. c. §. 21 & 22, pag. 391 &c. *Frieſchius* l. c. v. 10; *Hofman* l. c. v. 16, p. 709. (5) Præſtationes Juramenti Advocatorum in Camera; arg. dictæ *Ordinationis Cameralis*, An. 1555, Part. I, Tit. 62; conſ. *Limnaus* l. c. voc. *oder Lateiniſche*, v. 17, p. 219; *Hofman* l. c. v. 19, p. 710. (6) Expeditiones in Aula Cæſarea ratione Beneficiorum, Electionum, Coadjutoriarum, Primariarum Precum & ſimilium, ut & ratione Impreſſoriorum ſuper Libros Latinæ vel exoticæ Linguæ, quas omnes ſermone Romano fieri, tradit *Uffenbach*, Tr. *von Reichs-Hof-Rath*, Cap. XIX. Sect. 1; add. *Hofman* l. c. v. 18, p. 710. In reliquis caſibus omnibus, Lingua Germanica procedendum eſt, niſi productum rejiciatur, & Proceſſus denegentur; vid. *Magenhorſt* l. c. *Blumius* l. c. §. 23, p. 392; *Limnaus* l. c. voc. *Die Teutſche*, §. 14 & 15, p. 214; *Fritſchius* l. c. v. 11 & ſeqq. *Scharſchmidius* ad *Schützium*, Vol. 1 *Jur. Publ.* Exerc. 4, §. 9. lit. A & B, p. 245; *Hofmannus* l. c. v. 19, p. 710. Proinde denegati aliquando Proceſſus *Latini*, contra Epiſcopum *Verdunenſem*, & in *Germanica* Lingua decreti; vid. *Frieſchius* l. c. v. 12. In cauſa feloniæ ipſi mota, Ducem quoque Würtenbergicum, contra *Ferdinandum I*, Romanorum Regem, An 1548, in Comitiis hoc titulo obtinuiſſe, Auctor eſt *Speidelius*, in *Specul. Notabil.* verb. *Sprach &c.* conf. *Frieſchius* l. c. v. 13. Idem obſervatum, in Cauſa *Gülich*, contra *Held*, pariter ac in cauſa *Decani & Capituli Metenſis*, contra *Jacobum* Com. in *Litſch*, referente *Rulando*, de *Commiſſar.* P. I. Lib. 5, Cap. I, §. 5, lit. h. ibi: *Dieweil der Graf* Reus, iſque Germanus, *ſey billich, daß man Teutſch handle &c.* vid. *Hofman* l. c. v. 17, p. 709. Similiter cum Sabaudiæ Dux Proceſſum in Camera, contra *Johannem im Thurn*, in Germanica Lingua caſſari, vel Latinè verti petiiſſet, reſtitit Camera, decernendo: *Und ſollen hinführe beede Partheyen in Teutſcher Sprach verfahren*; vid. *Magenhorſt* l. c. *Bruning*, de *Variis Univerſitatum ſpeciebus*, §. 7; *Limnaus* l. c. §. 15, p. 214; *Fritſchius* l. c. v. 14; *Scharſchmidius* l. c. In cauſa *Walpot*, contra *Lüttich*, 13 Mart. 1657, Actori ſuum petitum, ut in Lingua Latina procederetur, pari ratione, rejectum aſſerit *Blumius*, in *Sententiis Cameralibus*, §. 229; add. *Hofman* l. c. In cauſa *Engelbrecht*, contra *Bondier*, ubi, nonnullis in Lingua

Hollandica productis, 7 Jul. An. 1659, producenti injunctum, ut illa in Idiomate Germanico, ac in forma probante, exhiberet. Vid. *Blum.* l. c. §. 538; *Hofman* l. c. addens: *Et in Cauſa Soly, contra Lemme, in Febr. 1662, translatio cujuſdam Documenti in Germanicam Linguam decreta eſt; Sent: Camer.* (Blumii) §. 802.

Quid juris ſit in aliis privatorum negotiis, ex *Ordinatione der Notarien zu Colln, de An. 1512*, §. 19, *Item die Notarien &c.* petendum eſt, ubi: *Die Notarien ſollen ſich auch hüten, dann Ihnen wird mit dieſer Ordnung verboten, ihre Inſtrumenten mit ſo viel gekürtzten, dunckeln, und zweiffelhafftigen Worten, die dann ein* Inſtrument *zu unnütz machen, oder auch durch Ziffer, Zeichen, oder* Notas, *ſonderlich die nicht gemeinlich allen bekand ſind, dieweil dieſelbige gar leichtlich geändert und gefälſchet werden mögen, ſondern mit gantzen, gemeinen, leſlichen und erkandten Buchſtaben, in Pergamen, und nicht Papier, in Lateiniſcher, oder Teutſcher Sprach, ſchreiben &c.*

De Idiomate, quo Nationes Chriſtianæ, in negotiis publicis, invicem utantur, vid. *Zechius, Europ. Heroldt*, p. 1241 &c. *Multzius Corp. Jur. Publ.* P. 2. Cap. 8, §. 5, pag. 389 &c. Dn. *Ludwig*, de *Jure allegandi Ordinum S. R. I.* Cap. VI, §. 19, p. 279 &c.

(88) Prima Receſſus, (*a*) Germanice ſcripti, mentio eſt apud Gothfridum Monacum *in Annal. ad Annum 1236*. extat Receſſus apud Goldaſt. *tom. 2. des Reichs Satzung. pag. 17.* Eſt id omnium Inſtrumentorum primum, de quo quidem conſtat, quod lingua Germanica ſcriptum ſupereſt. *vid. Limn. ad Cap. Carol. V. a. 14. verb. die Teutſche.* Maximilianus I. ſua ætate magnum ei ſtatuit præmium, qui oſtendere poſſet Inſtrumentum, ante 50 annos (*b*) Germanice ſcriptum, ut memorat Beatus Rhenanus *lib. 2. Rerum Germ.* Rudolphus I. ut dicunt, primus Decreto præcepit, ut poſthac, ob inſcitiam Nobilitatis, Principum & Pontificum Edicta & privilegia, Teutonum lingua ederentur. *Avent. lib. 7. Cruſius Annal. Suevic lib. 3. p. 3. cap. 1. Lehm. lib. 2. cap. 45. Goldaſt. Conſt. tom. 2. pag. 311.* ubi ſummam Decreti exhibet. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) RECESSUS &c. Actum de his, præced. §. 87, lit. a.

(*b*) ANTE 50 ANNOS &c. Lege *quingentos.* Vid. *Lehmannus, Chron. Spirenſ.* Lib. 2, Cap. 45, p. 198: *Kayſer* Maximilianus *der Erſte hat groß Geld, und ſtattliche koſtbahre Verehrungen, darauf geſetzt, ſo jemand einen Teutſchen offenen Brief, der vor Fünff Hundert Jahren in Teutſch geſchrieben, hätte konnen erfinden, und an Tag bringen. B. Rhenan. L. 2, Cap. Franci Germanica ſunt Lingua uſi*, Conf. *Mauritius*, Diſſ. de *Imperii Receſſibus*, §. 28, p. 34 & 35.

(*c*) EXHIBET &c. Fragmentum hoc reperitur apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Conſtitutionum Imperialium* p. 311, ſub Rubrica: *Rudolphi I Imp. Aug. Edictum, de Diplomatibus & Inſtrumentis Lingua Germanica concipiendis &c.* verbis præced. §. 87, lit. a, jam extantibus.

(89) Sed hoc Decretum nihil authentici habet: (1) quia nullus Hiſtoricus authenticus extat, qui illud exhibet, & ipſe Aventinus nullum allegat. (2) Quia A. B. Latino ſermone compoſita eſt, & multa extant Inſtrumenta, eadem lingua, Rudolphi ævo, & poſteà conſcripta. (3) Quia Authores, in narranda re, non conveniunt. *Aventinus* & *Lehmannus* loquuntur tantum de Principum & Pontificum Edictis & Privilegiis. *Cruſius* etiam Notariis prohibitum ſcribit, ne Contractus Latinè ſcriberent; quod tamen non uſus illorum temporum ſolum, ſed & Conſtitutio Colonienſis 1512, inſcripta: *Ordnung der Notarien &c.* §. Item *die Notarien &c.* (*a*) permittit (4) Quia in omnibus Capitulationibus Imperatorum, (*b*) uſus duarum Linguarum, Latinæ ſcil. & Germanicæ, permittitur. (5) Quia Inſtrumentum Pacis, quod facit partem Receſſus de Anno 1654, Latine ſcriptum eſt. Interim tamen Receſſus duobus proximis ferè Seculis omnes Lingua Germanica ſcripti ſunt.

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) DIE NOTARIEN &c. Verba præced. §. 87, lit. a, in ſine, adduxi.

(*b*) IMPERATORUM &c. A tempore minimum *Caroli V*, id eſt, ab Anno 1519, in hunc uſque diem. Vid. l. c. ubi tenor Capitulationis & præſcriptæ, nominatim Art. 14, huc pertinens.

(90) Subſcriptio varia eſt. (*a*) Olim, Receſſibus Imperii Germanici etiam Reges Exteri ſubſcripſerunt. *Goldaſtus, in Præfat. Tomi 3.* An verum hoc ſit? dubitat Dn. *Mauritius, de Receſſibus*, §. 24. Interdum omnis ſubſcriptio deeſt, (*b*) e. g. *in Receſſu Auguſtano* (*c*) *de An. 1518.* Item, *in Declaratione Norimbergenſi Pacis Publicæ, de An. 1532.* Interdum ſolus Imperator (*d*) ſubſcribit, *vid. Reichs-Abſchied zu Regenſpurg, de An. 1546.* Interdum Imperator & Elector Moguntinus, (*e*) ut *in der Policey - Ordnung zu Augſpurg, de An. 1548.* Interdum cum Imperatore & Cancellario, Vice-Cancellarius, vel Conſiliariorum, vel Secretariorum aliquis, (*f*) *Policey-Ordnung zu Franckfurt, de Anno 1577.* Plerumque tamen Electorum & Statuum, qui aderant, nomina etiam acceſſiſſe, controverſia caret.

NOTÆ.

(*a*) VARIA EST &c. De varietate hac legas *Limnaeum*, Lib. IX *Jur. Publ.* Cap. I, §. 201 & ſeqq. p. 46 & 47; *Mauritium*, Diſſ. de *Receſſib. Imperii*, §. 24 &c. & alios.

(*b*) DEEST &c. Non ſatis accuratè ſcribit *Hagemeier*, de *Comitiis Imperii*, Cap. XI, p. 72; ſubſcriptionem Receſſuum, (quoad Status, qui Comitiis interſuerunt,) imperantibus *Friderico III*, & *Maximiliano I*, penitus fuiſſe ignotam, teſtibus in contrarium v. g. *Handhabung des Land - Friedens zu Worms de An. 1495.* §. X, *Verpflichtung der Stände &c. Ordnung des Regiments zu Augſpurg*, de An. 1500, Tit. 47, *Verbindung der Konigl. Maj. und des Reichs-Stand &c.* R. I. *Ratisbon.* An. 1500, in fine, Tit. *Subſcription anweſender Stände und Abgeſandten &c.* *Cammer - Gerichts - Ordnung zu Coſtentz*, de An. 1507, Tit. XIX, ubi eadem Rubrica; pariter ac in R. I. *Auguſtano*, An. 1510, §. 20; nec non Part. I, R. I. *Trevirenſis & Colonienſis*, de An. 1512, §. 24, & Part. 2, §. 30;

(*c*) AUGUSTANO &c. Junge *Friderici III, Reformationem Francofurdenſem* de An. 1442; *Maximiliani I, Cammer-Gerichts-Ordnung zu Wormbs*, de An. 1495; Ejuſdem *Land - Frieden zu Wormbs*, de An. 1495; *Königliche Satzung zu Wormbs, von Gemeinen Pfenning*, eod. An. *Konigl. Satzung zu Wormbs, von den Gottsläſterern*, ejusd. anni. *Reformation König* Maximilians, *die Frey-Schöpffen, und das heimliche Gericht in Weſtphalen, betreffend, zu Worms* an. 1495 *aufgericht.* Ejuſdem *Ordnung und Satzung über die Wein; zu Freyburg in Briſgaw*, an. 1498, *aufgericht*: Ejuſdem, *Erklärung des Land-Friedens zu Augſpurg*, de An. 1500; Ejuſdem, *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg*, de An. 1500; Ejuſdem, *Cammer - Gerichts - Ordnung zu Lindau und Freyburg*, de An. 1500; Ejuſdem, *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Regenſpurg*, de An. 1507; Ejusdem, *Ordnung der Notarien, zu Colln*, de An. 1512; ut & *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Worms*, de An. 1517. *Caroli V Kammer-Gerichts-Ordnung zu Worms*, de An. 1521; *Ordnung des Land-Friedens zu Worms*, ejuſdem anni; *Erklärung des Land - Friedens zu Nürnberg*, de An. 1522; *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Nürnberg*, de An. 1523; *Cammer- Gerichts - Ordnung zu Speyer*, An. 1527; *Reformation guter Policey, zu Augſpurg*, de An. 1530; *Cammer - Gerichts - Reformation zu Speyer*, de An. 1531; *Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung, zu Augſpurg und Regenſpurg*, de An. 1532 &c.

(*d*) SOLUS IMPERATOR &c. Aſt non niſi prævia Statuum denominatione, arg. R. I. *Wormatienſ.* de An. 1545, quem, poſt Status, ſubſcripſit *Carolus* Imperator, æquè ac R. I. *Ratisbonenſem*, An. 1546, & *Auguſtanum*, An. 1548; ſimiliter, *Ferdinandus*, Romanorum Rex, *Auguſtanum*, An. 1555; & *Neben-Abſchied zu Augſpurg*, de An. 1559; Conf. *Limnaeus*, Lib. IX *Jur. Publ.* Cap. I. §. 201, p. 46.

(*e*) IMPERATOR ET ELECTOR MOGUNTINUS &c. v. g. R. I. *Wormat.* An. 1521, ubi, poſt Status: *Carolus*; & paulo inferius: *Ad mandatum Domini Imperatoris proprium, Albertus, Cardinalis Moguntinus, Archi - Cancellarius, ſubſcripſit &c.* & R. I. *Auguſtan.* An. 1551, ubi rurſus in fine: *Carolus*; & inferius: *Sebaſtianus, Archi-Episcopus Moguntinus, S. R. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, ac Princeps Elector, manu propria ſubſcripſit.* Add. R. I. *Auguſtan.* An. 1559;

(*f*) SECRETARIORUM ALIQUIS &c. Vid. *Reformation guter Policey zu Augſpurg, de An. 1548*, prævia ſubſcriptione Statuum, ibi. *Carolus*; & paulo depreſſius: *Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium, Sebaſtianus, Archi-*

Epiſcopus Moguntinus, per Germaniam Archi-Cancellarius, ſubſcripſit; & loco infimo: *Johannes Obenburger, ſubſcripſit*. Add. *Abſchied des Deputations-Tags zu Wormbs*, de An. 1564, ubi, ſimiliter poſt nomina Statuum: *Ferdinandus*; & inferius: *Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium*, *V. Johan Baptiſta Weber*, D. & loco ultimo: *Haller, ſubſcripſit*. Nec non R. I. *Ratisbon*. An. 1567, ubi, in fine: *Maximilianus*; (Imp.) *Daniel, Archi-Epiſcopus* (Moguntinus) *per Germaniam Archi-Cancellarius*; &, loco poſtremo: *Vidit Ulrich Zaſius, Doctor, Vice-Cancellarius*. R. I. *Spirenſ*. An. 1570, in cujus iterum calce ſubſcripti reperiuntur: *Maximilianus*, (Imp.) *Daniel, Archi-Epiſcopus Moguntinus*, & *Joh. Baptiſta Weber, Doctor*; pariter ac R. I. *Ratisbon*. An. 1576, ſubſcribentibus *Maximiliano* Imp.; *Johanne Baptiſta Webero, Doctore*, & *Andrea Erſtenbergero*; & *Policey-Ordnung zu Franckfurth*, de An. 1577, cujus Dn. Auctor meminit, quam ſubſcripſere: *Rudolphus II*, (Imp.) & *ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium, Sigiſmundus Viehauſer, Doctor*, & *Andreas Erſtenberger*. Conf. *Limnæus* l. c. §. 205 & 206, p. 47.

Quandoque *Cæſarem* & *Vice-Cancellarium* ſolos, nomina ſua in fine, poſt Statuum ſubſcriptionem, appendiſſe, Documento ſunt R. I. *Ratisbon*. An. 1557, & *Spirenſ*. An. eod. ſubſcripti, à *Ferdinando* Imp. & *Jacobo Jona Doctore, Vice-Cancellario*. Conf. *Limnæus* l. c. §. 207, p. 48.

(91) Rex Bohemiæ *(a)* tamen, jam inde à Ducentis annis, non legitur ſubſcripſiſſe Comitialibus Decretis. *Goldaſt. de Regno Bohem. Lib. 4, Cap. 5.* Cujus rei rationes has reddit, (1) Ne videatur à Germanis legem *(b)* accipere, (2) quod iidem fuerint & Imperatores, & Reges Bohemorum. *(c)* Hanc ultimam rationem *Carpzovius, de Lege Regia, Cap. V, Sect. 9, n. 29*, ideo refutat, quia duplici ſubſcriptione uti potuiſſent.

NOTÆ.

(*a*) REX BOHEMIÆ &c. Reges Bohemiæ Germanorum Comitiis, à Seculo X, uſque in Seculum XVI, plerumque interfuiſſe, fuſius demonſtrat *Goldaſtus*, Lib. 4 *Bohemiæ*, Cap. 3. p. 549 && Cap. 4, p. 559 &c. & Cap. 5, p. 577 &c. Notabilis citatio *Caroli V* Imp. ſub dato *Bruxellis*, 13 Mart. 1550, ad Comitia Auguſtana, *Ferdinando* Fratri, qua Regi Bohemiæ, miſſa, apud eundem l. c. Cap. V, §. 14, pag. 584, ibi: *Dem Durchlauchtigſten, Groſsmächtigſten, Fürſten, Herrn* Ferdinanden *Romiſchen, zu Hungern, und Boheim, Künig, deſs H. R. Reichs Ertz-Schencken, Ertz-Hertzogen in Oeſterreich - - - Unſerm Churfürſten, undes H. Reichs Geheimſten Rath &c.* & interjectis paucis: *Und verkünden damit Ew. Ld. ſolchen Tag, und Mahlſtatt, erſuchen und vermahnen demnach Ew. Ld. aus Nothturfft und Obliegen des H. Reichs, und Teutſcher* Nation, *mit ſonderm Fleiſs, daſs Ew. Ld. nicht allein als Kœnig zu Bœheim, des H. Reichs Ertz-Schenck und Churfürſt, ſondern auch als Regierender Herr Unſers Löblichen Hauſes Oeſterreich, und deſſelben zugehörigen Landen, unangeſehen, daſs Ew. Ld. nach Vermöge deſſelben Unſers Hauſes Oeſterreich* Privilegien, *für ſolche Erſcheinung auf des Reichs Verſamblungen gefreyet; nichts deſtoweniger, als Unſer und des Reichs Allergeheimbſter Rath, ohn welches Wiſſen keine Sach, ſo in Ewigkeit reicht, beſchloſſen werden, oder geſchehen ſolle - - - auf benanten Tag, bey Uns, und Gemeiner Reichs-Verſamlung, perſöhnlich ſelbſt erſchienen &c.* Eum verò Receſſum an. 1551, qua Regem Bohemiæ, non ſubſcripſiſſe, palam eſt.

(*b*) LEGEM &c. Bohemiæ Reges, in cauſis primæ Inſtantiæ, ad Judicium Cameræ pertinentibus, in Camera rectè conveniri, dictum præced. Lib. 3, Tit. XII, §. 8, lit. a, pag. 875 &c. In aliis verò, proprio Jure utuntur. Quo ſpectat. eit. R. I. *Auguſtan*. An. 1551, §. *Ferner haben Wir &c.* 51 verb. *Ferner haben Wir bey Unſerm Freundlichen Lieben Bruder, dem Römiſchen Konig, Gemeiner Stände Begehren nach, gleicher maſſen Handlung gepflogen, daſs Se. Ld. bey derſelben Königreich Boheim, und deſſelben zugehörigen Landen, daran ſeyn wolte, damit ſich dieſelbe Konigreich und Lande, mit angeregter Müntz-Ordnung auch vergleichen &c.* Hinc colligunt Doctores, Regem Bohemiæ Conſtitutionibus Imperii regulariter non teneri. Vid. Dn. *Schminckius*, in Not. ad *Goldaſti Bohemiam*, Lib. 4, Cap. V, §. 14, lit. γ, v. 454, pag. 583 & 584. Conf. præced. Lib. 3, T. 12, procem. lit. d, p. 863.

(*c*) BOHEMORUM &c. Fortè & hæc Ratio apud Ipſum valuit, quod, ex Privilegio *Friderici II, Ottocaro* Regi, An. 1212, alioque *Friderici III*, ſub dato, in *Nova Civitate*, 21 Dec. An. 1462, *Georgio* Regi, Regnoque Bohemiæ, conceſſis, ad Germanorum Comitia venire non fuerit obſtrictus, niſi quæ *Norimbergæ*, aut *Bambergæ*, aut *Merſeburgi*, celebrarentur; vid. præced. §. 40, lit. a. Non dubito vero quin poſthac omnia Comitia ſit frequentaturus, ex quo plenariè Comitiorum jurium factus particeps noſcitur. Vid. præced. Lib. I. T. 13, §. 1, lit. a, p. 1030, & Lib. 3, T. 2, §. 59, lit. a, v. 7, p. 281 & 282.

(92) Olim

Digitized by Google

(92) Olim & iſti Status non ſubſcripſerunt, (*a*) qui, contra unam vel alteram Receſſus partem, proteſtati erant; poſtea tamen hoc aliter obtinuit. *Vid. Receſſus de Ann. 1545, 1555.*

NOTA.

(*a*) NON SUBSCRIPSERUNT &c. Quinam, nedum hodiè, ſubſcribere ſoleant Status! docet *Schminckius*, in Not. ad *Goldaſti Bohemiam*, Lib. 4, Cap. 5, §. 14, lit. γ, v. 454, p. 583 & 584; ajens: *Parentum noſtrorum memoria, Magnus Magiſter Boruſſiæ, Magiſter Livoniæ, Archi-Epiſcopus Rigerſis, Epiſcopi Sleſvicenſis, Oſalienſis, Tarpatenſis, Curlandiæ & Revalienſis; Dux Sleſvicenſis, ſive Jutiæ Auſtralis; Civitates Dantiſcum, & Elbinga, ad Comitia citabantur, & admittebantur, nec tamen Conſtitutionibus Imperii ſeſe ſubjici patiebantur. Quid longius imus? hodiè Archi-Dux Burgundiæ; Archi Epiſcopi Biſantinus & Cameracenſis; Epiſcopi Valleſianus, Curienſis; Dux Sabaudiæ; Abbates Eremitanus, Crucelingius, Diſentinus &c. Civitates Biſantium, Cameracum &c. ad Comitia vocantur, & comparent, nec tamen videas Conſtitutiones Imperii in eorum Judiciis, aut Territoriis, ullam vim obtinere. Dux Lotharingiæ citari quidem ſolet, ſed non comparet, nec Juriſdictionem Imperii, quoad Lotharingiæ Ducatum, agnoſcit, ut & Abbas S. Galli, quoad ſuum Principatum. Quod ipſum, tempore Caroli V Imperatoris, feciſſe memorantur, Princeps Cabillonenſis, in Burgundia, qui nunc Uranius dicitur; Dux Moſellanus, (Hertzog an der Maas,) qui nunc ſe Ducem Bulloniæ, ſupremum Principem Sedani, ſcribit; & Dux Nivernius, quoad Principatum Archenſem. Adeò Principum Imperii Jura ſolent variare &c.*

(93) Hodiè Status Imperii ſubſcribunt, non ipſi tamen propria manu, ſed Secretarius Moguntinus. (*a*) Unde eſt, quod in Receſſibus aliquando hæc omnia mendosè legantur.

NOTA.

(*a*) MOGUNTINUS &c. Auctor *des Außführlichen Berichts, wie es auf Reichs-Tägen pflegt gehalten zu werden*, de An. 1582, apud *Goldaſtum*, Part. XXII *der Reichs-Händel*, Cap. XIII, pag. 937; *Lehmannum, Chron. Spirenſ.* Lib. VII, Cap. 124, pag. 1023; *Lunderpium*, Tom. 4 *Actor. Publ.* lib. 4, Cap. 43, ad An. 1640, p. 862. & Dn. *Lunigium*, Part. Gener. *des Teutſchen Reichs-Archivs*, Tit. 3, p. 17, ait: *Damit ſich auch, der* Subſcription *halber, kein Mangel, noch Irrthum, errege, wie gemeiniglich geſchicht, ſo gebühret dem Chur-Maintziſchen* Secretario, *daß er aus den Gewälten, ſo zur Cantzley geliefert, alle der Anweſenden Chur-Fürſten und Stände, auch derſelben Geſandten, Nahmen ordentlich verzeichne. Als* (1) *der Churfürſten*; (2) *der Geiſtlichen Fürſten*; (3) *der Weltlichen Fürſten*, (4) *der* Prælaten *und* Prælaturen; (5) *der Grafen und Herren*, (6) *der Frey- und Reichs-Stätte Geſandten; und der Verzeichnüſſen eine in jeden Rath, ſo viel denſelben Rath betrifft, übergebe, damit Sie ſolche beſichtigen, und welcher vor, oder nachſtehen ſoll,* ordiniren. *Alſo hat er die* Subſcription *auch dem Abſchied anzuhangen; die Sieglung aber* in fine, *auf dieſelbe Perſohnen, als obſtehet, zu richten &c.* Unde ſimul cernimus, non integrum eſſe Secretario Moguntino, Ordinum nomina pro lubitu collocare, ſed ei incumbere ordinem ſervare, de quo, in ſingulis Senatibus, inter Status, convenit. Conf. *Limnæus*, lib. IX *Jur. Publ.* Cap. I, §. 209, pag. 48, ibique Tom. IV Addit. ad hunc locum, p. 419; *Mauritius*, de *Receſſibus Imperii*, §. XXV, p. 32 &c. *Fritſchius* ad eundem locum, p. 337; Ill. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. I, §. 11, v. 69, p. 258.

(94) Præterea in ordine aliquando peccatum eſt, ut inde certum argumentum deduci non poſſit ad Præcedentiæ jus. Et hinc ſi omiſſum in ſubſcriptione Receſſus reperiatur alicujus nomen, qui alioquin idoneè, ſe Statum eſſe, probare poſſit, non obeſt. (*a*)

NOTA.

(*a*) NON OBEST &c. Hinc clauſulam *de non præjudicando* quandoque annexam offendimus, v. g. R. I. *Norimberg*: de An. 1543, §. 39, ubi: *So wollen Wir, daß einem jeden dieſes Reichs-Tags ohngefehrlich*

fehrlich

Digitized by Google

ſehrlich Seſſion, *und Umbfrag, auch die* Subſcription *zu Ende dieſes Abſchieds beſchehen, an Seinem hergebrachten Gebrauch, und Gerechtigkeit, in keinem Wege nachtheilig, ſchädlich, noch vergreiffentlich ſeyn ſolle &c.* & *Ratisbonenſ.* An. 1613, §. 16, *Und ſoll auch, vor diſsmal, die bey jetzigem Reichs-Tag gehaltene* Seſſion, *wie auch deſſelben* Subſcription, *niemand an Seinem hergebrachten Gebrauch, in einigem nachtheilig, oder etwas prajudicirlich ſeyn &c.* Hodiè deciditur prius in Collegiis, quo ordine nomina ſubſcribi debeant, quam à Secretario Moguntino chartæ injiciuntur. Vid. præced. §. 93, lit. a.

(95) Ut varia ſemper fuit ſubſcriptionis ratio, ita etiam ſigillationis varia eſt. Modo enim ſolus *(a)* Imperator ſigillum ſuum appoſuit; exemplum eſt in A. B. Receſſibus Imperii, *de An. 1442, & 1495.* Interdum ſolus Moguntinus. *(b)*

NOTÆ.

(3) Caroli M. ævo, judicia fuerunt partim penes Concilium omnium Ordinum, partim penes Duces & *Graviones,* (a) cum Scabinis (b) & Aſſeſſoribus; partim penes Epiſcopos, partim denique penes Regis legatos, vel, ut tum loquebantur, Miſſos Regios.

NOTÆ.

(a) GRAVIONES &c. Vid. de his *Gryphiander.* de *Weichbildis,* Cap. 55, p. 137; præſertim Cap. 61, p. 152 &c. Cap. 62, pag. 155 &c. *Hachenberg.,* de *Germania Media,* Diſſ. 3, §. 26, p. 95 &c. *Conring.* de *Republica,* Exercit. 3, de *Urbibus Germanicis,* §. 49, p. 93; Exercit. 4, de *Ducibus & Comitibus Germania,* §. 6 & ſeqq. p. 154 &c. Exercit. 6, de *Judiciis Reipubl. German.* §. 12 & ſeqq. p. 221 &c. §. 21 & ſeqq. p. 228. §. 25, p. 231 &c. Add. ſupra, Lib. I, T. 17, §. 1 &c. p. 568 &c. §. 2, p. 570 &c.

(b) SCABINIS &c. Vid. ſeq. §. 7.

(4) Ad Concilium referebantur negotia majora, quæ nunc Status vocantur. Procerum lites per Regem, aut Ipſius Miſſos, (a) quos hodie Commiſſarios, vel Delegatos Extraordinarios, appellare poſſes, dirimebantur.

NOTA.

(a) MISSOS &c. In Lege Longobardorum, Lib. I, Tit. V, vocantur Regi *Rethari, Stolizazi,* verb. *Si quis molinum alterius ſcapellaverit,* (i. e. fregerit) *aut clauſuram ruperit, ſine auctoritate Judicis, componat ſolides XII, illi, cujus molinum eſſe invenitur. Et ſi Judicem interpellaverit, & Judex dilataverit ipſam cauſam deliberare, aut licentiam dederit adverſa parti ipſum molinum everſendi, componat ſolides XX, in Palatio Regis, diſtribus ab Stolizaz &c.* vid. *Lindenbreg.* in *Codice Legum Antiquarum,* pag. 519; qui, in Gloſſario, voc. *Stolizaz,* pag. 1483, addit. *Gloſſ. Stolizaz, id eſt, Miſſus Regis. ---- videtur dictus, quod, loco Regis, in Judicio praſideat, ſacraque vice judicet. German. Stol, Sella: Satz, Seſſio &c.* Hinc ſua *Spelman,* in Gloſſario, voce eadem, pag. 525; nec non *Du Freſne,* Gloſſar. voc. ead. p. m. 966. Add. *Hachenberg* l. c. §. XXVI, pag. 96, verbis ſeq. §. 11, lit. b. occurrentibus; Conf. de *Miſſis,* quæ l. c. lit. a, &c. ut & præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 2, lit. a, p. 572, habeutur.

(5) Judicium Regis in palatio Regis erat, ipſeque Rex, ſingulis ſeptimanis, ſemel cognitioni cauſarum vacavit, reliquo verò tempore *Comes Palatii* (*a*) cauſas judicavit. Deferebantur ad illud judicium cauſæ non tantum per appellationem, ſed & omnes minores inter Epiſcopos, Abbates, Comites & aliorum Ordinum in prima inſtantia.

NOTA.

(*a*) COMES PALATII &c. De his vid. præced. Lib. I, Tit. XI, §. I, lit. b. pag. 935 &c.

(6) Ita tamen cauſæ minores deferebantur ad Regem, ſi prius apud Comitem Palatii expoſitæ, ab eodem finiri nequibant. *Vid. hic Strauch diſſert. 13. theſ. 2.*

(7) Extra hæc judicia, de reliquis cauſis minoribus judicia erant, vel profana vel ſacra. De rebus profanis, extra Aulam, in ſingulis pagis ſeu diſtrictibus, conſtituti erant Graviones ſeu judices, ſtipati *Scabinis* (*a*) ſive Aſſeſſoribus, ex nobilitate, (*b*) aut honeſta plebe, delectis, (*c*) qui ſuper civilibus aut criminalibus (*d*) cauſis cognoſcebant. (*e*) Graviones porro, propter pagorum amplitudinem, paſſim, per vicos ſibi commiſſos, habuerunt Vicarios, ſive Schulteſios, (*f*) *Schulzen*, à quibus ad Comites dabatur provocatio.

NOTÆ.

(*a*) SCABINIS &c. De *Scabinis antiquis*, vid. Diſſ. *Friderici Brummeri*, Lipſ. 1662; de *Scabinis & Scabinatibus* modernis, extat Diſſ. Inaugur. *Georgii Andreæ Farberi*, Jen. 1669. *Spelmannus*, in *Gloſſario*, voc. *Scabini*, p. m. 501, ait: *Judices erant apud Germanos, Francos, Longobardos, mallis publicis, cauſisque tam capitalibus, quam Civilibus, nec terreſtribus ſolum, ſed & maritimis, in quovis Comitatu, & Civitate, ſub Comite, præfecti, à Miſſo Regio, ſive Dominico, - - - - cum aſſenſu Populi, electi, & in ſingulis Mallis ſepteni conſtituti. Tanta eis reverentia, ut, ſi quis repeteret, quod ab ipſis judicatum eſſet, & in cauſa cecidiſſet, aut 25 ſolidis rem componeret, aut, acceptis à Scabinis quindecim ictibus, ſuam lueret temeritatem &c. Lindenbrogius*, in *Gloſſario, Corpori Legum Antiquarum* annexo, voc. *Scabini*, p. 1473, ex Gloſſatore ſcribit: *Scabini, Auditores Comitum. Gloſſ. Latino-Theotiſc. Judex, Scepeno. Qua notione paſſim à Germanis uſurpatur, atque inde quoque Gallorum Eſchevins deducuntur.* Mavult tamen *Spelman* l. c. pro *Auditores Comitum*, legi *Adjutores Comitum*, cum id muneris eis incumberet. Ita *Du Freſne*. Gloſſar. voc. eadem, p. 712: *Scabini olim dicti Judicum Aſſeſſores, adeoque & Comitum, qui vices Judicum obibant &c.* Synonyma erant: *Scabinii, Scabinei, Scaviones, Scapiones, Scabiniones &c.* Vid. *Du Freſne* l. c. p. 712 & 713.

(*b*) EX NOBILITATE &c. Quales eſſe debuerint *Scabini*, docet Capitulare I. *Caroli Magni*. An. 809, *Aquis* conſtitutum, L. 22, apud *Baluzium*, T. I, *Capitul. Regum Franciæ*, pag. 466: *Ut Judices, Vice-Domini, Præpoſiti, Advocati, Centenarii, Scabinei, boni & veraces, cum* (fortè à) *Comite & Populo, eligantur & conſtituantur, ad ſua miniſteria exercenda &c.* & Capitul. 2, ejuſdem Anni, L. XI, ibid. pag. 472: *Ut Judices, Advocati, Centenarii, Præpoſiti, Vicarii, Scabini, quales meliores inveniri poſſunt, conſtituantur, ad miniſteria ſua exercenda &c.* Quæ Libro Tertio Capitularium, L. 56, ibid. p. 765, repetuntur. Conf. laudati Imperatoris Conſtitutio, de *Advocatis & Vice-Dominis*, Lib. 2, *Legis Longobardorum*, L. I. apud *Lindenbrogium* l. c. p. 643: *De Advocatis & Vice-Dominis, Vicariis & Centenariis pravis, ut tollantur: & tales eligantur, qui ſciunt & volunt Juſtitia cauſam diſcernere & determinare. Et ſi Comes pravus inventus fuerit, Nobis nuncietur: & Judices, Advocati, Præpoſiti, Centenarii, Scabini, quales meliores inveniri poſſunt, & Deum timentes, conſtituantur, ad ſua miniſteria exercenda &c.* Nec non Capitulare 2. *Ludovici Pii* Imp. An. 819, Cap. 2, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 605; L. 2: *Vult Dominus Imperator, ut in tale Placitum, quale Ille nunc juſſerit, veniat unusquisque Comes, & adducat ſecum duodecim Scabinos, ſi tanti fuerint. Sin autem, de melioribus hominibus illius Comitatus, ſuppleat numerum duodenarium &c.* Quo etiam Leges pertinent, de *ejiciendis Scabinis malis, & eligendis, in eorum locum, bonis*, v. g. Capitulare ejuſdem *Ludovici* Imperatoris, an 829. Wormatiæ editum, apud *Baluzium* l. c. p. 665, L. 2: *Ut Miſſi noſtri, ubicunque malos Scabineos inveniunt, ejiciant, & , totius Populi conſenſu, bonos eligant; &, cum electi fuerint,*

jurare

jurare faciant, ut ſcienter injuſtè judicare non debeant &c. Quæ verbotenus quoque *Lotharius*, in *Capitulari*, Tit. V, Cap. 20, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 336, nec non *Carolus Calvus*, in Capitulari, An. 870, Cap. IX, ibid. p. 232; juncta *Additione Quarta*, apud eundem l. c. Tom. I, p. 1216, Cap 105, & Lib. 2. *Leg. Longobardorum*, Tit. 41, Cap. 3, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 638; decreviſſe leguntur. Eodem facit L. 3. præfati Capitularis *Ludovici Pii*, An. 829, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 665. *In omni Comitatu, hi, qui meliores, & veraciores inveniri poſſunt, eligantur à Miſſis Noſtris, ad inquiſitiones faciendas, & rei veritatem dicendam, &, ut Adjutores Comitum ſint, ad Juſtitias faciendas &c.* adhuc ſemel in citata, *Additione Quarta*, Cap. 106, apud eundem l. c. pag. 1216, pariter ac in dicto Capitulari *Lotharii*, Tit. V, L. 21, apud eundem, l. c. Tom. 2, p. 336, & cit. Lib. 2. *Legis Longobardorum*, Tit. 41, Cap. 4. l. c. p 638; occurrens. Hinc ii, qui ſemel ad mortem damnati fuerant, poſtea verò vita donati, in numerum *Scabinorum* cooptari non poterant; vid. Lib. VI. *Capitularium*, Cap. 295, apud *Baluzium*, l. c. Tom. I, p. 973, & Lib. I. *Legis Longobard.* Tit. 35, L. 1, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 582.

(*c*) DELECTIS &c. Et quidem à *Miſſis Regiis*; vid. Capitulare 3. *Caroli Magni* An. 803, L. 3, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 393: *Ut Miſſi Noſtri Scabinios, Advocatos, Notarios, per ſingula loca eligant, & eorum nomina, quando reverſi fuerint, ſecum ſcripta deferant &c.* Eadem dicuntur Lib. Tertio Capitularium, Cap. 33, ibid. pag. 761, ut & Libro VI, Cap. 218, ibid. pag. 961. *Populi* vero *Conſenſum* ſimul interveniſſe, conſtat ex citato Capitulari *Ludovici Pii* An. 829, aliorumque Imperatorum Conſtitutionibus, allegatis præced. lit. b, verbis huc ſpectantibus. Regulariter *Septem*, ad Placita requirebantur; vid. cit. Capitulare Tertium *Caroli Magni*, An. 803, Cap. 20, apud *Baluzium* l. c. p. 394: *Nullus ad Placitum banniatur, niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet, exceptis Scabinis ſeptem, qui ad omnia Placita præeſſe debent.* Quæ in Libro Tertio *Capitularium*, L. 40, ibid. p. 761, nec non Lib. VI. *Capitularium*, Cap. 238, ibid. p. 963; ut & in Capitulari *Lotharii* apud *Olonam*, Tit. 3, Cap. 3, apud eundem, Tom. 2, p. 321; pariter ac Lib. 2. *Legis Longobard.* Tit. 42, L. 2, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 640, & Tit. 53, L. 22, ibid. pag. 654. totidem verbis repetuntur. Conf. *Bignonii* Notæ ad *Appendicem Marculfi*, Cap. I, voc. *Razimburgios*, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 952; & *Sirmondi* Notæ ad *Capitularia*, ibid. T. 2, p. 790. Add. *Hincmarus* Rhemenſis, Tom. 2. Operum, Epiſt. XV, ad *Epiſcopos Regni*, Cap. 14. in fine, p. 224. Quandoque vero plures, arg. Capitularis ſecundi *Ludovici Pii*, An. 819, Cap. 2, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 605, verbis præced. lit. b, occurrentibus, ibi: *Adducat ſecum* (Comes) *duodecim Scabinos &c.*

(*d*) CRIMINALIBUS &c. Facit huc Capitulare *Caroli Magni*, de An. 813, Cap. 13, apud *Baluzium*, Tom. I *Capitularium*, p. 509: *Vicarii munera ne accipiant, pro illis latronibus, qui, ante Comitem, judicati fuerint ad mortem. Quod ſi hoc perpetraverint, tale Judicium ſuſtineant, ſicut & latro judicatus fuit. Quia, poſtquam Scabini eum dijudicaverint, non eſt licentia Comitis, vel Vicarii, ei vitam concedere.*

(*e*) COGNOSCEBANT &c. Formulam hujuſmodi judicialis ſententiæ, ex *Beſuenſis Cœnobii Chronico*, ſiſtit *Hieronymus Bignonius*, in cit. Notis ad *Appendicem Marculfi*, Cap. I, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 953, ubi: *Notum fiat poſteris, & memoria commendetur, quod ante Illuſtrem Virum, Hildegarium Comitem, ſeu Judices, quos Scabinos vocant, & quam plures perſonas, qui cum eo aderant, in Montaniaco Villa, in Mallo publico, ad multorum cauſas audiendas, & recta judicia terminanda. Ibi veniens Becto Epiſcopus* (Lingonenſis) *& Advocatus ſuus, Burgoardus, novem legitimos teſtes ibi præſentavit - - - - Iſti teſtificaverunt, & juraverunt, de Finibus Beſuenſis Monaſterii, quod à fine Pontenſe, & à Fine Vendobrinſe, & Waurenſe, & Tillenſe, & Vetuſnimenſe, & Buſtellenſe, & Buſtenſe, & Lucenſe, & Burburenſe, & Berotholpe Villare, per iſtas Marcas, inter ipſos fines immunitas ſit S. Petri ad integrum - - - - Tunc ipſi Scabini unanimiter judicaverunt, quod omni tempore ipſa res, per illas Marcas, ad partem S. Petri eſſent vindicata, atque Legibus conquiſita &c.* Hinc ſua *Lindenbrogius*, in cit. *Gloſſario*, Codici Legum Antiquarum annexo, voc. *Scabini*, p. 1473. Quibus ſimul docemur, *Controverſias finium* dirimendas ad eoſdem ſpectaſſe; De *Adoptionibus*, loquitur Lib. 2 *Leg. Longobard.* Tit. XVI, apud *Lindenbrogium*, in cit. Codice, p. 608; de rebus aliis, Capitulare *Caroli Calvi*, An. 864, Cap. VI, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 177. Vetitum autem ipſis erat, *Munera accipere*, ad detorquendam Juſtitiam; ſic *Ludovicus* Pius in *Capitulari*, An. 829, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, Cap. 4, p. 666: *Volumus, ut quicunque de Scabinis deprehenſus fuerit, propter munera, aut propter amicitiam, injuſtè judicaſſe, per fidejuſſores miſſus ad præſentiam noſtram veniat. De cetero, omnibus Scabinis denuntietur; ne quis deinceps etiam juſtum judicium vendere præſumat &c.* Quæ *Lotharius*, in *Capitularibus*, Tit. V, Cap. 22, apud eundem l. c.

Tom. 2, p. 336, & *Carolus Calvus*, in Capitulari An. 870, Cap. 10, ibid. p. 232, repetierunt. Nec impunè *Juſtitiam protrahere* poterant; arg. *Capitularis Caroli Magni*, An. 809, Cap. 7, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 471: *Nullus quislibet Miſſus Noſter, neque Comes, Judex, aut Scabinus quislibet, Juſtitiam dilatare præſumat, cum ſtatim adimpleta potuerint eſſe ſecundum rectitudinem; neque præmia pro hoc, à quolibet homine, per aliquod ingenium malum, præſumat.* Eadem occurrunt Lib. 3 Capitularium, Cap. 53, ibid. p. 764, ut & Lib. V, Cap. 290, ibid. p. 883; nec non Lib. 2 *Leg. Longobardor.* Tit. 52, L. 5, apud *Lindenbrogium*, l. c. p. 651, add. ibid. L. 6. Vice verſa, renitentibus, ſine cauſa, eorum decretis, graves pœnæ ſtatuebantur; vid. *Spelman*, Gloſſar. voc. *Scabini*, p. 501, verbis præced. lit. a, jam allatis. Jung. *Capitulare Lotharii*, Tit. 4, Cap. 5, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 329; & *Ludovici II*, An. 867, Cap. 8, ibid. p. 363; & Lib. 2 *Leg. Longobard.* Tit. 53, Leg. 23, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 654.

(*f*) SCHULTESIOS &c. Al. *Schultetus*, communiter Prætor Urbanus, judex. vid. *du Freſne* Gloſſ. voc. *Schultetus*, p. m. 742. In Legibus Longobardicis, vocatur promiſcuè *Sculdaſius*, *Sculdais*, *Sculdahis &c.* *Lindenbrogius* in cit. *Gloſſario*, voc. *Sculdais*, p. 1475, ex veteri Gloſſa, ait: *Sculdaſius, Pedaneus Judex. Scultetus, Burmeſter &c.* add. *Spelman*, in *Gloſſar.* voc. *Sculdais*, p. m. 507; *dictus eſt Sculdaſius, pedaneus Judex, i. e. qui non ſcamno ſedens, ſed humi pedes, ſuum exercitur munus &c.* Antiquiſſima vox eſt, Germanis veteribus uſitata, teſte *Otfrido*, Lib. 3 *Evangel.* Cap. 3, p. 222:

In quam ein Sculdheizo,
Bi nothurfti heizo,
Bat er ſin Wort gimeinti,
Er ſinen Scalk heilti.

Et Lib. 4, Cap. 34, p. 456:

Ther ſelbo Schuldheizo
Irquames ſilu heizo &c.

Pertinet huc Lib. 1 *Legis Longobardorum*, Tit. 2, L. 2, apud *Lindenbrogium*, *de Legibus Antiquis*, p. 516: ubi *Rotharis* Rex: *Si quis in Eccleſia ſcandalum perpetraverit, 40 Sol. ſit culpabilis ---- & prædicti 40 ſolidi per Sculdaſium, aut Judicem qui in loco ordinatus fuerit, exigantur &c.* & Tit. XII, L. 2, p. 537: *Tunc Gaſtaldius Regis, aut Sculdaſius, requirat culpam &c.* ſic *Liutprandus* Rex, ibid. Tit. XXV, L. 50, p. 567: *De Servo fugace, & advena homine; ſi in alia judiciaria inventus fuerit, tunc Decanus, aut Saltarius, qui in loco ordinatus fuerit, comprehendere eum debeat, & ad Sculdaſium ſuum perducat &c.* nec aliter *Pipinus* ibid. Tit. XXV, L. 73, p. 571; paſſimque alibi, veluti, Lib. 2, Tit. 9, L. 2, p. 596; Tit. XXI, L. 7, pag. 614; Tit. LII, L. 14, p. 652; & Lib. 3, Tit. XII, L. 5, pag. 684 &c. De voce *Sculdais*, evolvi poſſunt: Conſtitutio *Hlotharii*, ibid. Lib. I, Tit. XVII, L. 10, pag. 545: *Auctor vero* (Collectæ ad faciendum malum) *facti ſi fuerit Advocatus, vel Præpoſitus, ſive Sculdais, vel qualibet alia dignitate præditus ---- ad Noſtram præſentiam veniat &c.* Add. *Liutprandus*, ibid. Lib. 2, Tit. 38, L. 2, p. 635: *Si per Judicem inquiſiti fuerint, ſine notitia Sculdais, tunc habeat ipſe Judex poteſtatem foris Provinciam eos vendendi, & pretium ſibi tollendi, atque habendi: nam ſi per Sculdaëm inventi fuerint, medium de ipſo pretio tollat Judex, medium Sculdais &c.* & *Pipinus*, cit. Lib. 2, Tit. 52, L. 14, p. 652: *Si Gaſtaldius, aut Sculdais, vel loci Præpoſitus, de qualibet judiciaria, tam ad ſuos Pagenſes, quam ad alios, qui Juſtitiam quæſierint, non fecerint, ſicut Lex ipſorum eſt, componat &c.* Apud *Paulum Warnefridum*, Lib. VI de *Geſtis Longobardorum*, Cap. 24, legitur: *Rector loci illius, quem Sculdahis lingua propria dicunt &c.*

Alia Synonyma profert *Hachenbergius*, in cit. *Germania Media* Exercitatione 3, §. 26, p. 95: *Gravioni adjuncti erant Aſſeſſores, & Vicarii ſubſtituti, quos Longobardi, in Legibus ſuis, Gaſtaldios, & Sculdaſios; Wiſigothi, Thyuphados & Gardingos; Saxones ac Weſtphali, Scabinos & Gogravios; Franci, Rachinburgos, Sagibarones, Tunginos, Centenarios, Decanos, appellant.*

Gaſtaldii occurrunt Lib. I *Legis Longobardorum*, Tit. XII, Leg. 2, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 537: *Si quis ſepulturam hominis mortui ruperit, & corpus expoliaverit, aut foris jactaverit, DCCCC ſolid. ſit culpabilis parentibus defuncti. Et, ſi parentes proximi non fuerint, tunc Gaſtaldius Regis, aut Sculdaſius, requirat culpam ipſam, & ad curtem Regis exigat &c.* & Tit. XIV, Leg. 3, pag. 538: *Gaſtaldius eum ſolatiet &c.* & Leg. 5 ibid. *Si Gaſtaldius exercitalem ſuum* (i. e. militem) *contra rationem moleſtaverit &c.* & Tit. XXV, Leg. 20, p. 563: *Si mancipium cujuſcunque in Curte Regis confugium fecerit, & Gaſtaldius, aut Actor Regis, poſt ſecundam & tertiam conteſtationem, reddere dilataverit &c.* & Tit. XXX, Leg. 10, p. 577: *Gaſtaldius, aut Actor Regis*, Tit. XXXI, Leg. I, p. 579: *Si puella, aut mulier libera, voluntariè fornicata fuerit, cum Libero tamen Homine, poteſtatem habeant parentes ejus in eam dare vindictam ---- & ſi Parentes neglexerint, ut eam habeat uxorem, aut noluerint in ipſam dare vindictam, tunc liceat Gaſtaldio Regis, aut Sculdaſio,*

Digitized by Google

ſio, ipſam ad manum Regis tollere, & judicare de ipſa, quod Regi placuerit &c. & Tit. XXXIV, Leg. I, p. 581: *Si quis Gaſtaldius, aut Actor Regis, Curtem Regiam habens ad gubernandum &c.* & Lib. 2, Tit. IX, Leg. 2, p. 596: *Si ſervus liberam mulierem, aut puellam, auſus fuerit ſibi conjugio ſociare, animæ ſuæ incurrat periculum, & illam, quæ ſervo fuerit conſentiens, habeant parentes poteſtatem occidendi, aut foris Provinciam tranſvendendi, & de rebus ipſius mulieris faciendi quod voluerint. Et ſi parentes ejus, infra anni ſpatium, hoc facere diſtulerint, tunc liceat Gaſtaldio Regis, aut Actori, aut Sculdaſio, ipſam in Curtem Regis ducere, & intra penſiles ancillas conſtituere*, & Tit. XVII, Leg. 1, p. 608: *Si Gaſtaldius, aut quislibet Actor Regis &c.* & Leg. 2, p. 609: *Concedimus & Gaſtaldiis noſtris &c.* & Tit. LII, Leg. 14, p. 652: *De Univerſali quidem Populo, qui ubicunque Juſtitiam quæſierint, ſuſcipiat tam à Comitibus ſuis, quam etiam à Gaſtaldiis, ſeu Sculdaſiis, vel loci Præpoſitis, juxta ipſorum Legem, absque tarditate &c.*

de *Sculdaſiis*, vid. modò dicta;

Thyuphados habet Lib. 2, *Legis Wiſigothorum*, Tit. 1, Leg. 15, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 19: *Cum cæteris negotiis, criminalium etiam cauſarum Tyuphadis judicandi conceſſa licentia ſit, criminoſos à Legum ſententiis ipſi judicare non audeant &c.* & Leg. 23, p. 23: *Si quis Judicem, vel Comitem, aut Vicarium Comitis, ſeu Tyuphadum, ſuſpectos habere ſe dixerit &c.* & Leg. 26, p. 25: *Ideò Dux, Comes, Vicarius, pacis aſſertor, Tyuphadus, Millenarius, Quingentenarius, Centenarius, Decanus, Defenſor, numerarius, & qui ex Regia juſſione, aut etiam ex conſenſu Partium, Judices in negotiis eliguntur &c.* & Lib. 4, Tit 5, Leg. 6, p. 92. *Tunc Ducibus, vel Comitibus, Tyuphadis atque Vicariis, ſive quibuscunque perſonis, quos cognitio hujus rei attigerit &c.* & Lib. IX, Tit. 2, Leg. 1, pag. 185: *Si Thyuphadus ab aliquo de Thyuphadia ſua fuerit beneficio corruptus &c.* & Leg. 8, p. 188: *Seu ſit Dux, aut Comes, Thyuphadus, aut Vicarius, Gardingus, vel qualibet perſona, cui aut ex ipſo ſit commiſſum, ubi adverſitas ipſa occurrerit &c.* pariter ac,

Gardingos, teſte Lib. 2, ejuſdem Legis, Tit. 1, Leg. 1, p. 12: *Senioribusque Palatii, atque Gardingis &c.* & Lib. IX, Tit 2, Leg. 8, p. 188, verbis modò allatis; & Leg. 9, p 190: *Si majoris loci perſona fuerit, i. e. Dux, Comes, ſive etiam Gardingus &c.* & Lib. XII, Tit. 1, Leg. 3, p. 209: *Idem ſecundus eſt Canon, de accuſatis Sacerdotibus, ſeu etiam Optimatibus Palatii, atque Gardingis &c.*

de *Scabinis*, præced. lit. a, usque ad e, actum.

de *Gograviis*, vid. præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 9, lit. b, p. 604.

Rachinburgos, (al. *Rachimburgios*, *Rachiuburgios*, *Racinburgios*: à veteri vocabulo *Racha*; quod idem ac *cauſa* vel *res*, dictos, ita, ut *Rachinburgii* nihil aliud fuerint quam *Judices cauſarum*, in Curia Comitis ventilatarum;) offendimus in *Lege Salica*, Tit. 52, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 327, pariter ac in Capitulari *Caroli Magni*, An. 798, Tit. 52, Leg. 2, apud *Baluzium*, Tom. I *Capitular.* p. 316: *Tunc Graſio congreget ſecum ſeptem Rachinburgios idoneos, & cum ipſis ad caſam illius fidejuſſoris veniat, & roget eum, ſi præſens eſt, ita dicens: Per voluntatem tuam ſolve homini iſti, de quo ei fidem feciſti, & hoc, quod debes, ſecundum pretium legitimè adpretiatum, ſatisfacere ſtude. Quod ſi tunc adimplere noluerit præſens, aut ſi abſens fuerit, ſtatim Rachinburgii pretium adpretiatum, quantum debitum, quod debet, valuerit, de fortuna illius tollant &c.* & Tit. 59, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 340, conſentiente dicto Capitulari *Caroli Magni*, Tit 59, apud *Baluzium* l. c. p. 319: *Si quis ad Mallum venire contempſerit, &, quod ei à Rachinburgiis judicatum fuerit, implere diſtulerit &c.* ſic *Lex Ripuariorum*, Tit. 32, Leg. 2, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 455, & *Baluzium* l. c. p. 34: *Si autem* (quis) *mannitus* (i. e. commonitus) *fuerit ad ſecundum Mallum, aut ad tertium, ſeu ad quartum, vel quintum, uſque ad ſextum, venire diſtulerit, pro unoquoque Mallo, ſi ille qui eum mannit, cum tribus Rachinburgiis, in harabo* (i. e. loco ſacrato) *conjuraverit, quod legitimo mannitus fuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur &c.* & Leg. 3: *Quod ſi ad ſeptimum Mallum non venerit, tunc ille, qui eum mannit, ante Comitem cum ſeptem Rachinburgiis, in harabo jurare debet, quod eum ad ſtrudem legitimam admallatum habet: & ſic Judex fiſcalis ad Domum illius accedere debet, & legitimam ſtrudem exinde auferre, & ei tribuere, qui eum interpellavit, hoc eſt, ſeptem Rachinburgiis, unicuique quindecim ſolidos, & ei qui cauſam proſequitur, quadraginta quinque &c.* Eodem faciunt Capitulare *Pipini*, in Concilio *Vernenſi* editum, An. 755, Cap. 29, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 176: *Si aliquis homo ad Palatium venerit, pro cauſa ſua, & antea ad illum Comitem non innotuerit in Mallo ante Rachinburgios, & hoc ſuſtinere noluerit, quod ipſi legitimè judicaverint, ſi pro iſtis ad Palatium venerit, vapuletur &c.* paucisque interjectis: *ſi Comes, & Rachinburgii, eos convincere potuerint, quod Legem*

Digitized by Google

Legem eis judicaſſent &c. Ejuſdem Capitulare in Concilio *Meteuſi*, An. 756, promulgatum, Cap. IX, ibid. p. 180: ubi eadem occurrunt. Cit. Capitulare *Caroli Magni*, de An. 798, Tit. 60, ibid. pag. 320; Rubr. *de Rachinburgiis, qui ſecundum Legem non judicant &c.* ut & Lib. V. *Capitularium*, Cap. XVI, ibid. p. 828 & 829: *Ut omnes Juſtitiam faciant, tam Publici, quam Eccleſiaſtici. Et ſi aliquis homo ad Palatium venerit, pro cauſa ſua, & antea ſuo Epiſcopo, ſuiſque Miniſtris, quæ Eccleſiaſtica ſunt, &, quæ ſecularia, ſuo Comiti, non innotuerit in Mallo, ante Rachinburgios, aut ſi cauſa ſua ante Comitem in Mallo fuit, & ante Rachinburgios, & hoc ſuſtinere noluerit, quod ipſi legitimè judicaverint, ſi pro iſtis cauſis ad Palatium venerit, vapuletur &c.* jung. *Appendix Marculfi*, §. 1, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 435, & §. 4, p. 437, & §. 6, p. 438; *Bignonii* Notæ ad *Appendicem Marculfi*, ibid. p. 952; ejuſdem Notæ ad *Libros Capitularium*, l. c. p. 739, voc. *Rachinburgii*; ejuſdem *Formula*, §. 26, ibid. p. 508; *Pithœi Gloſſarium Legis Salicæ*, ibid. p. 699, voc. *Racinburgios*: Idem, ad *Libros Capitularium* Tit. 60, voc. *Rachinburgii*, ibid. p. 739; *Lindenbrogii Gloſſarium*, cit. *Codici Legum Antiquarum* annexum, voc. *Rachinburgii*, p. 1463; *du Freſne*, Gloſſar. voc. *Rachimburgii*, p. 507, verb. *Rachimburgii, Judices, in veteri Gloſſa; Comitis Adſeſſores: Sponſores litis &c.* *Spelman* Gloſſar. voc. ead. p. 477 &c. ſcribens: *Rachimburgii Judices erant apud Salicos, Ripuarios, nonnulloſque alios Germaniæ Populos, Comiti in Curia ſua, quam Mallum vocabant, aſſidentes, & in rebus pluribus ſemper adjuncti, numero certo non definiti, nominatim autem ſeptem &c.*

Sagibarones, quaſi *Sachbarones*, i. e. Cauſarum Judices, qui in publicis mallis, ſeu Judiciis, juſtitiam adminiſtrabant; vid. *du Freſne*, Gloſſar. voc. *Sagibarones*, pag. 669; conf. *Spelman* Gloſſar. voc. *Sagibaro*, p. 498: *Sagibaro, al. Sachbaro, idem quod hodiè Juſticiarius. Erant enim Sagibarones, Cauſarum Judices, qui in Mallis, & publicis conventibus, Jus dicebant, liteſque dirimebant: à quo & nomen: nam Sac, quod alii Sag pronunciant, cauſam, vel litem, ſignificat: Baro, virum, vel hominem; quaſi diceres Virum cauſarum, vel cauſis & litibus præpoſitum. Sagibarones (inquit Gloſſa in Leg. Salic.) dicuntur quaſi Senatores; Gall. Hommes de Loy, ou de cauſes &c.* Idem docet *Lindenbrogius*, in Gloſſario, voc. ead. p. 1469. nec non *Pithœus*, in *Gloſſar. Legis Salicæ*, Tit. 56, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 700; & *Bignonius*, in Notis ad eandem Legem, Tit. 56, ibid. p 851. Mentio eorum fit in *Lege Salica*, Tit. 56, apud *Lindenbrogium*, in cit. *Codice Legum Antiquar.* pag. 339, Leg. 2: *Si quis Sagibaronem, qui Puer Regis fuerat, occiderit, XII denarios, qui faciunt ſolidos 300, culpabilis judicetur;* & Leg. 3: *Si quis Sagibaronem, qui Ingenuus eſt, & ſe Sagibaronem poſuit, occiderit, 24 denarios, qui faciunt ſolidos 600, culpabilis judicetur &c.* & Leg. 4: *Sagibarones in ſingulis Mallobergiis (i. e. Plebs, quæ ad unum Mallum convenire ſolet) plus quam tres, eſſe non debent: & ſi cauſa aliqua ante illos ſecundum Legem fuerit definita, ante Grafionem removere eam non licet &c.* Eadem habes in Capitulari *Caroli Magni*, de An. 798, Tit. 56, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, pag 318. In Legibus *Inæ* Regis Anglo-Saxonis, Cap. VI, MS. legi: *Si quis in Eccleſia pugnet, 120 ſolidos emendet. Si in Domo Aldermanni, vel alterius Sagibaronis, pugnet, 60 ſolidos emendet, & alios 60, pro Wyta &c.* teſtatur *Spelman* l. c. & ex eo *Du Freſne* l. c.

Tunginos; de quibus *Lindenbrogius*, in *Gloſſario*, voc. *Tunginus*, p. 1492: *Tunginus, Judex, qui poſt Comitem eſt &c.* & *du Freſne*, Gloſſar. voc. ead. p. 1216: *Tunginus, Judex qui poſt Comitem eſt; in veteri Gloſſario; Tungi, ſeu Villæ præfectus, Judex: à Tun, Saxon. Villa, Vicus, prædium, Territorium &c.* Add. *Spelman*, in *Gloſſar.* voc. ead. p. 547. Meminit eorum *Lex Salica*, Tit. XLVI, apud *Lindenbrogium*, p. 334: *Si quis homo moriens viduam dimiſerit, & eam quis in conjugium voluerit accipere, antequam eam accipiat Tunginus, aut Centenarius, Mallum indicent, & in ipſo Mallo ſcutum habere debent, & tres homines cauſas tres demandare &c.* & Tit. XLVIII, p. 335: *Hoc convenit obſervare, ut Tunginus, vel Centenarius, Mallum indicent, & Scutum in ipſo Mallo habeant, & tres homines cauſas tres demandare debent in ipſo mallo &c.* Conſentiente per omnia præfato Capitulari *Caroli Magni*, An. 798, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, Tit. 46, p. 311 & 312, & Tit. 48, p. 313.

Centenarios: Du *Freſne*, Gloſſ. hac voce, p. 926, ait: *Centenarii, qui Centenis præerant, Judices minores, qui, per Centenas, jus dicebant, & Comiti ſuberant: Centgraffs Germanis &c.* Conf. *Sirmondus*, in Not. ad *Capitularia*, apud *Baluzium* T. 2 Capitularium, p. 769: *Centenarii, Judices minores, quò per Centenas jus dicebant, ſub Comite &c.* & *Vadianus*, de *Monaſteriis Collegiiſque Germaniæ Veteribus*, Lib. I, Cap. 21, apud *Geldaſtum* T. 3 *Rer. Alamann.* p. 16: *Erant Centenarii Judices ferme Nobiles, à Comite Conſtituti, & à numero, ut videtur, appellati, qui certis de generibus cauſarum cognoſcebant &c.* & *Spelman* in Gloſſ. voc. ead. pag. 132. *Fungebatur Centenarius ea poteſtatis ſpecie, quam Galli Baſſe*

Juſtice

Juſtice nuncupant: & perinde Curiam ejus nos etiam inter Baſe Courts *rejicimus. Superſtat enim hodiè, per omnem penè Angliam, Centenarum notitia: & habentur paſſim Centenaria Placita, vernaculè* Hundred Courts *appellata &c.* & *Lindenbrogii* Gloſſarium, voc. *Centena* p. 1374: *Qualibet Provincia in Comitatus diviſa: Comitatus, in Centenas: Centena, in Decurias; Decuria, in Septenas & Quintanas, quæ in Conſuetudinibus Bituricenſibus, & Andegavenſibus, Septaines & Quintes appellantur. Indeque Comites, Centenarii, Decani &c. vocati.* Occurrit non ſolum eorum mentio in *Lege Salica,* Tit. 46 & 48, verbis, ſub voce *Tunginos,* modò adductis, ſed & in Decreto *Childeberti* Regis, Leg. IX, apud *Lindenbregium* l. c. p. 347 & *Baluzium,* l. c. Tom. I. p. 19: *Si quis Centenarium, aut quemlibet Judicem, noluerit ſuper malefactorem ad prindendum* (i. e. capiendum, quaſi prehendendum) *adjuvare, ſolid. LX omninò condemnetur &c.* & Leg. XI: *Similiter convenit, ut, ſi furtum factum fuerit, capitale de præſenti Centena reſtituat, & cauſator Centenarium cum Centena requirat &c.* nec non in cit. Capitulari *Caroli Magni*, An. 798, Tit. 46, apud *Baluzium* l. c. p. 311, & Tit. 48, pag. 313, verbis cum memorata *Lege Salica* l. c. exactè concordantibus; jung. Capitulare ejusdem Imperatoris, de An. 801, Tit. 30, ibid. pag. 354: *Omnis controverſia coram Centenariis diffiniri poteſt, excepto redhibitione terræ & mancipiorum, quæ non poteſt diffiniri niſi coram Comite &c.* Ejusdemque Capitulare Primum An. 810, Cap. 2, ibid. pag. 473: *Ut ante Vicarium & Centenarium, de proprietate, aut libertate, judicium non terminetur, aut adquiratur, niſi ſemper in præſentia Miſſorum Imperialium, aut in præſentia Comitum.* (Quæ Libr. IV. Capitularium, Cap. 27, ibid. p. 796. repetuntur.) Ut & Capitulare Tertium An. 811, Cap. 2, ibid. pag. 485: *Et ſuper Comites, & eorum Centenarios &c.* & Cap. 3, ibid. *Quicunque proprium ſuum Epiſcopo, Abbati, vel Comiti, aut Judici, vel Centenario, dare voluerit &c.* & Capitulare Tertium, An. 812, Cap. 4, ibid. pag. 497: *Nullus homo, in Placito Centenarii, neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam, aut ad res reddendas, vel mancipia, judicetur. Sed iſta aut in præſentia Comitis, vel Miſſorum Noſtrorum, judicentur &c.* (Conf. Lib. 2, *Leg. Longobard.* Cap. 3, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 651;) Capitulare Tertium, Anni 813, Cap. 28, ibid. p. 513: *Si quis infra pagum latronem comprehenderit, & ante illum Comitem eum non adduxerit, aut ante ſuum Centenarium, ſolidos 60 componere faciat &c.* De Requiſitis eorum, loquitur laudati Imperatoris Capitulare An. 802, Cap. XIII, ibid. p. 365: *Ut Epiſcopi, Abbates atque Abbatiſſæ, Advocatos atque Vice-Dominos, Centenariosque, legem ſcientes, & juſtitiam diligentes, pacificosque & manſuetos, habeant &c.* nec non Ejusdem Capitulare Primum An. 809, Cap. XXII, ibid. p. 466; & Capitulare Secundum, ejusdem Anni, Cap. XI, ibid. p. 472, verbis præced. lit. b, relatis, quibus ſimul docemur à quo fuerint conſtituti. Add. Lib. 3. Capitularium, Cap. 56, locaque alia ibidem annotata. Hinc pravi abjiciebantur, teſte Capitulari ſecundo *Caroli* Imperatoris ſæpe fati, Cap. XII, apud *Baluzium* l. c. pag. 426: *De Advocatis, Vice-Dominis, Vicariis & Centenariis pravis ut tollantur, & tales eligantur, quales & ſciant, & velint, juſtè cauſas diſcernere & terminare &c.* Quæ Capitulari Quarto Anni 805, Cap. XII, ibid. p. 437, ut & Libro V. Capitularium, Cap. 253, ibid. p. 874, denuò ſtabilita innoteſcunt; injunctumque porrò Comitibus eo curam intendere, ne Centenarii placitis, præter æquum & fas, Populum gravarent; quo Capitulare *Lotharii*, de An. 824, Tit. 3, Cap. 3, apud *Baluzium* l. c. Tom. 2, p. 321, reſpicit, ubi: *Volumus, ut Comites Noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de Vicariis, & Centenariis, qui magis propter cupiditatem, quam propter Juſtitiam faciendam, ſæpiſſimè Placita tenent, & exinde Populum nimis affligunt &c.* Varia inſuper de *Centenariis*, in aliis quoque Veterum Legibus habentur, v. g. Lib. 2. *Legis Wiſigothorum,* Tit. I, Leg. 26, cujus verba, ſub voce *Thyuphados*, modò allegavi; Lib. IX, ejusdem Legis, Tit. 2, Leg. 3, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 186: *Si quis Centenarius, dimittens Centenam in hoſtem, ad Domum ſuam refugerit, Capitali ſupplicio ſubjacebit &c.* ſimiliter Tit. XXXVI. *Legis Alamannorum*, ibid. p. 372; Tit. L. *Legis Ripuariorum*, ibid. p. 459; Lib. I. *Legis Longobardorum*, Tit. XXV, Leg. 80, ibid. pag. 573; & lib. 2, Tit. XXX, Leg. 2, p. 625; & Tit. XLII, Leg. 3, p. 640; & Tit. XLVII, L. I. p. 643, & L. 4, p. 644 & Tit. LII, Leg. 10, p. 652; paſſimque alibi.

Decanos. Quemadmodum cuilibet Centenæ ſuus Centenarius, ſic & Decaniæ, qui præerat. Decanus dicebatur &c. hæc *Lindenbrogius* l. c. *in Gloſſario,* voc. *Decanus*, p. 1386; ſic *Du Freſne* Gloſſar. voce eadem, pag. 17: *Decani, Minores Judices, qui per Decanias ſuas jus dicebant &c.* Apud *Hincmarum,* Tom. 2. Operum, Epiſt. XV, ad Epiſcopos Regni, §. 15, p. 224, legimus: *Comites, & Vicarii, vel etiam Decani, plurima Placita Conſtituant, & ſi*

ibi non venerint, compoſitionem ejus exſolvere faciant &c. Differentiam *Decanorum* ſiſtuut *Du Freſne* l. c. pag 16 &c. & *Spelman*; in Gloſſ. voc. ead. pag. 164 &c.

(8) Judicia Sacra ita comparata erant: primò, Sacerdotibus (*a*) licuit in vitioſos Chriſtianorum mores, pœnis Canonicis & Excommunicatione, (*b*) animadvertere; ſecundò, conceſſa (*c*) quoque erat Epiſcopis omnis in Clericos & Monachos Jurisdictio. Epiſcoporum cauſæ in Synodo, (*d*) vel apud Metropolitanum, (*e*) agebantur, & à Metropolitano ad Papam (*f*) provocare licebat. Tertiò, Sacri Judicii fuit deciſio quarumvis litium, ad id à Laicis perlatarum. (*g*)

NOTÆ.

(*a*) SACERDOTIBUS &c. In primitiva Eccleſia, nomen hoc pro *Epiſcopo* uſurpatum, docet *Ambroſius*, Lib. V, Epiſt. 30: *S. Damaſus, Romana Eccleſia Sacerdos &c.* paſſimque *Cyprianus, Auguſtinus*, Eccleſiæque Veteris Patres alii. Poſtea verò & *Presbyteris* datum, teſte *Rhabano*, Lib. I. de *Inſtit. Cleric.* c. 5, ubi: *Sacerdos vocari poteſt, ſive Epiſcopus ſit, ſive Presbyter.* Quo facit *Innocentius I*, Epiſt. I, Cap. 3: *Nam Presbyteri licet ſint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent &c.* unde ſua *Æneas Pariſienſis, adverſus Græcos*, Quæſt. 4. add. *Leo IX.* P. R. Epiſt. 4: *Sacerdotum Ordo bipartitus eſt, nec amplius quam duos Ordines i. e. Epiſcoporum & Presbyterorum, nobis traditi ſunt &c.*

(*b*) EXCOMMUNICATIONE &c. Quæ nihil aliud eſt, quam prohibitio à communione fidelium. *Cyprianus*, Epiſt. 28. ait: *Si quis ---- auſus fuerit, ante ſententiam noſtram, communicare cum lapſis, à communicatione noſtra arceatur &c.* & *Auguſtinus*, Tom. 3. Operum, de *Geneſi ad literam* Lib. XI, Cap. 40, p. m. 676: *Tanquam excommunicatus, ſicut etiam in hoc paradiſo, i. e. Eccleſia, ſolent à Sacramentis altaris viſibilibus homines diſciplina Eccleſiaſtica removeri &c.* Unde ſua *Du Freſne*. Gloſſar. voc. *Excommunicatio*, p. 304. De ritu excommunicandi, evolvas epiſtolam *Innocentii III.* P. R. ad ArchiEpiſcopum Moguntinum, apud *Arnoldum Lubecenſem*, lib. VI. *Chron. Slavorum*, Cap. 3, p. 507 & 508; præſertim *Baluzium*, Tom. I. *Capitularium*, pag. 663 &c. Formulas quarundam Excommunicationum rigidiorum ſiſtit *Spelman*, in Gloſſario, voc. *Excommunicatio*, p. 205 & 206. Effectum earum tunc fuiſſe maximum, annotavit *Conringius* de *Republica*, Exercit. VI, de *Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, §. 30, p. 236 &c. Pertinet huc Capitulare *Pipini* Regis, de An. 755, Cap. IX, apud *Baluzium*, cit. Tom. I, pag 172: *Ut ſciatis, qualis ſit modus iſtius Excommunicationis: in Eccleſiam non debet intrare; nec cum ullo Chriſtiano cibum vel potum ſumere: nec ejus munera quisquam accipere debet, vel Oſculum porrigere debet, nec in Oratione ſe jungere; nec ſalutare, antequam ab Epiſcopo ſuo fuerit reconciliatus.* Quæ, totidem Verbis, & Libro V. *Capitularium*, Cap. 62, ibid. p. 836, habentur. Add. Lib. VI. *Capitular* Cap. 93, ibid. p. 937: *Non liceat baptizatis cum Catechumenis manducare, nec Oſculum eis dare, vel Ave eis dicere; quanto magis cum Excommunicatis ab Epiſcopo, aut cum Gentilibus?* & Cap. 142, p. 946: *Si quis à Communione Sacerdotali fuerit auctoritate ſuſpenſus, hunc non ſolum à Clericorum, ſed etiam à totius Populi colloquio atque convivio, placuit excludi, donec reſipiſcens ad ſanitatem redire feſtinet &c.* Nec poterant ab aliis Epiſcopis in communionem recipi; vid. *Capitulare Caroli Magni*, de An. 789, Cap. I, apud *Baluzium* l. c. pag. 213: *Sunt aliqui, qui, culpis exigentibus, ab Epiſcopo proprio excommunicantur, & ab aliis Eccleſiaſticis, vel Laicis, præſumptuoſe in communionem accipiuntur, quod omninò Sanctum Nicenum Concilium, (Can. V.) ſimul & Chalcedonenſe, (Can. 2.) nec non & Antiochenum (Can. 6.) atque Sardicenſe (Can. 16.) fieri prohibent &c.* jung. Ejusdem Capitulare An. 801, Cap. 47, ibid. p. 356; & Lib. I. *Capitular.* Cap. I, p. 705; & Addit. IV, Cap. 52, p. 1204. Qui, ſine venia Epiſcopi excommunicantis, ſcienter Excommunicato communicabat, & ipſe pro tali æſtimabatur; vid. Ejusdem Capitulare cit. An. 789, Cap. 30, l. c. pag. 226: *Qui Excommunicato præſumptuoſe communicaverit, excommunicetur & ipſe;* ubi ſimul ad auctoritatem Can. IX. Carthaginenſis Concilii provocatur; add. Lib. I. *Capitularium*, Cap. 36, ibid. p. 709; & Lib. V, Cap. 25, p. 830; & Cap. 137, p. 851; & Lib. VII, Cap. 10, p. 1033, & Cap. 474, pag. 1131; & Epiſtola *Gregorii* Papæ, ad *Bonifacium* Moguntinum, in *Additione Quarta Capitularium*, Cap. 88, ibid. p. 1212. Ad frugem non redeuntes exilio mulctabantur, arg. cit. Capitularis *Pipini* Regis, de An. 755, Cap. IX, p. 172, & cit. Lib. V. *Capitular.* Cap. 62, p. 836, ubi: *Si aliquis (excommunicatus) iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus emendare minimè potuerit, Regis Judicio, exilio condemnetur &c.* Imò, excommunicatorum Corpora inſepulta projiciebantur. Vid.

Digitized by Google

Vid. *Urbani II*, P. R. Epiſtola An. 1091, ad *Hugonem* Gratianopolitanum, apud *Du Freſne*, l. c. voc. *Imbloccatus*, p. 22: *Sanctorum Canonum Decreta ubique inviolabiliter conſervari cupientes, conſtituimus atque cenſemus, ut interdictos à Nobis, aut excommunicatos, in communionem recipere, aut mortuos ſepulturæ tradere, nemo præſumat &c.*

(c) CONCESSA &c. Illuſtrat theſin hanc Capitulare *Caroli Magni*, An. 779, Cap. 4, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 196: *Epiſcopi de Presbyteris, & Clericis, infra illorum parochiam, poteſtatem habeant ſecundum Canones &c.* & Lib. V. *Capitularium*, Cap. XXII, ibid. pag. 829: *Quod non oporteat Sacerdotes, vel Clericos, habentes adverſus invicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſecularia Negotia convolare &c.* add. Cap. XXIII, pag. 830: *Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertentent &c.* & Cap. XXVII: *Monachos per unamquamque Civitatem, aut Regionem, ſubjectos eſſe Epiſcopo ſuo &c.* & Cap. XXIX, pag. 831: *Epiſcopum convenit Civitatis competentem Monaſteriorum providentiam gerere &c.* & Cap. XXXI: *Placuit, ut Presbyteri non vendant rem Eccleſiæ ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis &c.* & Cap. LXII, p. 836: *Si quis Presbyter ab Epiſcopo ſuo vel excommunicatus fuerit, & ipſe per contemptum, poſtea aliquid de ſuo officio, ſine comiato, facere præſumpſerit, & poſtea ab Epiſcopo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum ſimiliter. Quicunque Clericus, vel Laicus, aut femina, inceſtum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus ſe emendare noluerit, & ab ipſo excommunicatus fuerit, qui poſtea cum ipſo communicaverit, ſimiliter excommunicetur &c.* & Cap. LXX, pag. 837: *Si Clerici inter ſe negotium aliquod habuerint, à ſuo Epiſcopo dijudicentur, non à Secularibus &c.* & Cap. LXXVII, p. 838: *Clerici Eccleſiaſtici Ordinis, ſi culpam incurrerint, apud Eccleſiaſticos judicentur, & non apud ſeculares &c.* & Cap. CCCLXXVIII, p. 904: *Nemo audeat Clericum, aut Monachum, vel Sanctimonialem feminam ad Civile Judicium accuſare, ſed ad Epiſcopum. Et ipſe & Lege, vel Canonibus, conſentaneam & juſtam ſententiam proferet &c.* paſſimque alibi. Eodem pertinet integer Tit. 2, lib. 2. Decretalium *Gregorii IX*, de *Foro competente*, præſertim Cap. I, *Si quis Clericus adverſus Clericum negotium habeat, non deſerat Epiſcopum proprium, ſed prius apud ipſum Actio ventiletur &c.* & Cap. 4: *Si quis contra Clericum cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat &c.* Jung. Capitula *Herardi*, Turonenſis Archi-Epiſcopi, Cap. VII, apud *Baluzium* l. c. pag. 1287: *Si Clerici, aut Monachi, inter ſe habent negotia, apud Epiſcopum finiantur, & non apud Seculares: ſin aliàs, excommunicentur &c.* Conſ. *Conring.* l. c. §. 31, pag. m. 237.

(d) IN SYNODO &c. Vid. lib. VI. *Capitularium*, Cap. 307, apud *Baluzium*, l. c. Tom I, p. 975: *Si quis Epiſcopus in reatum aliquem incurrerit, & fuerit nimia neceſſitas non poſſe plurimos congregare, ne in crimine maneat, à duodecim Epiſcopis audiatur &c.* & Cap. 381, p. 994: *Nullus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore apoſtolica atque Canonica vocatione congregata, ſuper quibuſdam criminibus pulſatus audiatur &c.* & mox: *Nemo Epiſcopum apud Judices ſeculares accuſare præſumat, ſed apud Primates ſuos &c.* & Lib. VII, Cap. 89, p. 1043: *Si quis Epiſcopus accuſatur, ad Primates ipſius Provinciæ cauſam ejus deferat accuſator &c.* quod Cap. 156, p. 1059, repetitur; & Cap. 104, p. 1046: *Si quis Epiſcopus ſuper certis criminibus accuſatus fuerit, ab omnibus audiatur qui ſunt in Provincia Epiſcopis &c.* & Cap. 171, p. 1061: *Si quis Epiſcopus à quoquam impetitur, vel ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos Judices cauſa finiatur, ſive, quos eis Primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint &c.* quæ 178, p. 1062, confirmantur. Et Cap. 314. p. 1094: *Nullus Epiſcopus extra ſuam Provinciam ad Judicium devocetur. Sed, vocato eo canonicè in loco, omnibus congruo tempore Synodali, ab omnibus Comprovincialibus Epiſcopis audiatur, qui concordem ſuper eum Canonicamque proferre debent ſententiam &c.* & Cap. 320, p. 1095: *Communi decreto conſemus, ut, quandocunque aliquis Epiſcoporum criminatur, congregatis omnibus ejuſdem Provinciæ Epiſcopis, cauſa ejus audiatur, ut non occultè judicetur, vel damnetur. Quia ab aliis judicari prius non poteſt, niſi ab his, à quibus ordinari potuit &c.* & Cap. 321. ibid. *Si Clericus, vel Laicus, cauſas adverſus Epiſcopum proprium, vel adverſus alterum, aut Epiſcopus adverſus quemquam habeat, apud Synodum Provinciæ judicetur &c.* & in Additione Quarta, Cap. 24, ibid. p. 1197: *Nullus Epiſcopus niſi canonicè vocatus, & in legitima Synodo, ſuo tempore, apoſtolica auctoritate convocata ---- ſuper quibuslibet criminibus, pulſetur, i. e. judicetur, audiatur vel impetatur. Sin aliter præſumptum à quibuslibet fuerit, in vanum deducatur, quod egerint &c.* Add. *Hincmarus*, Rhemenſis, Tom. 2. Operum, Epiſt. XXIX, ad *Carolum Calvum* Regem, p. 325.

(e) METROPOLITANUM &c. Utpote Epiſcopis præfectum. Hinc *Carolus Magnus*, in Capitulari An. 779, Cap. I, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 195: *De Metropolitanis, ut Suffraganei Epiſcopi eis, ſecundum Canones, ſubjecti ſint, & ea, quæ erga Miniſterium illorum emendanda cognoſcunt, libenti animo emendent, atque corrigant &c.* & in alio, de An. 789, Cap. 8, p. 216: *In eodem Concilio,* (Antiocheno,

cheno, Can. 8.) *ut ad Metropolitanum Epiſcopum Suffraganei reſpiciant, & nihil novi audeant facere in ſuis parochiis, ſine conſcientia & conſilio ſui Metropolitani &c.* & mox, ex Can. 9. ejuſdem Concilii: *Per ſingulas Provincias conſtitutos ſcire oportet Epiſcopum Metropolitanum, qui praeeſt, curam & ſollicitudinem totius Provinciæ ſuſcepiſſe. Propter quod ad Metropolitanam Civitatem, ab his qui cauſas habent, ſine dubio concurratur. Quapropter placuit Eum & honore præire, & nihil ultra ſine ipſo reliquos Epiſcopos agere &c.* Conf. Lib. I. *Capitularium*, Cap. 8, ibid. p. 706; nec non *Hincmarus* l. c. p. 328. Ob hanc cauſam, appellatio quoque ab Epiſcopis ad Metropolitanum concedebatur, teſte Capitulari *Pipini* Regis, de An. 755, Cap. IX. apud *Baluzium* l. c. pag. 172: *Quod ſi aliquis ſe reclamaverit, quod injuſtè* (ab Epiſcopo) *ſit excommunicatus, licentiam habeat ad Metropolitanum Epiſcopum venire, & ibidem, ſecundum canonicam inſtitutionem, dijudicetur &c.* Quæ denuò Lib. V. *Capitularium* Cap. LXII, ibid. p. 836, occurrunt.

(*f*) AD PAPAM &c. De Appellatione à judiciis Epiſcoporum & Metropolitanorum, ad Romanam Sedem, loquitur Liber VI. *Capitularium*, Cap. 64, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 933: *Judicato in aliqua cauſa Epiſcopo, liceat iterare judicium, & ſi neceſſe fuerit, libere Epiſcopum adire Romanum &c.* & Cap. 401, ibid. p. 1000: *Si quis Epiſcopus depoſitus agendum ſibi negotium in Urbe Roma proclamaverit, alter Epiſcopus in ejus cathedra, poſt appellationem ejus qui videtur eſſe depoſitus, omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit judicio Romani Epiſcopi determinata &c.* (Quæ etiam Lib. VII. Capitularium, Cap. 103, ibid. p. 1045 & 1046, offendis.) Et Cap. 173, cit. Libri VII, pag. 1061: *Placuit, ut quandocunque Epiſcopus accuſatur, ſi Comprovinciales, aut Vicinos, ſuſpectos habuerit, Sanctæ & Univerſalis Romanæ Eccleſiæ appellet Pontificem, ut ab Eo, quicquid juſtum & Deo placitum fuerit, terminetur &c.* & Cap. 314, pag. 1094, ubi rurſus: *Nullus Epiſcopus extra ſuam Provinciam ad Judicium devocetur ---- ſi ipſe Metropolitanum, aut Judices, ſuſpectos habuerit, aut infeſtos ſenſerit, apud Primatem Diœceſeos, aut apud Romanæ Sedis Pontificem judicetur &c.* & Cap. 315: *Placuit, ut, ſi Epiſcopus accuſatus appellaverit Romanum Pontificem, id ſtatuendum, quod ipſe cenſuerit &c.* (cum quo concordat *Additio Quarta*, Cap. XXVII, ibid. pag. 1198;) & Cap. 412, p. 1114: *Judicatus Epiſcopus ad Apoſtolicam Sedem, ſi voluerit, appellet: ex Concilio Sardicenſe Cap. V. Quod ſi appellaverit, in cathedra ipſius, alter non ordinetur &c.* Jung. citata *Additio Quarta* Cap. XXVIII, ibid. pag. 1198: *Ut accuſato, vel judicato, in aliqua cauſa Epiſcopo, liceat iterare Judicium, &, ſi neceſſe fuerit, aut ipſe voluerit, abeque ulla detentione, aut impeditione, Romanum adire Pontificem; & dum iterato judicio Pontifex cauſam ſuam agit, ſua non privetur Sede, aut dignitate &c.* & Cap. XXIX, pag. 1199: *Placuit, ut accuſatus vel judicatus à Comprovincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus, licenter appellet & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per Vicarios ſuos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur, Epiſcopus &c.* & Cap. XXX, ibid. *Ut omnes Epiſcopi, qui in quibusdam gravioribus pulſantur, vel criminantur, cauſis, quoties neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent Sedem, atque ad eam, quaſi ad Matrem, confugiant &c.*

(*g*) PERLATARUM &c. Fidem facit huic aſſerto Lex I, Lib. XVI *Codicis Theodoſiani*, Tit. de *Epiſcopali Judicio*, p. m. 520 Edit. *Sichardi*, Lugduni, An. 1593) ubi *Conſtantinus*, *Ablavio* P. P. *Quicunque litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor erit, inter initia litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cum negotium peroratur, ſive cum jam cœperit promi ſententia, judicium eligit SS. Legis Antiſtitis, illicò, ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcopum* (alii legunt; ad Epiſcoporum Judicium) *cum ſermone litigantium, dirigatur. Multa enim, quæ in Judicio captioſa præſcriptionis vincula non patiuntur, inveſtigat, & promit ſacroſanctæ Religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel Prætorio Jure, vel Civili, tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis Jure firmentur; nec liceat ulterius retractare negotium, quod Epiſcoporum ſententia deciderit. Teſtimonium etiam ab uno licet Epiſcopo perhibitum, omnes Judices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum teſtimonium Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacro ſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc Nos Edicto ſalubri aliquando cenſuimus, hoc perpetua Lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes, ut miſeri homines, longis ac penè perpetuis Actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus, vel à cupiditate præpropera, maturo fine diſcedant.* Hinc ſua Liber VI *Capitularium*, Cap. 366, p. m. 985; & *Gratianus*, Cauſ. XI, Quæſt. I, Cap. 37, *Volumus &c.* & *Innocentius III*, in Reſcripto ad Prælatos Franciæ, Lib. 2 *Decretalium* Tit. I de *Judiciis*, Cap. XIII, *Novit ille &c.* & *Conringius* de *Republica*, cit. Exercit. VI, de *Judiciis*, §. 34, p. m. 243.

(9) Et

Digitized by Google

(9) Et hoc Judicium, (*a*) tum multitudine negotiorum, tum auctoritate & dignitate, multum præſtitit Judicio Comitum.

NOTA.

(*a*) HOC JUDICIUM &c. Scil. *Epiſcopale*, utpote cui tam multa & varia fuerint commiſſa. Vid. *Conring* l. c.

(10) Poſt ſacra illa, eadem tempeſtate fuere Judicia de Bonis Sacris, (*a*) quorum Judicium non erat penes ipſos Clericos, aut Monachos, ſed alios, ſigillatim à Regibus ad id conſtitutos Magiſtratus, qui Vice-Domini, ſeu Advocati, *Kaſten-Vœgte*, (*b*) audiebant. Adeoque Clericorum perſonæ Judicio Epiſcopórum; bona eorundem Judicio Advocatorum (*c*) Laicorum, ſuberant.

NOTÆ.

(*a*) DE BONIS SACRIS &c. Cùm Epiſcoporum & Monaſteriorum, aliorumque Corporum Eccleſiaſticorum majorum, tùm ſingularium Eccleſiarum minorum. Vid. *Conring* l. c. §. 35, pag 244.

(*b*) KASTEN-VöGTE &c. Occurrit hæc vox in Diplomate *Friderici II*, Imp. de *Advocatia Monaſterii Hirſaugienſis, quod ab Imperio nunquam alienari debeat*, de An. 1215, Part. I *Documentorum Wurtenbergenſium*, p. 553, ubi: *Advocatus ipſius Eccleſiæ Hirſaugienſis, qui, Teutonico Idiomate, Chaſt-Vogt dicitur &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 8, lit. a, p. 1153.

(*c*) ADVOCATORUM &c. De Officio Advocatorum, latè egi, cit. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 8, lit. a & b, p. 1153 & 1154. Conf. *Vadianus*, de *Collegiis Monaſteriiſque Germaniæ Veteribus*, Lib. I Cap. 20, apud *Goldaſtum* Tom. 3 *Rer. Alamannicarum*, p. 15; & Cap. 21, p. 16. Requiſita eorum delineat Capitulare *Pipini*, Regis Italiæ, de An. 793, Cap. 29, apud *Baluzium* T. I Capitularium, p. 548: *Hoc ſtatuimus, ut ubicunque ſubſtantiam Pontifex habuerit, Advocatum habeat in ipſo Comitatu, ut abſque tarditate Juſtitiam faciat & ſuſcipiat. Et talis ſit ipſe Advocatus; Liber homo, bona opinionis, Laicus aut Clericus, qui Sacramentum, pro cauſâ Eccleſiæ, quam peregerit, deducere poſſit, juxta qualitatem ſubſtantiæ, ſicut Lex illorum habet &c.* Add. Capitulare *Caroli Magni* An. 802, Cap. 13, ibid. p. 366, *Epiſcopi, Abbates atque Abbatiſſæ, Advocatos atque Vice-Domines, Centenarioſque, Legem ſcientes, & juſtitiam diligentes, pacificoſque & manſuetes, habeant &c.* & aliud, de An. 813, Cap. XIV, ibid. p. 509: *Ut Epiſcopi, & Abbates, Advocatos habeant. Et ipſi habeant in illo Comitatu propriam hereditatem; & ut ipſi recti & boni ſint, & habeant, voluntatem rectè & juſtè cauſas perficere &c.* nec non Capitula *Ludovici Pii*, ex *Lege Longobardorum* excerpta, & quidem ex Lib. 2, Tit. 47, Cap. 5 (referente Lindenbrogio, Cod. Legum Antiquar. pag. 644) Cap. 2, apud *Baluzium* l. c. p. 689: *Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, cunctoque Clero, omnino præcipimus Vice-Domines, Præpoſitos, Advocatos ſive Defenſores, habere bonos, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falſitatem amantes, ſed Deum timentes, & Juſtitiam in omnibus diligentes &c.* Imò tales erant conſtituendi, *quales meliores inveniri poterant*, teſtibus variis Capitularibus, præced. §. 7, lit. b, allegatis.

(11) Ab hiſce Judicibus provocabatur tum ad Miſſos, (*a*) aut Legatos Regios, qui certis temporibus (*b*) Provincias circumibant; tum ad ipſum Regis Palatium. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) AD MISSOS &c. Hique ex officio hujuſmodi provocationes admittere tenebantur, teſte Capitulari *Ludovici Pii* Imp. de An. 823, Cap. XXVI, apud *Baluzium*, l. c. Tom. I, p. 641, ubi: *Commemoratio, quid ad prædictorum Miſſorum Legationem pertineat: Primò, ut Conventum in duobus, aut tribus, locis, congregent, ubi omnes, ad eorum legationem pertinentes, convenire poſſint, & omnibus generaliter notum faciant, qualis ſit eorum Legatio, ſcil. ad hoc ſe eſſe à Nobis Miſſos conſtitutos, ut, ſi quilibet Epiſcopus, aut Comes, miniſterium ſuum, propter quodlibet impedimentum, implere non poſſit, ad eos recurrat, & cum eorum adjutorio, Miniſterium ſuum adimpleat; &, ſi talis cauſa fuerit, qua, per eorum admonitionem, emendari non poſſit, per eos, ad Noſtram notitiam deferatur; & ſi fortè Epiſcopus, aut*

Comes, aliquid negligentius in ſuo miniſterio egerit, per iſtorum admonitionem corrigatur. Et omnis Populus ſciat, ad hoc eos eſſe conſtitutos, ut, quicunque per negligentiam, aut incuriam, vel impoſſibilitatem, Comitis juſtitiam ſuam adquirere non potuerit, ad eos primum querelam ſuam poſſit deferre, &c. per eorum auxilium, Juſtitiam adquirere; & quando aliquis ad Nos, neceſſitatis cauſa, reclamaverit, ad eos poſſimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipſi verò Miſſi, non ſine certiſſima cauſa, vel neceſſitate, huc illucque diſcurrant, niſi fortè quando tale aliquid in cujuslibet Miniſterio, ad Legationem ſuam pertinente, ortum eſſe cognoverint, quod eorum præſentia indigeat, &c. ſine illorum Conſilio vel adjutorio, emendari non poſſit. Inde tamen debent eſſe ſolliciti, ut, propter illorum negligentiam, nihil in ſua Legatione incorrectum remaneat: ſed, ubi certam & veram neceſſitatem cognoverint. Noſtram juſſionem adimplere non negligant &c. Quæ omnia & Libro 2 *Capitularium*, Cap. XXVI, ex Capitulis *Caroli Calvi*, Tit. 36, Cap. 26, ibid. p. 743, habentur.

(*b*) CERTIS TEMPORIBUS &c. Quæ in Capitulari *Caroli Magni* de An. 812, Cap. VIII, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, p. 498, deſcribuntur: *Volumus, propter Juſtitias, quæ uſque modò de parte Comitum remanſerunt, quatuor tantum menſibus in Anno, Miſſi noſtri Legationes Noſtras exerceant; in Hyeme, Januario: in Verno, Aprili: in Æſtate, Julio: in Autumno, Octobrio. Ceteris vero menſibus unuſquiſque Comitum Placitum ſuum habeat, & Juſtitias faciat. Miſſi autem Noſtri quater in anno* (uno) *menſe, & in quatuor locis, habeant Placita ſua cum illis Comitibus, quibus congruum fuerit, ut ad eum locum poſſint convenire &c.* Eadem offendis Lib. 3 *Capitularium*, Cap. 83, ibid. p. 769, ubi quidem, loco verborum: *in anno menſe*, rectius legitur: *in uno menſe*. Hinc ſua quoque *Hachenbergius*, in *Germania Media*, Diſſ. 3, §. 26, p. 96: *Regum ſanctiſſima cura fuit, ut quater in anno, in Januario, in Aprili, in Julio, in Octobri, certi expedirentur Legati, Miſſi vulgò, & Stolizazi appellati, qui Judicia, Tribunalia, Centenas, obirent, in vitam & actiones Judicum inquirerent, querelas plebis audirent ---- ad hos provocare, adverſus Comitum Judicumque vel negligentiam, vel illatam injuriam, plebi licebat, præſentiſſimo Legum auxilio, quum ſæpe Comites munere ſuo & officii dignitate diſpoliarentur: imò, ſi quid atrocius ſuperbiuſque commiſſum erat, laqueo torti, aut ſecuri percuſſi, necarentur &c.* Add. *Couring* de *Republica*, cit. Exercit. VI, de *Judiciis Reip. German.* §. 37, p. 247.

(*c*) AD IPSUM REGIS PALATIUM &c. Provocatio hæc tunc demum permiſſa erat, quando Miſſi Juſtitiam adminiſtrare, ſeu litem terminare, non volebant, vel non poterant. Certas enim cauſas natura ſua, ad ipſum Regem ſpectaſſe, diſcimus ex *Capitulari Tertio Caroli Magni*, de An. 812, Cap. 2, apud *Baluzium* cit. Tom. I, p. 497, (concordantibus *Libro 3 Capitularium*, Cap. 77, ibid. p. 768, & Libro 2 *Legis Longobardorum*, Tit. 45, Leg. 1, apud *Lindenbrogium*, de *Legibus antiquis*, pag. 643.) *Ut Epiſcopi, Abbates, Comites, & Potentiores quique, ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad Noſtram jubeantur venire præſentiam, neque illorum contentio alibi finiatur: neque propter hoc pauperum & minus potentium juſtitia remaneant. Neque Comes Palatii Noſtri potentiores cauſas, ſine Noſtra juſſione, finire præſumat, ſed tantùm ad pauperum & minus potentium juſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacandum &c.* De Theſi conf. Capitulare *Ludovici Pii*, de An. 823, Cap. 26, verbis præced. lit. a, occurrentibus. Add. Ejuſdem *Capitulare V*, de. An. 819, Cap. 13, ſeq. §. 12, lit. b.

(12) Provocare tamen non temere conceſſum erat, niſi ubi Comites, Epiſcopi, Abbates, & alii, Officio ſuo minus rectè (*a*) fungerentur. Miſſorum iſtorum Officium (*b*) fuit: Viſitare Comites (*c*) ſingulorum Pagorum, *Bauen*, nunquid Officium facerent? (*d*) utrum Epiſcopi & Comites inter ſe, (*e*) & cum cæteris, fideliter & concorditer viverent? (*f*) *Vid. Lehman, lib. 2 Chron. c. 10.*

NOTÆ.

(*a*) MINUS RECTE &c. Quo faciunt: *Capitulare Pipini* Regis de An. 793, Cap. 13, apud *Baluzium*, cit. Tom. I, p. 545 (conſonantibus *Capitulari Ludovici Pii*, de An. 819, Cap. 23, ibid. p. 617, & *Libro Quarto Capitularium*, Cap. 66, ibid. p. 789, nec non Libro 2 *Legis Longobardorum*, Tit. 52, Leg. 21, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 654) *Ubicunque Miſſi Noſtri aut Epiſcopum, aut Comitem, aut Abbatem, vel alium quemlibet quocunque honore præditum, invenerint, qui Juſtitiam facere noluerit, vel prohibuerit, de ipſius rebus vivant, quandiu in eo loco fuerint, ubi Juſtitiam facere debent &c.* Et *Liber Quintus Capitularium*, Cap. 204, ibid. p. 862: *Si Comes in ſuo Miniſterio Juſtitias non fecerit, Miſſi noſtris de ſua cauſa* (caſa) *vel de ſitis exeniis*, (xeniis) *ſerviat, uſque dum Juſtitiæ ibi factæ fuerint. Et ſi*

vaſſus

Digitized by Google

vaſſus noſter Juſtitias non fecerit, tunc & Comes, & Miſſus noſter, ad ipſius caſam ſedeant, & de ſuo vivant, quouſque Juſtitias faciant &c. Conf. Lib. 2 *Legis Longebard.* l. c. Leg. 2, p. 651.

(*b*) OFFICIUM &c. Ampliſſimum erat ſanè Miſſorum officium; de quo, inſpiciendum *Capitulare Caroli Magni,* de An. 789, Cap. XI, apud *Baluzium* l. c. T. I, p. 244: *Miſſi noſtri providere debent, ne fortè aliquis clamor ſuper Epiſcopum, vel Abbatem, vel Abbatiſſam, vel Comitem, ſeu ſuper qualemcunque gradum, ſit, & Nobis renuntiare,* & Cap. XIX, p. ead. *Miſſi noſtri provideant Beneficia, quomodo ſint condirecta, & nobis renuntiare faciant &c.*

Ejuſdem *Capitulare Tertium* An. 803, Cap. 3, ibid. pag. 393: *Miſſi noſtri Scabinios, Advocatos, Notarios, per ſingula loca eligant, & eorum nomina, quando reverſi fuerint, ſecum ſcripta deferant.* (Conf. Lib. 3 *Capitularium,* Cap. 33, ibid. p. 761, & Lib. VI *Capitular.* Cap. 218, p. 961.)

Ejuſdem *Capitulare Quartum,* prædicti Anni, Cap. VII, ibid. p. 397: *Qui filios non habuerit, & alium quemlibet heredem facere ſibi voluerit, coram Rege, vel Comite & Scabinis, vel Miſſis Dominicis, qui tunc ad Juſtitias faciendas in Provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* (Conf. Lib. VI *Capitular.* Cap. 212, l. c. p. 960.)

Ejuſdem *Capitulare Quintum* An. 806, Noviomagi vulgatum, præſertim Cap. I, de *Cura Miſſorum Dominicorum* ibid. pag. 451: *Ut unuſquiſque in ſuo Miſſatico maximam habeat curam, ad prævidendum, & ordinandum, ac diſponendum, ſecundum Dei voluntatem, & ſecundum juſſionem noſtram &c.* (Conf. Lib. 3 *Capitularium,* Cap. 17, ibid. p. 757.) & Cap. IV, ibid. p. 453: *Ut prædicti Miſſi, per ſingulas Civitates, & Monaſteria Virorum & Puellarum, prævideant: quomodo, aut qualiter in Domibus Eccleſiarum, & ornamentis, Eccleſia emendata vel reſtaurata eſſe videntur, & diligenter inquirant de converſatione ſingulorum, vel quomodo emendatam habeant, quod juſſimus de eorum lectione, & cantu, ceteriſque diſciplinis, & Eccleſiaſtica regula pertinentibus &c.* (Conf. Lib. I *Capitularium,* Cap. 116, ibid. p. 726, & Cap. VI, ibid. p. 453: *Volumus, ut æqualiter Miſſi noſtri faciant de ſingulis cauſis, ſive de Heribanno, ſive de advenis, ſive de ceteris quibuslibet cauſis. De Advenis volumus, ut, qui jamdiu conjugati ſunt per ſingula loca, ibi maneant, & ſine cauſa, aut ſine aliqua culpa, non fiant ejecti. Fugitivi verò ſervi, & latrones, redeant ad propria loca &c.* (Conf. Lib. 3 *Capitularium,* Cap. 18, ibid. p. 757.)

Ejuſdem *Capitulare* de An. 807, Cap. VII, ibid. p. 450: *Volumus atque præcipimus, ut Miſſi noſtri, per ſingulos Pagos, prævidere ſtudeant omnia Beneficia, quæ noſtri & aliorum homines habere videntur, quomodo reſtaurata ſint poſt annuntiationem noſtram, ſive deſtructa. Primum de Eccleſiis, quomodo ſtructa, aut deſtructa, ſint in tectis, in maceriis, ſive parietibus, ſive in pavimentis, nec non in pictura, etiam & in luminariis, ſive officiis. Similiter & alia Beneficia, caſas, cum omnibus appendiciis earum, & laboratu ſive adquiſitu; vel etiam quod unuſquiſque, poſtquam hoc facere prohibuimus, in ſuum alodem ex ipſo beneficio duxit, vel quid ibidem exinde operatus eſt. Qualiter autem ſit, hoc unuſquiſque Vicarius ſingulis Comitatibus in ſuo Miniſterio, ſimul cum Noſtris Miſſis, prævideat, & ſicut ipſe hoc conjurare valeat, totum invenerit, in Brevem mittat, & ipſos Breves Nobis deferant. Et omnes hi, qui in ipſa Beneficia habent, una cum Noſtris Miſſis, veniant, ut ſcire poſſimus, qui ſint, aut qui ſuum Beneficium habeant condrictum, aut deſtructum &c.*

Aliud, de an. 810, Cap. 2, ibid. p. 473: *Ante Vicarium, & Centenarium, de proprietate, aut libertate, Judicium non terminetur, aut adquiratur, niſi ſemper in præſentia Miſſorum Imperialium, aut in præſentia Comitum &c.*

Ejuſdem *Capitulare Tertium* ejuſdem Anni, Cap. 2, ibid. pag. 475: *Quicquid de Ejus juſſione cuilibet præcipere & commendare debent,* (Miſſi) *poteſtative annuntient, atque præcipiant. Et non ſibi faciant ſocios inferioris ordinis homines, qui ſemper inde retro res qualeſcunque tractare volunt; ſed illos ſibi ſocient, qui ad effectum unamquamque rem deduci cupiunt &c.* & Cap. 3, p. 476: *Quando Juſtitiam pauperibus facere juſſerint, ſemel, aut bis, præcipiunt: ut Juſtitia facta fiat. Tertia vice, ſi nondum factum eſt, ipſi pergant ad locum, & ad hominem, qui Juſtitiam facere noluit, & cum virtute tollant ab eo, quod injuſtè alteri tulit, & reddant illi, cujus, per Juſtitiam, eſſe debuit &c.*

Ejuſdem *Capitulare Tertium* An. 812, Cap. IX, ibid. p. 498: *Quicquid Miſſus, in illo miſſatico aliter factum invenerit, quam noſtra ſit juſſio, non ſolum illud emendare jubeat, ſed etiam ad Nos ipſam rem, qualiter ab eo inventa eſt, deferat &c.* (Conf. Lib. 3 *Capitularium,* Cap. 84, ibidem, pag. 770.) & Cap. X, l. c. pag. 498: *Ut Miſſi noſtri cenſus noſtros diligenter perquirant, undecunque antiquitus venire ad partem Regis ſolebant. Similiter & freda. Et Nobis renuntiant, ut nos ordinemus, quid de his in futurum fieri debeat &c.* Conf. Lib. 3 *Capitular.* Cap. 85, ibid. p. 770) & Cap. XII, ibid. p. 499: *Ut unuſquiſque Miſſorum noſtrorum, in Placito ſuo, notum faciat Comitibus, qui ad ejus miſſaticum pertinent, ut in illis menſibus, quibus ille Legationem ſuam non exercet, conveniant inter ſe, & communia Placita faciant, tam ad latrones diſtringendos, quam ad ceteras juſtitias faciendas &c.* (Conf. Lib. 3 *Capitular.* Cap. 87, ibid. p. 770.) Et Cap. XIII, p. 500: *Ut Miſſi noſtri Populum noſtrum iterum nobis fidelitatem*

Digitized by Google

tatem premittere faciant, ſecundum conſuetudinem jamdudum ordinatam. Et ipſi aperiant & interpretentur illis hominibus, qualiter ipſum Sacramentum & fidelitatem erga nos ſervare debeant &c. (Conf. Lib. 3 *Capitular.* Cap. 88, ibid. p. 770.)

Et aliud, de An. 814, Cap. 59, ibid. p. 520: *Miſſi noſtri, undecunque neceſſe fuerit, tam de Juſtitiis Eccleſiarum Dei,* (quam) *viduarum, orphanorum, pupillorum, & caeterorum hominum, inquirant & perficiant, & quodcunque ad emendandum invenerint, emendare ſtudeant, in quantum melius potuerint; & quod per ſe emendare nequiverint, in praeſentiam Noſtram adduci faciant &c.*

Ludovici Pii Imp. *Capitulare Quartum* de An. 819, Cap. VIII, ibid. p. 612: *Volumus, ut Miſſi noſtri, per ſingulas Civitates, una cum Epiſcopo & Comite, Miſſos vel noſtros homines, ibidem commanentes, eligant, quorum cura ſit pontes per diverſa loca emendare, & eos, qui illos emendare debent, ex noſtra juſſione admonere, ut unuſquiſque, juxta ſuam poſſibilitatem, & quantitatem, eos emendare ſtudeat &c.*

Ejuſdem *Capitulare Quintum*, de eodem Anno, de *Inſtructione Miſſorum*, l. c. Cap. I, p. 613: *Legatio omnium Miſſorum noſtrorum haec eſt: primò, ut, ſicut jam aliis Miſſis injunctum fuit, Juſtitiam faciant de rebus, & libertatibus, injuſtè ablatis: &, ſi Epiſcopus, aut Abbas, aut Vicarius, aut Advocatus, aut quislibet de plebe hoc feciſſe inventus fuerit, ſtatim reſtituantur. Si verò Comes, vel Actor Dominicus, vel alter Miſſus Palatii noſtri, hoc perpetraverit, & in noſtram poteſtatem redegerit, res diligenter inveſtigata, & deſcripta, ad noſtrum judicium reſervetur &c.* (Conf. Lib. 2 *Leg. Longobardor.* Tit. 52, Lex 17, p. 653;) & Cap. XIII, ibid. p. 616: *Volumus, ut Miſſi noſtri obſervent, ut quicquid de his cauſis* (quarum in antecedentibus fit mentio,) *vel ſimul, vel ſingillatim, emendare potuerint, emendent, & ea, quae emendaverint, diligenter ſcriptis notent. Et hoc ſic peragere curent, quatinus juſtè reprehendi à quoquam nullatinus poſſint. Et quae facere debent, aut poſſunt, nullatenus praetermittant: imò caveant, ne, quod abſit, aut gratia alicujus, aut honoris, aut timoris, ſive odii, cauſa, illud, quod agere debent, omittant. Et ſummopere ſtudeant, ut hoc, quod per ſe efficere non poſſunt, Nobis notum faciant. Et omnimodis praevideant, ut, per ſingula Capitula, tam verbis quam ſcriptis, de omnibus, quae illic peregerint, nobis rationem reddere valeant &c.* (Conf. Lib. 4 *Capitularium*, Cap. 56, ibid. p. 787, & Lib. 3 *Legis Longobardor.* Tit. VII, Leg. 2, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 677 &c.) & Cap. XVIII, ibid. p. 617: *Ut Clerici, & Monachi, & ſervi fugitivi, ad loca ſua redire jubeantur &c.* (Conf. Lib. 4 *Capitular.* Cap. 61, p. 788; & Lib. I *Legis Longobardorum*, Tit. XXV, Leg. 79, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 573,) & Cap. XIX, ibid. p. 617: *Ut nullus Epiſcopus, nec Abbas, nec Comes, nec Abbatiſſa, Centenarium Comitis Advocatum habeat &c.* (Conf. Lib. 4 *Capitular.* Cap. 62, ibid. p. 788, & Lib. 2 *Leg. Longobard.* Tit. 47, §. 4, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 644;) & Cap. XX, *Ut Vicarii, vel Centenarii, qui fures, & latrones, vel celaverint, vel defenderint, ſecundum ſibi datam ſententiam, dijudicentur,* (Conf. Lib. 4 *Capitularium*, Cap. 63, ibid. pag. 788, & Lib. I *Legis Longobardor.* Tit. 25, §. 80, apud *Lindenbrog.* l. c. pag. 573.) & Cap. XXI, ibid. p. 617: *Ut Comites, & Vicarii, & Centenarii, de conſtitutione Legis admoneantur, qua jubetur, ut, propter Juſtitiam pervertendam, munera non accipiant &c.* (Conf. Lib. 4 *Capitular.* Cap. 64, ibid. p. 788, & Lib. 2 *Legis Longobard.* Tit. 52, §. 18, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 653;) & Cap. XXII, ibid. p. 617: *De Foreſtibus noſtris, ut ubicunque fuerint, diligentiſſimè inquirant, quomodo ſalvae ſint & defenſae, & ut Comitibus denuncient, ne ullam foreſtem noviter inſtituant, & ubi noviter inſtitutas, ſine noſtra juſſione, invenerint, dimittere praecipiant &c.* (Conf. Lib. 4 *Capitular.* Cap. 65, ibid. pag. 788, & Lib. 3 *Legis Longobardor.* Tit. 35, §. 1, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 689,) & ſic reliqua. Conf. ſeq. lit. c.

Ejuſdem *Capitulare* An. 823, Cap. XXVI, verbis praeced. §. 11, lit. a, jam adductis.

Ejuſdem *Capitulare* Anni 828, Cap. VII, apud *Baluzium* l. c. p. 654: *Volumus atque jubemus, ut Miſſi noſtri diligenter inquirant, quanti homines liberi in ſingulis Comitatibus maneant, qui per ſe poſſint expeditionem facere? vel quanti de his, quibus unus alium adjuvet? quanti etiam de his, qui à duobus Tertius adjuvetur & praeparetur? nec non de his, qui à tribus Quartus adjuvetur & praeparetur? ſive de his, qui à quatuor Quintus adjuvetur & praeparetur, ut eandem Expeditionem exercitalem facere poſſint, & eorum ſummam ad noſtram notitiam deferant &c.*

Ejuſdem *Capitulare* Anni 829, Cap. 3, ibid. p. 663: *de Eccleſiis deſtructis ut Epiſcopi, & Miſſi, inquiſitionem faciant: Utrum per negligentiam, aut impoſſibilitatem, deſtructae ſint? &, ubi negligentia inventa fuerit, Epiſcopali auctoritate, emendare cogantur hi qui eas reſtaurare debuerant. Si verò per impoſſibilitatem contigit, ut aut plures ſint, quam neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopus modum inveniat, qualiter congruè emendari & conſiſtere poſſint &c.* (Conf. Lib. V *Capitularium*, Cap. 275, ibid. p. 879, & Lib. 3 *Leg. Longobard.* Tit. I, Cap. 45, apud *Lindenbrogium*, l. c. pag. 671,) & Cap. VI, pag. 664: *Quicunque decimam abſtrahit de Eccleſia, ad quam, per Juſtitiam, debet dari, & eam praeſumptuosè, vel propter munera, aut amicitiam, vel alium quamlibet occaſionem, ad alteram Eccleſiam dederit, à Comite, vel à Miſſo noſtro, diſtringatur, ut ejuſdem decimae*

cime quantitatem cum ſua Lege reſtituat &c. (Conſ. Lib. V *Capitularium*, Cap. 276, ibid. p. 879; *Additio Quarta*, Cap. 100, ibid. pag. 1214 & Cap. 166, pag. 1229; & Lib. 3 *Legis Longobardorum*, Tit. 3, Cap. 7, p. 675.)

Ejuſdem *Capitulare* aliud ejuſdem Anni, ibid. p. 665, Cap. I: *Quicunque Beneficium ſuum, occaſione proprii, deſertum habuerit, & intra annum, poſtquam ei à Comite, vel à Miſſo Noſtro, notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum Beneficium amittat &c.* (Conſ. Lib. 4. *Capitularium*, Cap. 38, ibid. p. 784, & Lib. 3. *Legis Longobard.* Tit. 8, Cap. I, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 678;) & Cap. 2, l. c. *Ut Miſſi Noſtri, ubicunque malos Scabineos inveniunt, ejiciant, &, totius Populi conſenſu, in loco eorum, bonos eligant. Et cum electi fuerint, jurare faciant, ut ſcienter injuſtè judicare non debeant &c.* (Conſ. loca parallela, præced. §. 7, lit. b, indicata,) & Cap. 3, ibid. p. 666: *Ut, in omni Comitatu, hi, qui meliores & veraciores inveniri poſſunt, eligantur à Miſſis Noſtris, ad inquiſitiones faciendas, & rei veritatem dicendam, & ut adjutores Comitum ſint, ad juſtitias faciendas &c.* (Conſ. ſupra l. c. ubi ſimul Leges aliæ conſonantes.) Et Cap. 12, ibid. pag. 668: *Ut examen aquæ frigidæ, quod hactenus faciebant, à Miſſis Noſtris omnibus interdicatur, ne ulterius fiat &c.* (Conſ. *Additio Quarta Capitularium*, Cap. 113, ibid. p. 1218; & Lib. 2. *Legis Longobardorum*, Tit. 55, §. 31, apud *Lindenbrog.* l. c. p. 662.) Capitulare *Ludovici II.* Imp. de An. 867, Cap. 8, apud *Baluzium* l. c. T. 2, p. 363, mentione facta eorum, qui, ob infractam Clauſtrorum immunitatem, dictatas ſibi pœnas ſubire detrectant: *Si ipſe nec Epiſcopis, nec Comiti, acquieverit, à Miſſis Noſtris comprehenſus, in cauſas noſtras legales deducatur, & pro eo, quod Epiſcopis inobediens fuit, & Comitis Noſtri & Scabinorum Judicio non acquievit, & bannum noſtrum transgreſſus eſt, per legem judicatus capitali ſententia puniatur, & res ipſius in fiſcum noſtrum redigantur &c.* Sexcenta loca alia ut ſileam. Add. *Vadianus*, de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ veteribus*, Lib. I, Cap. 29, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rerum Alamann.* p. 24; jung. præced. §. 11, lit. a, & b.

(*c*) VISITARE COMITES &c. Modò non abſentes Reipublicæ cauſa. Sic enim *Pipinus*, Italiæ Rex. in *Capitulari* An. 793, Cap. 12, apud *Baluzium* cit. Tom. I, p. 545: *Ut in illius Comitis Miniſterio iidem Miſſi Noſtri Placitum non teneant, qui in aliquo Miſſatico directus eſt, donec ipſe reverſus fuerit &c.* (Conſ. Capitulare *Ludovici Pii*, de An. 819, Cap. XXV, ibid. pag. 618, ubi hæc additio: *Ut cauſa, quæ adhuc coram Comite non fuit, & is, qui ſe reclamat, propter ſuam ſtultitiam, aut contumaciam, Comitem inde appellare noluit, iterum Comiti commendetur &c.* quæ & Lib. 4. *Capitularium*, Cap. 68, ibid. pag. 789, ut & Lib. 2 *Legis Longobardorum*, Tit. 52, Cap. 20, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 654, & Lib. 3, Tit. 25, p. 687, habentur.)

(*d*) OFFICIUM FACERENT &c. Quod de *Comitibus* hic dicitur, de Epiſcopis quoque, Abbatibus, aliisque perſonis munere publico fungentibus, intelligendum eſt; Vid. præced. lit. a, ut & præced. §. 11, lit. a. Viſitatio verò hujusmodi diverſi generis fuit; quoties enim viſitandus crimine injuſtitiæ laborabat, Miſſus tamdiu ejus ſumptibus alebatur, donec Juſtitiæ ſatis fuerit factum; teſte Capitulari *Pipini* de An. 793, Cap. 13, præced. lit. a. Quod ſi contrà omnia rectè geſta reperirentur, ſine mora inde iterum domum redire tenebatur. Vid. Capitulare *Ludovici Pii* de An. 819, Cap. XXIV, apud *Baluzium* l. c. p. 618: *In illius Comitis Miniſterio, qui benè juſtitias factas habet, iidem Miſſi diutius non morentur, neque illuc multitudinem convenire faciant; ſed ibi moras faciant, ubi Juſtitia vel minus, vel negligenter facta eſt &c.* (Conſ. Lib. 4. *Capitularium*, Cap. 67, ibid. p. 789, & Lib. 2. *Legis Longobard.* Tit. 52, Cap. 19, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 654.)

(*e*) EPISCOPI ET COMITES INTER SE &c. Quibus concordia maximè injuncta fuit. Faciunt huc verba *Capitularis Quarti Caroli Magni* de An. 806, Cap. 4, apud *Baluzium* cit. Tom. I, pag. 450: *Epiſcopi cum Comitibus ſtent, & Comites cum Epiſcopis, ut uterque pleniter ſuum Miniſterium peragere poſſit &c.* (Conſ. Lib. VI. *Capitularium* Cap. 249, ibid. pag. 965;) Nec non Conſtitutio ejuſdem Imp. Lib. 2. *Legis Longobardorum*, Cap. I, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 655: *Volumus, ut Epiſcopi & Comites concordiam & dilectionem inter ſe habeant, ad Dei & Sanctæ Eccleſiæ tractatum peragendum: Ut Epiſcopus ſuo Comiti, ubi ei neceſſitas popoſcerit, adjutor & exhortator exiſtat, qualiter ſuum Miniſterium explere poſſit. Similiter & Comites faciant* (rectius legit *Baluzius* l. c. p. 354, §. 33: *Similiter & Comes faciat &c.*) *contra ſuum Epiſcopum, ut in omnibus ſuis illis adjutor ſit, qualiter intra ſuam parochiam Canonicum poſſit explere myſterium &c.* & Cap. 2, l. c. *Placuit etiam Nobis ſtatuere ſummoperè, ut Epiſcopi & Comites uniti ſint in ſuis parochiis, & in Comitatibus, pro pace & ſalvatione in honoribus ſuis habitantibus, ita, ut nullum prædonem, raptorem, vel inceſtum, in ſuis ſedibus, vel conceſſis honoribus, permittant morari &c.* Conſ. *Capitulare Caroli Magni*, An. 802, Cap. 14, apud *Baluzium* l. c. p. 366.

(*f*) VIVERENT &c. De diſpenſa Miſſorum ordinaria evolvi meretur ſæpefatum *Capitulare Ludovici Pii* An. 819, Cap. XXIX, apud *Baluzium* l. c. p. 618: *De diſpenſa Miſſorum Noſtrorum, qualiter unicuique, juxta ſuam qualitatem, dan-*

dum vel accipiendum ſit, videlicet: Epiſcopo, panes quadraginta, friſcinga (porcelli majores, *Friſchling*, vid. *Du Freſne*, Gloſſar. hac voce, p. 542.) *tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos medii quatuor. Abbati, Comiti, atque Miniſteriali Noſtro unicuique, dentur cotidiè panes triginta, friſcinga dua, de potu medii duo, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos medii tres. Vaſallo noſtro panes decem & ſeptem, friſcinga una, porcellus unus, de potu medius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo &c.* Quæ Libro IV. *Capitularium*, Cap. 73, ibid. p. 790, repetuntur.

(13) An Judicia etiam ita fuerint ætate Nepotum *Caroli Magni*, & *Ludovici Pii? Conringius*, in dicta Diſſertatione, affirmare non audet. (*a*)

NOTA.

(*a*) NON AUDET &c. Quia turbari admodum, inteſtinis motibus, & incurſionibus Normannorum ingruentibus, tunc cœpit Reſpublica, Regiaque dignitas paulatim decreſcere, ſurgentibus maximè Ducibus hæreditariis. Vid. *Conring*, cit. Diſſert. de *Judiciis Germanicæ Reipublicæ*, §. 40, p. m. 249. Lucem tamen quandam accendunt, quæ præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 84 &c. dicta ſunt.

(14) Quomodo Judicia Germaniæ, poſt Francorum tempora, ſeſe habuerint? de eo difficulter conſtat. (*a*) Nam Hiſtorici ferè omnes, qui horum temporum Acta conſignarunt, fuere rerum Civilium imperiti, adeoque pauciſſima de Judiciis Germaniæ tradiderunt.

NOTA.

(*a*) CONSTAT &c. Res majoris momenti, in Conventibus publicis fuiſſe agitatas, atque decíſas, teſtantur præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 912 & ſeqq. pag. 89 &c. annotata. Conf. præced. Lib. 3, Tit. XV, §. 1, lit. b, pag. 1094 &c.

(15) Horum autem temporum Judicia pertinent (1) ad Regum cauſas, (2) Principum, (3) Epiſcoporum. Regum cauſæ, pertinentes ad Reipublicæ adminiſtrationem, ut olim, (*a*) ita & poſt, (*b*) agitatæ ſunt in Comitiis Regni.

NOTÆ.

(*a*) OLIM &c. Regum cauſas in Comitiis olim fuiſſe ventilatas, documento ſunt, quæ præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 768 & 771, p. 76, in medium prolata. Conf. ad An. 806, & 813, ibid. p. 78; An. 814, p. 79; Ann. 817 & 819, p. 80. An. 829, p. 81; An. 833, & 837, p. 82; An. 839, p. 83; An. 855, p. 84; An. 887, p. 86; An. 891, p. 87; An. 900, p. 88; An. 919, p. 89; An. 936, p. 90; An. 961, p. 92; An. 978 & 983, p. 94; An. 1002, p. 95 &c.

(*b*) ET POST &c. Vid ſupra l. c. ad An. 1024, pag. 100. An. 1026, pag. 102; An. 1033, pag. 103; An. 1056, pag. 105; An. 1066, pag. 106; An. 1076, p. 111 &c. An. 1085, pag. 112 &c. An. 1087, & 1099, p. 114; An. 1106, p. 115.

(16) Principum Laicorum (*a*) cauſæ ſolius Regis judicio an fuerint permiſſæ? an vero Jus Principum locum habuerit? ſupra (*b*) quæſiyimus.

NOTÆ.

(*a*) PRINCIPUM LAICORUM &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 788, pag. 77; ut & ad An. 885, pag. 86; An. 905, pag. 88; An. 917, pag. 89; An. 952 & 954, p. 92; An. 966 & 974, pag. 93; An. 1002, pag. 96; An. 1030, pag. 103; An. 1050, pag. 104; An. 1053, pag. 105; An. 1070, pag. 107; An. 1076, pag. 110; An. 1106, pag. 117 &c.

(*b*) SUPRA &c. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, §. 62 & ſeqq. p. 340 &c.

(17) In-

(17) Interim hoc certum eſt, quod plura circa has cauſas fuerint immutata. Primò enim, cum Judicia non benè eſſent conſtituta in Imperio Noſtro, poſt tempora *Friderici II.* (ut dicemus ſuo loco (*a*) Auſtregæ introductæ ſunt. Secundò etiam adhuc magis in eo receſſum eſt ab ætatis Carolinæ moribus, quod etiam plurimæ cauſæ Principum armis & bellis fuerint agitatæ, ab iis, quibus potentia magis ſua, quam cauſa, placuit: & eo deventum eſt in Imperio Noſtro, ut tandem hæ diffidationes (*b*) Legibus Imperii fuerint approbatæ, *vid. A. B. Tit. XV*, (*c*) *Tertiò*, omnes etiam cauſæ, quæ olim ad Epiſcopos, vel Metropolitanos, pertinebant, Romam (*d*) ſunt pertractæ, neglecta, Metropolitanorum, ac Synodorum Provincialium authoritate, cum ſummo totius Reipublicæ Noſtræ damno. Imò, *Quarto*, Summi Pontifices variis artibus cauſas ipſorum Principum ad ſuum Forum, ſummâ injuriâ, traxerunt. (*e*)

NOTÆ.

(*a*) SUO LOCO &c. Scil. ſeq. Tit. V.

(*b*) DIFFIDATIONES &c. *Vom Fauſt- und Kolben-Recht*, ejusque origine, vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. b, pag. 281; ut & Tit. V, §. 11, lit. a, in Vita *Henrici IV & V.* Impp. p. 532 &c. nec non in vita *Richardi & Alfonſi*, p. 625 &c. pariter ac lib. 3, Tit. 20, §. 83, & 84. Add. Auctor Vitæ cit. *Henrici IV.* Imp. ſtatim ab initio, apud *Urſtiſium*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 381, ubi, inter alia: *Quisque* (ſub Ejus infantia) *nitebatur majori ſe æqualis, aut etiam major, fieri; Multorumque potentia ſcelere crevit: nec Legis metus ullus erat, quæ, ſub Rege parvulo, parvulam authoritatem habebat &c.* Inde orta bella civilia, & diffidationes, *cum enim* (dictus Princeps, referente eodem Auctore l. c.) *in eam ætatis & ingenii metam evaſiſſet, ut, quid honeſtum? quid turpe? quid utile? quid non? diſcernere poſſet, retractans, quæ ſuggeſtione Principum inductus, geſſiſſet, multa quæ geſſerat damnavit: &c. Ipſe Judex ſui factus, ex iis mutanda mutavit. Prohibuit quoque bella, violentiam & rapinas: nitebatur pulſam pacem & Juſtitiam revocare: neglectas Leges reſticuere, & ſceleris licentiam reſecare: quos aſſuetos ſceleri, per Edictum, coërcere non potuit, per cenſuram Legis, & Jus Curiæ, mitius tamen quam culpa exigeret, correxit: quod Illi non Juſtitiam, ſed injuriam, putantes, & qui per omne nefas ruebant, frena pati reſpuentes, qualiter Eum vel extinguerent, vel privatum facerent, conſiliis incumbebant, non recolentes: ſe debere Civibus ſuis pacem, Regno Juſtitiam, Regi fidem &c.* Quo turbido rerum ſtatu, *Gregorius VII.* P. R. *Hildebrandinæ* hæreſis, quâ, per tot ſecula, Romani Antiſtites bella & motus ferales in Imperio civerunt, fundator, facili negotio, utut perfidè, Majeſtatem Cæſaream ludibrio habere cœpit, Regni Proceres invicem collidendo, Eosque adverſus Caput ſuum, nefando conatu, incitando, imò ſacra & profana pro lubitu confundendo. Quæ triſtia quoque fata *Henricus V*, (cui *Calixtus II*, P. R iniquam Tranſactionem de *Inveſtitura Eccleſiaſtica*, cujus præced. lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 65, & Tit. V, §. 11, lit. a, in vita *Henrici V*, pag 548 ad 558, memini, extorſit,) Eumque excipientes Imperatores alii, ſubire tenebantur, donec, latis ſubinde Conſtitutionibus pacificis, obviam malo itum, ſtabilita, totius Reipublicæ emolumento, Pace publica, de qua cit. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. b, pag. 281, dictum. Conf. ſeq. Tit. 4, §. 2.

(*c*) TIT. XV &c. Rectius XVII, qui de *Diffidationibus* agit; eſtque eadem Conſtitutio, quam *Philippus* Imp. ſub Tit. de *Diffidamentis*, An. 1201, jam promulgaſſe legitur, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtitutionum Imperialium*, pag. 367; inde huc ſufficiunt: *Quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præſenti Conſtitutione, in perpetuum valitura, ſancimus, Diffidationes* (fortè: diffidantes) *hujusmodi, quibuscunque Dominis, aut perſonis, cum quibus aliqui* (alioqui) *fuerunt in ſocietate, familiaritate, vel honeſta, quavis amicitia, converſati,* (Goldaſtus l. c. minus accuratè legit: in ſocietate, & familiaritate, vel honeſtate, quamvis amicitia conſervati;) *ſic factas, vel fiendas in poſterum, non valere, nec licere, prætextu diffidationis cujuslibet, quempiam invadi, per incendia, ſpolia, vel rapinas: Niſi Diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco, quo habitare conſuevit, publicè fuerit intimata, poſſitque de intimatione hujusmodi, per teſtes idoneos, fieri plena fides &c.* Ergo diffidationes clandeſtinæ duntaxat proſcribebantur, reliquis conceſſis. Conf. *Guido Papa*, Deciſ. 191, ibique Interpretes.

(*d*) ROMAM &c. Reſpectu Proteſtantium, nihil amplius mali hodiè hoc titulo timendum; vid præced. Lib. 3. Tit. 2, §. 60, lit. e, pag. 283 &c. In genere Proceſſus non impunè Romam è Germania deferri, dictum ibidem, Tit. 3, §. 22, lit. e,

pag. 436 & ſeqq. ubi ſimul citatæ Leges fundamentales, quibus Imperii Majeſtas hac in parte, contra Romanæ Curiæ molimina, ſatis ſuperque tuta præſtatur.

(*e*) TRAXERUNT &c. Documento ſunt Imperatores Ipſi, *Henricus IV & V, Otto IV, Fridericus I & II, Ludovicus Bavarus &c.* inaudita temeritate, Romæ judicati. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, ipſorum vitæ.

De Judiciis, peculiares duntaxat Provincias reſpicientibus, ſeq. Tit. VIII, §. 1, quædam proferam. Pertinet huc locus *Goldaſti* Part. XXV. *der Reichs-Händel*, p. 992: *Iſt zu wiſſen, daß es, vor und noch bey Zeiten Kayſer Friederich des III, und alſo vor Auffrichtung des Kayſerlichen Cammer-Gerichts, hin und wieder im Reich, gar viel Land-Gericht gehabt, in dieſer Landts-Art, neben der Graffen zu Oettingen Land-Gericht, deßgleichen zu Sultzbach, zu Aurbach, Hirßberg, Graißbach, auch das Land-Gericht zu Nürnberg, zu Würtzburg, zu Bamberg, zu Rotenburg an der Tauber; welche dazumahln des Reichs und der Kayſer Gericht geweſen, daran Fürſten, Graffen, Herren, vom Adel, und geringers Standts, zu Recht haben müſſen ſtehen, inmaſſen jetzund am Cammer-Gericht beſchicht. Wie dan das Landt-Gericht zu Nürnberg, (welches etwan zu Fürth, Goſtenhof, und an andern Orten, herauſſen auf dem Landt, gehalten, und hernach gegen Onſpach transferirt worden) in Francken, Bayern, und Schwaben, ja biß in die Schweitz, und Nieder-Landt, gerichtet &c.* Cui jungi poteſt *Immediata Nobilitatis Imperii Suevica, in Jure & Facto beſt-gegründete Gegen-Deduction, contra Landſaſſiatum Vaſallorum Würtembergiſorum*, apud Dn. *Burgermeiſterum*, Tom. 2. *Theſauri Juris Equeſtris*, pag. 597, ubi: *Welcher Auctor (diſcurſus, von denen Reichs-Vogtheyen) auch, in Actis Lindavienſibus, p. 163, 378, 825, 828, ferner meldet, daß die Landgericht antiquitus die vornehmſte Gericht, und mit einer Univerſal-Jurisdiction, in Civilibus & Criminalibus, verſehen geweſen, ſonderlich uber ein Land-Gericht in Schwaben, ſalvis Statuum exemptionibus, der gantzen Provintz die Juſtitz, als ein Kayſerlicher unmittelbahrer Richter, adminiſtriret, auch ſonſten benante Land-Richter, zu Erhaltung ihres Univerſal-Gericht-Zwangs, ihre Statthalter, ſo Gaſtaldi, Prapoſiti, Schultheiß und Vögt, intitulirt worden, gehabt und unterhalten hätten; inſonderheit aber konten, nur in Ober-Schwaben, über zehen Land-Gericht gezehlet werden &c.* Conf. ſeq. Tit. VIII, §. 1, lit. a. Rubr. *In Suevia.*

TIT. IV.
DE
JUDICIO VVESTPHALICO, (*a*)
ET
IMPERII REGIMENTO. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) JUDICIO WESTPHALICO &c. Legi hic poſſunt: *Henricus* de *Erfordia*, ſeu rectius *Hervordia*, apud *Meibomium* de *Irmenſula Saxonica*, Cap. XII, Tom. 3 *Rer. German.* p. 25; *Æneas Sylvius*, de *Statu Europæ ſub Friderico III* Imp. Cap. XXIX, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Germ.* pag. 74; *Wernerus Rolewinskius de Laer*, Lib. 2 de *Antiquorum Saxonum ſitu & moribus*, Cap. VI, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3 *Scriptorum Rer. Brunſvic.* p. m. 624; *Felix Faber*, Lib. I *Hiſtoria Suevorum*, Cap. VII; *Johannes Tritthemius*, in *Grammatica Theodiſca Caroli Magni, ab Otfrido abſoluta*, Cap. 3, apud *Lambecium*, Lib. 2 *Commentariorum Bibliotheca Caſarea Vindobonenſis*, Cap. V, p. 464; & Lib. VI *Polygraphiæ Paulus Æmilius*, de *Geſtis Francorum*, Lib. 3; *Johannes Cuſpinianus*, in *Vita Caroli Magni*, p. m. 221; *Johannes Aventinus*, Lib. 4 *Annal. Boior.* Cap. VI, §. 16 & 17, p. m. 314; *Sebaſtianus Münſterus*, Lib. 3 *Coſmographia*, Cap. 451, p. m. 1078 & 1079; *Cyriacus Spangenberg*, *in der Mansfeldiſchen Chronick*, P. I, Cap. 85, ad An. 802, p. 80 Edit. An. 1572; *Caſpar Fachius*, in *Politica Liviana*, Errore XXIII.

Digitized by Google

XXIII. *Johannes Boëmus* Aubanus, de *Moribus & Ritibus omnium Gentium*, Lib. 3, Cap. 14, Edit. Genev. 1591; *Engelbertus Werlichius, in der Augſpurgiſchen Chronick*, Part. 2, Cap. I, fol. 16, Edit. *Francof.* 1595; *David Chytræus, Chron. Saxon.* Lib. 3, p. 86, Edit. *Lipſ.* 1593; *Johannes Pomarius*, in *Chronico Saxonico*, p. 19; *Jacobus Spigelius*, in Librum I *Ligurini, Güntheri Poëta*, apud *Reuberum de Scriptoribus rerum Germanicarum*, p. m. 281, verb. *Weſtphaliaque Urbes &c. Johannes Letznerus*, in *Hiſtoria Caroli Magni*, An. 1603, *Hildeſii* impreſſa, Cap. XV; *Henricus Turkius*, in *Faſtis Carolinis*, è Muſeo Dn. *Conradi Bertholdi Behrens*, à Dn. *Joh. Georgio Leuckfeldo*, an. 1707, editis, ad An. 785, §. 2, p. 23 ad 26; *Joh. Gryphiander*, de *Weichbildis Saxonicis*, Cap. 54 & ſeqq. pag. 134 &c: *Marquardus Freherus*, Tr. *de Secretis Judiciis, in Weſtphalia aliiſque Germania partibus, olim uſitatis, poſtea abolitis &c.* Edit. Helmſtad. 1663; *Paulus Hachenbergius*, in *Germania Media*, Diſſ. 3, §. 10, p. 73 & 74. *Juſtus Georgius Schottelius*, Tr. de *Singularibus & antiquis Germaniæ Juribus*, Cap. XXIX, *vom Vehm-Recht*, p. m. 560 &c. *Gylmannus*, Tom. VI *Symphorematis Supplicationum Cameralium*, Cap. 8, §. 3, Tit. *Das Weſtphäliſch Frey-Gericht*, p. m. 248; *Wehnerus*, *Obſervat. Pract.* voc. *Frey-Geding*, p. 133 &c. *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Fehmen-Gericht*, p. m. 254, & voc. *Frey-Recht*, p. 271, ibique *Dietherr*, in Additionibus. *Blumius*, de *Proceſſu Camerali*, Tit. 30, §. 37 & ſeqq. p. 210; *Henricus Spondanus*, *Continuat. Annal. Baronii*, ad An. 1439, §. 21, pag. 868, Edit. Lugdun. 1678; *Meibomius*, cit. Tract. de *Irminſula Saxonica* l. c. p. 24; *Caſpar Klockius*, Vol. I, *Conſil.* XV, p. 355 &c. *Juſtus Winckelmannus*, in *Notitia Weſtphalia*, Lib. 4, Cap. ult. p. 558 ad 588; Dn. *Joh. Henricus Bœclerus*, Diſſ. de *Wittekindo Magno*, An. 1671 Argent. habita; Idem, in *Excerptis Controverſiarum Illuſtrium*, Argent. 1680, impreſſis, Cap. VI, Tit. *Diploma Caroli IV Imp. de Occultis Judiciis, ſive Tribunalibus Liberis*, p. 27, & ſeqq. Dn. *Gottlieb von Hagen*, in *Comitiologia*, P. 2, §. 38, p. 273; Dn. *Joh. Philip. Datt*, in Vol. *Rerum Germanicarum*, Lib. 4, Cap. 2 & reliq. uſque ad finem; p. 727 ad 780; Dn. *Burcardus Gotthelffius Struvius*, in *Hiſtoria Juris*, Cap. IX, §. 16 &c. p. 774 &c. Dn. *Joh. Werner Gericken*, in *Schottelio Illuſtrato*, Cap. XXIX, p. 123 &c. & in Additione nova, Cap. I, *vom wahren Urſprung, Beſchaffenheit, Fortgang und Untergang der Weſtphäliſchen Gerichte*; ibid. p. 131 &c. Dn. *Georgius Guſtavus Diſenbach*, Diſſ. de *Feimeris Weſtphalia*, Præſide Dn. *Joh. Burchardo Menckenio*, An. 1707, Lipſiæ ventilata; Dn. *Joh. Laurentius Fleiſcher*, Diſſ. Inaug. de *Vera Origine, natura, progreſſu & interitu Judiciorum Weſtphalicorum*, Præſide Dn. *Thomaſio*, An. 1711, Halæ defenſa. Interpretes Juris Publici ferè omnes, præſertim B. *Schilterus*; *Inſtit. Jur. Publ.* T. I. Lib. 4, Tit. X, p. 380 &c. Dn. *Coccejus*, *Juris Publici Prudentia*, Cap. 22, §. 43 &c. p. 464 &c. Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. I, Cap. 14, §. 14 &c. p. 462 &c.

(*b*) REGIMENTO &c. De hoc evolvendi: *Paurmeiſter*, de *Juriſdictione Imperii Romani*, Lib. 2, Cap. 2, §. 111 &c. p. m. 507; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. X, §. XVI, lit. b, p. 842, ibique *Scharſchmidius*, in Notis, p. 845; *Rumelinus* in *Auream Bullam*, Part. 2, Diſſ. 3, §. 23, p. m. 492, ibique *Mylerus*, in *Additionib. Wehner*. cit. *Obſervat. Pract.* voc. *Regierer*, p. m. 404 &c. *Beſoldus* l. c. voc. *Reichs-Regiments-Rath*, p. m. 799; *Speidelius*, *Notabil. Jurid. Hiſtor. Polit.* voc. *Regiments-Rath*, p. m. 765 &c. *Mauritius*, de *Judicio Rechweilenſi*, Cap. I, §. 2; *Blumius* l. c. Tit. 24, p. m. 82 &c. *Europaiſcher Heroldt*, T. I. p. 920 &c. Dn. *Datt* l. c. Lib. 3, Cap. XI, p. 597, & Cap. XII, p. 603; & Cap. XV, §. 40 &c. p. 644. Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiaſtica*, Lib. VII, Cap. 2, §. 7, p. 856; Dn. *Coccejus* l. c. Cap. XX, §. 1, p. 326; in primis Dn. *Adamus Rechenbergius*, pecul. Diſſert. de *Regimento S. R. J. Germanici*, quæ in Volumine *Diſſertationum* ejus *Hiſtorico-Politicarum*, quod An. 1698 Lipſiæ prodiit, *decima quarta* eſt, p. m. 367 &c.

OMnia itaque Germaniæ Judicia variè habuerunt, uſque dum tempore *Maximiliani I.* Imp. alia & certior eorum forma eſt conſtituta.

(1) Hic Jura quædam antiqua vel omnino ſuſtulit, vel reformavit, vel nova introduxit.

(2) In Ordinatione Camerali, omne Jus Manuarium, *das Fauſt-Recht*, (*a*) & Diffidationes privatorum ſuſtulit, (*b*) atque voluit, ut, ſi inpoſterum unus vel alter ab alio aliquid peteret, Jure experiretur, ſub pœna fractæ Pacis Publicæ.

NOTÆ.

(*a*) DAS FAUST-RECHT &c. De quo vid. præced. Tit. 3, §. 17, lit. b; nec non præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. b, p. 281 &c. & Tit. V, §. 11, lit. a, in Vita *Henrici IV* Imp. pariter ac *Henrici V*.

pag. 532 &c. atque *Richardi & Alfonſi*, pag. 625 &c.

(*b*) SUSTULIT &c. Innuitur hic *der Kayſerliche Land-Fried zu Worms*, de An. 1495, cujus ſupra Lib. I. Tit. 2, §. 15, lit. b, p. 283, facta mentio.

(3) Judicium Weſtphalicum (*a*) variè reformavit. (*b*) Vocatur hoc Judicium, in Receſſibus Imperii, *Das heimliche Gericht*, (*c*) aliàs *Das Vehem-Gericht*, (*d*) Item *der Frey-Stuhl*. (*e*)

NOTÆ.

(*a*) WESTPHALICUM &c. Dn. *Fleiſcher*, in cit. Diſſ. Inaug. de *Vera Origine, natura, progreſſu, & interitu Judiciorum Weſtphalicorum*. §. 32, p. 46 &c. hæc Judicia (quorum plura erant) ita definit: *Weſtphalica Judicia ſecreta ſunt Judicia criminalia Saxonica, ſeu Germanica antiqua, ſed per Papas, Imperatores, & Epiſcopos, imprimis autem Archi-Epiſcopum Colonienſem, tanquam Ducem Weſtphaliæ, & Vicarium Imperatoris in Weſtphalia, Seculi XIV initio, ita emendata, ut, loco Proceſſus, cum clamore olim peracti, item, loco Probationum vulgarium, alia quadam forma ſecreta Judiciis illis daretur, ex Proceſſu accuſatorio & inquiſitorio mixta, non tamen plane à priore Proceſſu diſcrepans, intendens, ut celeri modo Juſtitia adminiſtretur, & Regiones ab hominibus nocentibus, & delinquentibus, purgetur.*

(*b*) REFORMAVIT &c. Vid. ſeq. §. 11.

(*c*) DAS HEIMLICHE GERICHT &c. v. g. In *Reformatione Francofurtenſi Friderici III* Imp. de An. 1442, Tit. *Von dem Heimlichen Gericht &c.* §. 9. Add. *Reformation Konig Maximilians, die Frey-Schöpffen, und das Heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffend, zu Worms, An. 1495 aufgericht*, §. 1, ubi: *Von der Heimlichen Gericht wegen &c.* §. 3: *So von den Heimlichen Gerichten entſtehet &c.* §. 4: *An den berührten Heimlichen oder Weſtphaliſchen Gerichten &c.* §. 5: *Die berührte Heimliche und Weſtphaliſche Gericht &c.* &, paucis interjectis: *An den obberührten Heimlichen oder Weſtphäliſchen Gericht &c.* paſſimque alibi; nec non *Kammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg*, de An. 1555, Part. 2, Tit. 20, §. 8: *Als der Heimlichen Gericht und Frey-Schöpffen halben in Weſtphalen &c.* Vocabantur autem *Occulta*, ſeu *clandeſtina*, quod major Scabinorum pars in loco Judicii non comparuerit; pleræque ſententiæ contra abſentes, nec citatos, nec convictos, fuerint latæ, reliquaque ferè omnia ſine ſtrepitu ordinario proceſſerint Judiciali. Vid. Dn. *Fleiſcher* l. c. §. 34, p. 55, & §. 49, pag. 77 &c. Quo jure *Æneas Sylvius, Rolewinckius, Spondanus* ll. cc. eademque appellaverint *Vetita*? diſquiritur; *Freherus*, cit. Tr. de *Secretis Judiciis Weſtphaliæ*, p. 36, memor verborum *Æneæ Sylvii* l. c. quæ & ſeq. §. 4; proferam, ait: *Hoc loco, peccatum à Librariis opinor, ſi non fortè ab ipſo Ænea, ſermonis noſtri non ſatis gnaro; quomodo enim Vetitum vocaretur, quod illius ævo adhuc maximè vigebat, imò & Sanctum dicebatur: &, licet multis modis reformatum, tamen in uſu adhuc erat, præſertim in partibus illis Saxoniæ? & fuit cum reponendum cenſerem VITUTUM, aut tale quid, ut ad Wiſſende illos alluderet. Nunc verò ſimplicius, ut ſaltem ſubſtituam WEMIUM, aut WEMIUM, facit Chronicon Vetus Colonienſe, in quo totus ille locus Æneæ in vernaculum verſus, iſta autem verba in hunc modum: Datſelve Gericht weret noch hüte ze Dage, und heiſcht: Dat Heimliche Gericht, off Die Veme &c.* Dn. *Meibomius*, cit. Tr. de *Irminſula Saxonica*, Cap. XII, Tom. 3 *Rer. German.* p. 26, rejecta *Freheri* emendatione, putat, loco *Vetitum*, legendum eſſe VITIUM, ſeu WITTIUM, quaſi Judicium *Prudentum*: cum *Witti*, veteribus Germanis, idem ſit ac *Prudentia*; aſt *Scabinis* datum nomen *der Wiſſenden*, ſeq. §. 7, lit. b. patefcit; concludens tandem: *Erit igitur Judicium Weſtphalicum non Vetitum, ſed Wittium, h. e. prudens, vel hominum prudentia præditorum.* Juxta *Gryphiandrum* cit. Tr. de *Weichbildis Saxonicis*, Cap. 59, §. 7, & ſeqq. p. 148, *Æneas*, homo Italus, & Saxonicæ dialecti ignarus, uſurpavit, vocabulum *Vetitum*, pro WETTE, quo Saxones *Mulctam* denotant, quaſi *Wette-Gericht*: *Wette-Recht*: *Wette-Ding &c.* i. e. *Straf-Gericht*: forte reſpexit etiam *Æneas*, ad literas citatorias, vulgò *Verbots-Brieffe*, *Ladungs-Brieff*, quibus præfigebatur terminus, intra quem *Reus*, ſi è numero *Scitorum* (*der wiſſenden Männer*) eſſet, compareret; (vid. ſeq. §. 7, lit. b.) quam vim vocis non ſatis intelligens, arbitrabatur forſitan, Judicium ipſum vocandum eſſe *Vetitum*. Qui ſtylus deinceps etiam in diplomata irrepſit, adeò ut *Judicia Secreta* dicerentur *Vetita*, Germ. *Verbottene Gerichte &c.* vid. *Friderici III* Imp. Privilegium An. 1459 Norimbergenſibus datum, ſeq. §. 9, lit. c. Add. Dn. *Thomaſius*, Diſſ. de *Occaſione Conſtitutionis Criminalis*, §. 29, lit. a; & Dn. *Fleiſcher* l. c. §. XVIII, p. 35, & §. XXXIII, lit. p, pag. 54; Conf. Dn. *Datt* l. c. Lib. 4, Cap. 4, §. 23, & ſeqq. p. 751 &c. & Cap. VII, §. 20 &c. p. 775. Probabilius tamen eſt, *Æneam* ſcribere voluiſſe *Vemium*; quare & *Rolewinckius*, ejuſdem ferè ætatis Monachus, Lib. 2, de *Antiquorum*

rum Saxonum ſitu & moribus, Cap. VI, utrumque vocabulum, veluti ſynonyma, adhibuit, *Caroli M.* memor inquiens: *Qui mox Jus Vetitum inſtituit, quod, uſque in præſens, Venia* (Veniæ) *Vocatur &c.* Vid. ſeq. lit. d.

(*d*) DAS VEHEM-GERICHT &c. De Etymologia vocis *Vehme*, non una eademque Doctorum eſt ſententia. *Wernerus Relewinckius*, *de Laër*, Carthuſienſis Domus *S. Barbaræ* Coloniæ Agrippinæ, Weſtphalus, (quem *Trithemius*, de *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, p. m. 135, adhuc An. 1494 vixiſſe teſtatur,) ait, cit. Tr. de *Antiquorum Saxonum ſitu & moribus*, Cap. VI, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3 *Scriptorum Brunſuic.* p. 624: *Ut fertur, miſit Rex* (Carolus M.) *Legatum Romam, ad Leonem Papam, pro conſilio habendo de Rebellibus iſtis* (Saxonibus) *quos nulla poterat diligentia ex toto compeſcere, aut exterminare. Aſt Sanctus Vir, audita Legatione, nihil prorſus reſpondit, ſed ſurgens ad hortulum ivit, & Zizania cum tribulis colligens, ſupra patibulum, quod de Virgulis fecerat, ſuſpendit. Rediens autem Legatus, hæc Carolo nunciavit. Qui mox Jus Vetitum inſtituit, quod, uſque in præſens, Venia,* (Veniæ) *vocatur. Videtur autem hoc nomen tractum à Latino, & quidem de more habent etiam Teutonici, ut dicant: Wemy; quando aliquid triſte, vel terribile, vident vel audiunt, quaſi: Væ mihi! ſic, hoc pragmatico & formidabili & peremptorio Jure promulgato, illicò reſponderunt: Wemi, quaſi animo conſternati, pro tam ſevera Conſtitutione palam ſancita &c.* Ut autem tota narratio Legationis hujus ad Papam fabuloſa eſt, ita meritò rident derivationem vocis *Vehme*, à Latina exclamatione *Væ mihi! Gryphiander*, cit. Tr. de *Weichbildis Saxonicis*, Cap. 54, §. 8, p. 135; *Schottelius*, cit. Tr. de *Singularibus & antiquis Germaniæ Juribus*, Cap. XXIX, §. 1, p. 561; *Mauritius*, cit. Diſſ. de *Judicio Rotwilenſi*, Cap. I, §. 5. aliique plures. *Henricus Turckius*, in cit. *Faſtis Carolinis*, ad An. 785, §. 2, apud Dn. *Leuckfeldum*, de *Scriptoribus Rer. German.* p. 24, docet, longè verius nominis originem trahi à verbo Saxonico, *Vehmen*, ſeu *Verſhemen*, quod idem ac *Verbannen, verdammen, verſtoſſen, verweiſen, zum euſerſten verläſtern und verfolgen*; Lat. *damnare, ex hominum numero deturbare, ſummè execrari ac perſequi &c.* Juxta *Freherum*, cit. Tr. de *Occultis Weſtphaliæ Judiciis*, p. 5; & *Gryphiandrum* l. c. Cap. 59, §. 4, p. 148, *Femen*, nihil aliud involvit, quam *deſpumare*; proinde per *Judicium Vemicum*, intelligendum Judicium, cujus cura pravi homines Provincia pelluntur. Eodem collimat Dn. *Fleiſcher*, l. c. §. XXXIII, p. 52, lit. m. ſcribendo: *Ex Documentis conſtat, Verſehmen, eſſe nihil aliud, quam in bannum aliquem declarare, einem in die Acht thun. Vehme, die Acht; Verſehmen, einem in die Acht thun &c.* Nec aliter Collector MS. in Bibliotheca Stutgardiana, ſub Tit. *Der Heiligen Heimlichen Acht Frey-Grafen und Schepffen Weſtphäliſchen Gerichts-Ordnung und Statuten, welches weiland von Kaiſer* Carolo *dem Groſen, hochloblicher Gedachtniß*, anno 772 *aufgericht &c.* de An. 1546, apud Dn. *Dattum* l. c. Lib. 4, Cap. 7, §. 16, p. 775, verb. *Verfaimen, haiſſt: mit Recht, umb böſe Sachen, verurtailen. Ein Verfaimbter iſt ainer, der, umb arge und böſe Miſſethat, an dieſem Weſtphaliſchen Gericht, zu dem Strick ſchon verurtailt worden &c.* Add. Declaratio variorum articulorum, ad Judicia Weſtphalica pertinentium, à Scabinis, ad interrogationem *Ruperti* Imp. an. 1404 facta, apud laudatum Dn. *Dattum* l. c. Cap. VIII, §. 21 & ſeqq. p. 778. Ill. Dn. de *Leibnitz*, in *Introductione* Tom. III *Rer. Brunſuicenſ.* p. 14, ait: *Vemeding, videtur ſignificare Judicium Famæ, ſeu exiſtimationis &c.* Nec tamen *Schottelii* ſententia arridet, qui l. c. §. 2, p. 562, rejectis etymologiis aliis: *Die Vehm, eſt radix Teutonica, hinc inde adhuc, in ſua ſignificatione exſtans, cum derivatis ſuis, & compoſitis: & ſignificat die Vehm, ſeparationem ad certum aliquem actum. Das Vehm-Recht, oder Vehm-Gericht, Judicium, ſeparatim & ad certam normam conſtitutum; Die Vehm-Zeit; tempus, quo actus certus & deſtinatus perficitur. Vehm-Schweine: porci ſeparatim notati, & ad certum illum actum ad ſaginationem, (in die Maſtung,) deſtinati; Vehm-Geld: Pecunia illa, pro porcis ſeparatim notatis, & ad ſaginaria deſtinatis, ſolvenda. Vehm-Mahl, aduſtio illa, ſeu receptum certum ſignum eorum porcorum, qui ſeparati ſunt ad ſaginationem. Die Vehmung, eſt derivatum, actum vemandi ſignificans &c.* Conf. *Winckelmanni Notitia Weſtphaliæ*, p. 564 &c. Antiquiſſima cæterum hæc denominatio. In Legibus municipalibus Civitatis *Brunſuicenſis*, ab *Ottone Puero*, Duce Brunſ. & Luneburg. conceſſis, atque à *Friderico II* Imp. An. 1232, confirmatis, apud Dn. de *Leibnitz*, cit. Tom. 3 *Rer. Brunſuic.* Cap. I, §. 59, p. 437, habetur: *Id ne ſchal neyman den andern wroghen* (i. e. vocare) *in dat Vemedingh bi wane, id en ſi witlik deme Rade &c.* & §. 60, *Swelk man uſe Borghere nicht en is, de ne mach uſen Borghere nicht wroghen in dat Vemedingh &c.* & Cap. 2, §. 5, ibid. *Swe van dem Vemedinghe gheyt, er orlof is ghegheven, de ſcal boten mit vif Schillinge &c.* (Qui à Judicio Vemeding recedit, priuſquam licentia ſit data,

Digitized by Google

data, is debet mulctam ſolvere quinque ſolidorum &c.) & Cap. V, §. 16, pag. 445: *Unde me ſcal deme Scredere velghen mit der Veme &c.* Sic *Ludovicus V* Imp. in Diplomate, ſub dato *Nürmberg, an dem woſeme Sontage*, An. 1332, *Ludovico*, Duci Brunſ. & Luneburg. qua Epiſcopo *Mindenſi*, conceſſo, apud *Piſtorium in Chronico Epiſcoporum Mindenſium*, p. 753; *Freherum*, cit. Tr. de *Occultis Weſtphaliæ Judiciis*, p. m. 11 & 12, & Dn. *Dattum* l. c. Cap. 2, §. 83, p. 734: *Geben, an dieſen Breve, Unſerm Erbaren Verſten, und lieben Ohemen, Biſthop Ladewich von Minden, und ſinen Nakomen, Biſchopen to Minden, ein Fry Hertzogdom in dem Stifft to Minden, und Fry-Gerichte darinne to ſittende, und Kenniges-Banne, nach Veme-Rechte, alſo in dem Lande Weſtfalen Recht is, an Wertligen Richte, van Unſer, und Unſer Nakomen wegen, Römiſcher Keyſer, oder Koninge, und Fry-Stele in dem Hertzogdom to haviene; Einen to Berndeſſen, by der Lynden; den Andern, to Berckercken; den Dritten, by Blaſne; und Drey ander Fry-Stele, to leggende, wer ſe Ehme, oder ſynen Nakomen, bevellich ſyn, in dem Stifft to Minden. Aber went Uns Vorfarn, Römiſche Keyſer und Koninge, den Biſchopen van Cœlne, van Münſter, und van Balborn, de Gnade han tan, daß ſe Fry-Gerichte, und Fry-Geſtele, han, in Ehrem Stiffte, nach Veme-Rechte, alſo in dem Lande to Weſtfalen Recht is, ſo gove Wir Unſerm Ohme, und ſynen Nakomen vorbenent, deſſelven Gnade in dem Stiffte to Minden, mit Gelicken Rechte, alſo de drey Biſchope Fry-Gerichte und Stele von dem Romiſchen Riche haven &c.* & *Carolus IV* Imp. in alio, quod, ſub dato *Franckfordiæ*, An. 1354, 18 Kal. Febr. *Theodorico*, Epiſcopo *Mindenſi*, largitus eſt, ibid. l. c. *Volenteſque ſibi, intuitu promiſſorum, gratiam facere ſpecialem, ei, & in perſona Succeſſoribus ſuis, ac ipſi Eccleſiæ Mindenſi, duas Liberas Sedes, quæ propriè & vulgariter Veme-Ding nuncupantur, unam videlicet ante Villam Haleri, prope Lubbeck; & aliam ante Villam Walven, prope Mindam, de liberalitate Regia, & certa noſtra ſcientia, damus, concedimus & donamus, ſtatuentes, decernentes, auctoritate præſentium, & volentes: Ut dictus Epiſcopus, ſucceſſoreſque ſui, ac ipſa Mindenſis Eccleſia, dictas duas Sedes, cum univerſis & ſingulis Juriſdictionibus, honoribus, prærogativis, Juribus, gratiis, utilitatibus, commodis & libertatibus, tenere, habere, ac ipſis gaudere debeant, quibus cæteri, conſimiles Sedes habentes, ſicuti Ducatus Aſcaniæ* (Angariæ) *& Weſtfaliæ gaudent, Jure vel conſuetudine, ſeu quomodolibet, potiuntur &c.* Jung. ſupradictus *Henricus de Erfordia* (Hervordia) Mindenſis Monachus, Ordinis Prædicatorum (teſtibus *Trithemio*, l. c. p. 90, & *Voſſio*, de *Hiſtoricis Latinis*, Lib. 3, p. 529, tempore *Caroli IV* Imp. florens, atque, juxta *Chronicon Mindenſe Buſſonis Watenſtedii*, in Vita *Wedechindi II*, apud Dn. *Paullini*, in *Syntagmate Rerum German.* p. 36, an. 1370. defunctus) *in Opere Hiſtoriarum*, apud *Meibomium*, Tom. 3. *Rer. German.* p. 25, ſcribens: *Karulus* (Magnus) *in Patriam, de qua antiquos Saxones fugaverat ultra Wiſeram, de Francia, Eſſlata,* (Eifalia) *Haſbania, & Ardania, Populum novum introducens, Terram eis dedit perpetuò poſſidendam: ſic tamen, quod Regionis totius proprietatem de eo dederit, ut videlicet Patriam illam in fide Chriſti, & fidelitate Regis, manutenerent, propter quod & Legem Secreti Judicii, quod, Patriæ illius lingua, Veme dicitur* (*ſtudens Regionem ipſam expurgare furtis, quod Terra ſaltuoſa ſit & latibunda, perjuriis etiam & proditionibus, & aliis talibus, ſibi crebrò compertis,*) *ibidem, perpetuis temporibus, inviolabiliter, inter Rhenum & Wiſeram, obſervari ſancivit &c.* Conf. Scriptores alii, ſeq. §. 4, lit. a.

(e) DER FREY-STUHL &c. Lat. *Sedes Libera.* Antiquiſſimum Documentum, quod vel ego inſpexi, vocabulum hoc complectens, eſt Diploma *Henrici V* Imp. Senatui Populoque *Bremenſi* datum, *Moguntiæ*, 2 Id. Maji, An. 1111, apud *Limnæum*, Tom. IV Addit. ad Lib. VII *Jur. Publ.* Cap. VII, p. 175, & Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, Part. 1, *im Sechſten Abſatz, von Bremen*, §. 1, p. 219, ubi: *Inſuper damus & concedimus eiſdem, Pro-Conſulibus, Conſulibus & Civibus dictæ Civitatis Bremenſis, hanc gratiam & libertatem, ut, ſi aliquem Judicem Secularem ipſos, aut eorum aliquem, monere, aut citare, contingat, ad comparendum coram eo, extra diœceſin Bremenſem, ad locum, qui Sedes Libera nuncupatur, quod ibi comparere non teneantur, ſi coram eorum Antiſtite velint ſtare Juri, in illa cauſa, pro qua citati fuerunt &c.* (Quod Privilegium *Wilhelmus* Imp. *Antwerpiæ*, 4 Cal. Oct. An. 1252; *Wenceslaus*, ſub dato *Pragæ*, 4 Mart. An. 1396, aliique Cæſares, confirmarunt.) de Valore hujus Privilegii, legas *Klockium*, Vol. I, *Conſil.* XV, p. 356 &c. Eadem vox occurrit in diplomate *Ludovici V* Imp. quod, An. 1332, *Ludovico*, Mindenſium Epiſcopo, largitus eſt, præced. lit. d, ibi: *Fry-Stele, in dem Hertzogdom to havene;* brevi poſt: *Drey ander Fry-Stele to Leggende &c.* & mox: *Daß ſe Fry-Gerichte, und Fry-Geſtele han, in ehrem Stiffte &c.* pariter ac in Privilegio *Caroli IV*, de An. 1354, *Theodorico*, Epiſcopo Mindenſi,

denſi, conceſſo, ibidem, verb. *Duas Liberas Sedes, quæ propriè. & vulgariter Veme-Ding nuncupantur &c.* unde ſua Dn. *Datt*, cit. Vol. *Rer. Germanic.* Lib. 4, Cap. 2, §. 84, p. 734. Sic Scheda An. 1443, apud eundem, l. c. §. 138, p. 737: *Das ich, uf gyfte diß Briefs, beſaß Stat und Stell der Freien-Stul zu Bodelſwinge, under dem Berbome gelegen, in deß Heiligen Richs offenboren Frien-Gerichte, mit Urtale und Rechte geſpannenter Bankh, alſß deß Hilgen Richs overſten Frien-Gerichts Recht iß &c.* Alia, de An. 1449, ibid. §. 80, p. 734: *Die veſten Junckher, Hinrich von Lindenhorſt, Junckhgreff zu Dortmunde, und Stuyl-Herr der Kayſerlichen Cammern, und der Grafſchafft darſelbs, und Frie-Graff deß H. R. Richs, Diderich von Wickhede, Stuyl-Herr des vorgeſt: Frien-Stuls &c.* Alia, An. 1457. ibid. §. 123, p. 737: *Daß ich, Donnerſtags* datum *deß Briefs, von* Commiſſion *und Bevele Herrmann Hackenbergs, Frie-Greff ze Volmenſtein, und des Frien-Stuls in de Haeſpe; denſelben Frien-Stul in der Haeſpe, mit Urdelen und mit Rechte, becleidt und beſeſſen hatte, an einem offenbaren Frien-Gerichte geſpenneder Banck, zu richten über Lib und Ere, als mir zu Recht gepürt &c.* Alia, An. 1458, ibid. §. 32, p. 730, ubi: *Daß ich* (Henricus de Werdinchuſen) *uf hneden* datum *diß Briefs, den Frien-Stoell zo Volgiſten, gelegen vür Sweirten, mit Ordell und Rechte becleit und beſaten hüd, geſpannender Bangh, in eyme openbaren Frien-Gerichte to richten, na alden Herkommen, und geſette deß Groten und Heilgen Kaiſer* Karls *Fryen-Gerichts-Rechte &c.* Alia ejuſdem Anni, ibid. §. 33: *Daß Ich, uff hüte* datum *des Briefs, den Freien-Stull ze Velgiſten, gelegen vor Sweirte, mit Ordell und Rechte, becleidt und beſeten hette, geſpannender Banck zu richten, über Lib und Ere, under Könix-Banne, nach Zate Keyſer Karls, und der Heimlichen beſlotten Achte &c.* Alia ejuſdem Anni ibid. §. 108, p. 736, in qua Frigravii Liberæ ſedis Volgiſtenſis ita gloriantur: *Tun kunt, daß für Uns kommen iß, zu Volgiſte, an den Frygen-Stul, in deß H. Richs oberſten Fry-Gerichte &c.* & alia, ejuſdem Anni, ibid. §. 124, p. 737: *Daß Wir, uff hut* datum *dieſes Briefs, beſeſſen haben, Stat und Stul zu Brurychuſen, mit Urtel und Recht, ze richten, in der Heimlichen Acht, über Libe und Ere, nach Fryen-Stuls Recht &c.* Synonyma ſunt:

(1) FREY-DING, de cujus etymologia, inquit *Gobelinus Perſona*, in *Coſmodromio*, Ætate 2, Cap. 4, apud *Meibomium* T. I *Rer. German.* p. 82: *Ding, in antiquo vulgari, ſonat Judicium, prout patet in his vocabulis: Holt-Geding, Fri-Geding. Et quia Judicium mortis Gentiles attribuebant Marti, dies Martis Dinges-Tag, apud Gentiles Teutonicos, dicebatur. Et in ſignum iſtius, Judicium quoddam occultum, concernens pœnam morte puniendorum, in certis caſibus, in partibus Weſtphaliæ, præcipuè die Martis celebratur, quod quidem Judicium incolæ Fri-Ding appellant &c.* ad quem locum *Gryphiander* quoque de *Weichbildis Saxonicis*, Cap. 59, §. 9 & 10, p. 148; & Dn. *Datt* l. c. §. 93, p. 735, pluresque alii, meritò provocant; interpretationem hanc vel ipſo Cæſare *Lothario Saxone* collaudante, Privilegio teſte, quo, ſub dato *Argentinæ*, 13 Cal. Febr. An. 1129, Civibus Argentoratenſibus proſpexit, apud Dn. *Obrechtum*, in *Prodromo Rerum Alſaticarum*, Cap. XII, p. 298, & Dn. *Lunigium* l. c. *im Acht und Fünffzigſten Abſatz*, *von Strasburg*, §. 1, p. 725, ibi: *Conſtituimus, tradidimus, & authoritate noſtra Regia, conſenſuque Principum noſtrorum, confirmavimus, Inſtitutum & Jus quoddam: Ut videlicet nullus eorum, cujuslibet conditionis, Placidum aliquod, quod vulgo THINCH vocatur, extra Civitatem ſuam conſtitutum, adeat, vel prorſus ab aliquo cogatur adire, vel de aliquo ſibi impoſito ibi cuiquam reſpondere &c.* Hinc in antiquo feudali Regiſtro, docente Dn. *Schiltero*, in Diſſ. de *Curiis Dominicalibus*, vulgò *von Dinckhoffen*, à Dn. *Philippo Jacobo Rehm*, An. 1691, 31 Oct. Argentorati habita, §. 4, pag. 550 *Commentarii ad Jus Feudale Alamannicum*, legitur: *Domina Johanna, Comitiſſa Montisbilgardi, habet in feodo CURIAM PLACITI ibidem, vulgariter DINGHOF &c.* add. ibid. §. 5, ubi monet, *Dinckhöffe* etiam *Dingſtüle* vocari; & Judicia ordinaria: *Ungebotene Ding*; quaſi *non indicta*: quod vocabulum in charta qua *Udalricus*, Lauriſhamenſis Abbas, Monaſterium in Inſula *Aldenmünſter*, *Minori Sachſenheim* donavit, An. 1071, in *Chronico Lauriſhamenſi*, apud *Freherum*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 79, occurrit: *Et ut familiam ejuſdem Curiæ, ab omni gravedine & moleſtia immunem redderemus, à tribus principalibus Mallis, qui vulgo Ungeboden-Ding vocantur, quibus ad Curtim Luitereshuſen annuatim manniebatur, utrorumque conſenſu eam omnimodis abſolvimus &c.* Vox *Frey-Ding* occurrit in diplomate Privilegiorum *Ludovici Bavari*, ſub dato *Nürnberg*, An. 1332, in craſtino B. *Bartholomæi*, *Dortmundano* Senatui ſcripto, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. I. *im Elfften Abſatz; von Dortmund*, §. 3, p. 442 &c. ubi inter alia; *Statuimus quidem & ordinamus - - - etiam, ut nullus Liberorum Comitum* (*Frey-Grafen*) *Secretum Judicium, quod vulgariter dicitur Vrey-*

ding, *intra muros Civitatis veſtra permittatis ullatenus exercere, vel erigere, vel ipſi Judicio quomodolibet præſidere &c.* Conſ. Dn. *Datt* l. c. §. 77, pag. 733; Dn. *Fleiſcher*, cit. Diſſ. de *Vera Origine Judiciorum Weſtphalicorum*, §. XXV, p. 37 &c. qui inſuper benè notat, primò in hac charta *Judicii Secreti* fieri mentionem, Eandem vocem offendis in Diplomate *Caroli IV*, quo, ſub dato *Minde*, An. 1377, 15 Cal. Decemb. ad querelas Prælatorum, Canonicorum & Clericorum Mindenſis Civitatis & Diœceſis, Clericos à Judiciis Secularibus, *Liberis* præſertim, exemit, apud *Piſtorium*, cit. *Chronice Epiſcoporum Mindenſium*, p. 747, verb. *Declaramus, Imperiali auctoritate, quod, quicunque, cujuscunque ſtatus vel conditionis extiterit, auſo ſacrilegio, & propria temeritatis audacia, Sacerdotem, vel Clericum, ſecularem vel Religioſum, diffidaverit, proſcripſerit, captivaverit, ſpoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, aut hujusmodi malitiam perpetrantes, ſcienter receptaverit, ſeu conſilium, auxilium, vel favorem in his eis præſtiterit, vel, pro cauſa criminali vel Civili quæſtionum, in Judicium Seculare, & ſpecialiter ad Judicium, quod dicitur Fridius* (leg. Friding) *quod nulla temporis præſcriptione, vel Regali ſeu Imperiali Edicto, ſeu Judicii confirmatione, contra Perſonas Eccleſiaſticas, ſeu Clericos, per quamcunque conſuetudinem introduci volumus, trahere præſumpſerit ---- præter pœnas, à Sacris Imperialibus & Canonicis Sanctionibus eis inflictas, decernimus hos, Imperiali Edicto, ipſo facto infames, & omni honore privatos &c.* Conſ. *Gryphiander* l. c. Cap. 60, §. 11, p. 151.

(2) FREY-GERICHT &c. Vid. Diploma *Ludovici Bavari* Imp. An. 1332, Epiſcopo Mindenſi datum, præced. lit. d, ibi: *Fry-Gerichte &c.* nec non Schedæ An. 1443, 1457, & 1458, quarum, ſub voce *der Frey-Stuhl*, modò memini. Sic *Heinrich Linne, Freigraf.* nominat, in Scheda An. 1443, Liberam Sedem *zu Bodelſchwingen, deß Hilgen Richs Overſte Fri-Gericht.* Vid. Dn. *Datt* l. c. §. 107, p. 736.

(3) FREY-UND STUHL-GERICHT &c. Copulativè; teſte Ordinatione, ab Imperii Statibus, ad emendandos Weſtphalicorum Judiciorum exceſſus, An. 1512, *Maximiliano* Imp. in Comitiis Trevirenſibus, exhibita, in principio: *Nachdem von wegen der Freyen- oder Heimlichen und Weſtphaliſchen Stul-Gerichten, und Rechten, männig Bidermann, umb ſein Ehre, Leib, Leben und Guth, bracht worden iſt, und dadurch die Hohen Gerichte, der Bann über das Blut zu richten, der doch bey den höchſten* Regalien *eins iſt, verachtet und wieder das Gebot GOttes gehandelt wird, iſt für gut angeſehen &c.* Vid. *Goldaſtus*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. 235. Conſ. Dn. *Datt* l. c. §. 116, p. 736.

(4) HEILIGE HEIMLICHE ACHT &c. Item HEIMLICHE BESCHLOSSENE ACHT &c. Vid. Dn. *Dattus*, l. c. §. 16, & ſeqq. p. 728.

(5) HEILIG HEIMLICH GERICHT &c. Vid. Dn. *Dattus* l. c. Cap. 7, §. 24, p. 776.

(6) HEILIGE FRYE HEYMLICHE GERICHT IN WESTFOLEN. Vid. Dn. *Wencker*, in *Apparatu Archivorum*. §. 69, p. 384 &c.

(7) KöNIG UND KEISERLICH DINGSTAT UND FRYESTUL &c. Vid. Dn. *Wencker* l. c.

Quicquid horum ſit, non arbitror defendi poſſe, omnia Judicia *Weſtphalica, Libera & Vehmica*, fuiſſe *Secreta*: benè vero hæc ſerius innotuiſſe, proinde *Judicia Weſtphalica, Libera & Vehmica, Secretis* longè fuiſſe antiquiora. Quod Dn. *Thomaſius*, in Diſſ. de *Occaſione, confectione & intentione, Conſtitutionis Criminalis Carolina*, §. 24, lit. d; & Dn. *Fleiſcher* l. c. §. XXV, lit. d, pag. 39, & §. XXXIII, p. 52 &c. lit. n & o, ulterius probant; Conſ. *Gryphiander* l. c. Cap. 59, pag. 147 &c. Quamvis eum errare putaverim, *Vehmica & Libera* dicta fuiſſe arbitrantem, quæ *legitima* fuerint; *Occulta* verò *Weſtphalica*, quæ *illegitima*. Conſ. ſeq. §. 5, lit. a.

(4) Origo hujus judicii communiter refertur ad Carolum Magnum. (*a*) *Paulus Æmilius lib. 2. & 3. Hiſtor. Franc. Crantzius lib. 2. hiſt. Sax. cap. 21. Lindenb. in Chron. Caroli Magni p. 219.* Gryphiander (*b*) *in Weichbildis Saxonicis cap. 54. num. 5. & ſeqq.* tempore Friderici III. circa Annum 1458. hoc judicium irrepſiſſe autumat, (*c*) &, ut Scabini dignitatem ſui judicii ex antiquitate commendarent, eoque prætextu crudelitatem palliarent, originis Carolinæ opinionem credulo vulgo impreſſiſſe; cum ea ſit falſiſſima: *Primo*, quia Carolus M. ab omni crudelitate alienus (*d*) fuit, & verò hoc judicium habet ſpeciem crudelitatis ſummæ; *Secundo*, (*e*) quia Carolus M. ex ſingulari favore, totam Saxoniam libertate donavit, quod pugnat cum ſingulari odio, quod hoc judicium continet,

NOTÆ.

(*a*) AD CAROLUM MAGNUM &c. In primis qui ſententiam hanc tuentur, fuit *Henricus de Hervordia*, An. 1370 defunctus, verbis ejus præced. §. 3, lit. d. occurrentibus. Eum ſecutus *Theodori-*

dericus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, in *Reformatione des Freyen und Heimlichen Gerichts, und der Heimlichen Achte in Weſtphalen*, ex Mandato *Sigismundi* Imp. confecta, atque An. 1439, die Converſionis Pauli, *Arnsberga* (non Auguſtæ Vindelicorum, *zu Augſpurg*, ut mendoſè in Corpore Receſſuum Imperii, Edit. Mogunt. An. 1692, in *Reformatione Francofurtenſi*, An. 1442, §. 9, *von der Heimblichen Gericht wegen &c.* p. 39, habetur;) promulgata, apud *Goldaſtum*, P. I *der Reichs-Satzungen*, p. 163, & Dn. *Lunigium*, Part. Gener. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, §. 191, pag. 250; ubi, Cap. I: *Dieſelbe* Præſentation *ſol alsdann in die* Reformation *geſetzt werden, darin derſelb Frey-Graffe geloben und ſchweren ſoll, dero Frey-Graffſchafft und Freyen Stuhl recht Gerichte und Verbötung zu thun, und über keine andere Sachen, denn über die, ſo an die Freyen Stühl gehören zu richten, (wie dann ſolches der Groſſe und Heilige Keyſer* Carl, *Hochlæblicher Gedächtniß, geſetzt und verordnet hat, und von Alters herbracht, und gehalten iſt &c.)* Hunc *Fridericus III* Imp. *in der* Reformation *zu Franckfurt*, An. 1442, §. IX, *von dem Heimlichen Gerichte &c.* verb. *Und damit es dieſelben* (Præſes & Aſſeſſores) *nit anders halten, dan wie es von Anfang, durch Kayſer* Caroln *den Groſſen, Unſern Vorfahrn am Reich, auch durch die* Reformation, *ſo der Ehrwürdige* Dietrich, *Ertz-Biſchoff zu Cölln, Unſer Lieber Neve und Churfürſt, als Ihm ſolches, durch Kayſer* Sigiſmundum, *löblicher Gedächtniß, Unſerm Vorfahrn, befohlen war, zu Augſpurg, in Beyſein vieler Grafen, Freyen, Herren, Ritterſchafft, Stuhl-Herrn, Frey-Grafen, und Frey-Schöpffen, gemacht hat, geordnet, und geſetzt iſt &c.* (Quæ *Maximilianus I*, in *Reformatione Wormatienſi, die Frey-Schöpffen, und das Heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffend*, de An. 1495, §. 1, *Item, von der Heimlichen Gericht wegen &c.* totidem verbis repetit.) Hos imitati: *Æneas Sylvius*, inter Pontifices Romanos *Pii II* nomen præ ſe ferens, An. 1464 mortuus, in Tract. *de Statu Europæ ſub Friderico III Imp.* Cap. XXIX, apud *Froherum*, Tom. 2 *Scriptor. Rer. German.* p. m. 74: *Carolus Magnus multa cum Weſtfalis prælia geſſit, eoſque magnis affecit cladibus, coëgitque Chriſti Religionem amplecti, relicto Idolorum cultu; quam quum ſæpius abnegaſſent, nec jusjurandum adverterent, ut, metu pœna, rebellionem compeſceret, Occultos inſtituit Judices, quibus poteſtatem dedit, ut, quamprimum dejeraſſe aliquem comperiſſent, aut fregiſſe fidem, aut aliquod aliud flagitium commiſiſſe, mox illum ſupplicio afficerent, ubi primum comprehendi poſſet, nulla citatione prævia, aut defenſione præmiſſa; elegit Viros graves, & recti amantes, quos plectere innocentes haud veriſimile fuit. Terruit ea res Weſtfales, ac demum in fide continuit, cum ſæpe in nemoribus, & Proceres, & mediocres Viri, laqueo ſuſpenſi invenirentur, nulla accuſatione prius audita. Quærentibus tamen cauſam, conſtabat fregiſſe fidem, aut magnum aliquod ſcelus commiſiſſe, qui necati reperiebantur. Id Judicium uſque ad noſtram perdurat ætatem, vocaturque Vetitum. Qui ei præſunt, Scabini appellantur, quorum ea præſumptio eſt, ut per totam Germaniam Jurisdictionem extendere velint. Secretos habent ritus, & arcana quædam, quibus malefactores judicant. Ea nondum quiſquam repertus eſt, qui vel pretio, vel metu, revelaverit. Ipſorum quoque Scabinorum magna pars occulta eſt, qui, per Provincias diſcurrentes, criminoſos notant, & referentes Judicio accuſant, probantque, ut eis mos eſt. Damnati deſcribuntur in Libro, & minoribus Scabinis committitur executio. Reus, ignarus ſuæ damnationis, ubicunque repertus fuerit, ſupplicio afficitur &c.* Ejuſdem ferè ætatis, *Wernerus Rolewinckius*, Tr. de *Antiquorum Saxonum ſitu & moribus*, Cap. VI, cujus verba præced. §. 3, lit. d, jam exhibui. *Felix Faber*, Monachus Dominicanus Ulmenſis, *Rolewinckio* coævus, Lib. I *Hiſtoria Suevorum*, Cap. VII, *Æneæ Sylvii* ſententiam amplectens; *Albertus Crantzius*, Theologiæ & Decretorum Doctor, atque Hamburgenſis Eccleſiæ Canonicus & Lector, An. 1517 decedens, (Vid. *Buſholceri Index Chronolog.* ad h. a. pag. 483,) Lib. 2 *Saxonia*, Cap. XXI, haud procul ab initio, mentione facta *Caroli Magni*, ajens: *Nec erat illa in Populo barbaro* (Saxonico) *civilitas, ut Leges initio requirerent, præter eas, quæ univerſo Orbi ſatis erant. Occultum tamen Judicium, quod vetant, facile crediderim eis permiſſum, propter cervicis duritiem: ſed redactas Leges novas in Codicem, non facile credo &c.* Biennio poſt ſepulchra Patrum ingreſſus, *Johannes Trithemius*, *Spanheimenſis*, poſtea *Wirciburgenſis ad S. Jacobum* Abbas, (vid. *Bellarminus* de *Scriptorib. Eccleſiaſticis*, p. m. 248, & *Voſſius*, de *Scriptorib. Latinis*, p. 646,) in *Grammatica Theodiſca Caroli Magni, ab Otfrido abſoluta*, Cap. 3, apud *Lambecium*, Lib. 2 *Commentariorum Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*, Cap. V, pag. 464, ſcribens: *Datum fuit hoc ipſum Alphabetum hominibus illis, quos Carolus, in locum triginta millium, ex Saxonia tranſtulerat in Galliam, poſtea videlicet quam annis triginta pugnans contra Saxones, ipſos gladio tandem Chriſti convertit ad fidem. Veritus*

Digitized by Google

enim, ne denuo recidivarent, ſicuti frequenter antea fecerant, eorum triginta millia trans Rhenum locavit in Galliam, cum filiis & uxoribus, quos ferociores animis fuerat expertus. In quorum locum ex Gallis triginta millia ſimiliter in Saxoniam tranſtulit, quos, ad aliorum differentiam, Weſt-Gallos, vulgariter autem Weſt-Walen, nuncupavit, qui hodie, corrupto vocabulo, ſed mendoſè, Weſtphali, vocantur. His quoſdam præpoſuit Duces, non Exercitus, ſed morum, quibus commiſit, quatenus per totam Saxoniam, quæ tunc erat ampliſſima, manifeſtè diſcurrerent & occultè, &, quoſcunque reperiſſent contra fidem & mores enormiter deliquiſſe Chriſtianos, mox, ſine Judiciorum ſtrepitu, laqueo necarent; ipſi autem ab omni hominum impetitione permanerent immunes. Hos hodiè Scabinos, vulgò Feynieros, Latinè autem Scitos, appellamus, qui notis utuntur occultis, quibus ſe mutuo Scitos intelligant, Judicium in reos, quod Carolus dedit, uſque in hodiernum diem, per ſucceſſionem electionis, facientes &c. &, in *Polygraphia*, Lib. VI: *Veritus autem* (Carolus Magnus) *ne denuo*, (Saxones) *ſicut pluries fecerant, apoſtatarent à fide, Secretos quoſdam inſtituit exploratores, quibus judiciariam contulit poteſtatem, qui, totam Saxoniam peragrantes, de fide ac moribus Gentis ſecretò inquirerent diligenter, &, quoſcunque reperiſſent apoſtataſſe à fide, raptores, adulteros, blaſphemos; Eccleſiæ ac Sacerdotum ejus & mandatorum contemptores, ſeu notoriis criminibus Chriſtianorum Rempublicam perturbantes, aut Populum ad Paganiſmum revocantes, vel ſollicitantes, ſine dilatione, Imperiali & Regali autoritate, laqueo ſuſpenderent, vel alias, ut poſſent, necarent &c.* Nec aliter *Paulus Æmilius*, Veronenſis, In æde B. *Mariæ* Canonicus Pariſienſis, An. 1529 denatus, (Vid. *Voſſius* l. c. p. 675) Lib. 3, de *Geſtis Francorum*, Saxonum memor: *Ultima mala meriti erant toties victi, toties fidem ludificati. Traduci, decumari, internecione deleri poterant: pacem Auguſtus* (Carolus Magnus) *dedit. Dati Magiſtratus ad Jus palam dicendum, unde provocaretur ad Auguſtum; ſed & ſanctius arcanumque delectiſſimorum integerrimorumque Virorum Concilium ſine provocatione inſtitutum, delectique pari ſanctitate velut Spectatores, qui, cæteris omnibus ignaris, Veſtphaliæ Opida, vicoſque ac Conciliabula, circumirent, moreſque & dicta cujuſque, factaque, notarent, ac, quemcunque perjurii, perditæve Religionis, reverſi in Concilio coarguiſſent; ſine interceſſione, primo quoque tempore, ubicunque comprehendi poſſet, necaretur. Nemini ſua dignitas ſuffragabatur; ſummi infimique prius laqueo ſuſpenſi conſpiciebantur, quam rei fuiſſe audiebantur. Quem quiſque tam ignominioſo genere ſupplicii affectum videbat, hic violatæ fidei pœnas dat, dictitabat. His novi exempli metus eam Gentem & Numinis, & Auguſti, reverentiorem effecit. Judices, Speculatoreſque, rem totam, notaſque, quibus reus coargueretur, tam ſanctè occuluere, ut, cum, Carolo Auguſto defuncto, idem inſtitutum vigeret, nullis unquam minis, nullo malo, adduci potuerint, ut enunciarent &c.* Eodemque Anno deficiens *Johannes Cuſpinianus*, Suinfurtenſis, *Maximiliani I* Imp. Poëta, Medicus & Orator, (vid. *Buchelcer* l. c. ad h. a. pag. 528,) in Vita *Caroli Magni*, p. m. 221, inquiens: *Ubi* (loquitur de Paulo Æmilio) *etiam inveniens, in Tertio Libro, de illo magno delectiſſimorum integerrimorumque Virorum Conſilio ſine provocatione, quod Carolus* (Magnus) *inſtituit, & hodiè Weſtphalicum Judicium appellatur &c.* nec non *Joh. Aventinus*, Bojus, (referente *Voſſio* l. c. p. 655,) An. 1534, animam deponens, Lib. 4 *Annalium Boicorum*, Cap. VI, §. 16 & 17, p. m. 314: *Saxones undique* (à Carolo Magno) *armis circumventi, imperata faciunt, & redacti in poteſtatem, quicquid oneris imponatur, in ſe ferre recipiunt. Omnes reſiſtentes profligati: cuncti Transalbiani, cum Liberis, Uxoribus, mancipiis, in Franciam translati: eorum ſedes Abodritis, Venedis antiquiſſimis, & conjuratiſſimis Francorum ſociis, attributa ſunt: perpauci ad Cimbrorum Regem perfugere. Citra Albim decimus quiſque tranſmigrare juſſus eſt, decemque tum millia Saxonum Liberorum, cum parvis pignoribus, conjugibus, ſervis, per cæteras paſſim Germanias diſtributa ſunt: in quorum Domicilia Graviſſimi quique delecti, vita & morum probitate inſignes, ex omni Germania translati, penes quos foret arbitrium & poteſtas animadvertendi, etiam indicta cauſa, in pacis & fidei violatores, Religioniſque deſertores. Inde Jus, ut vocant, Weſtphalenſe derivatum, ſilentio & taciturnitate ſacro-ſanctum. Judices, quos Conſcios nuncupant, neſcio quibus cæremoniis initiati, ſe invicem agnoſcunt. Porrò Prophanis ritum prodere Religio eſt, & pro piaculo habetur. Neque quiquam*

quam omnium adhuc inventus eſt, qui hujusmodi myſteria evulgarit &c. Add. Auctor Libri MS. in Bibliotheca Stutgardiana, cui Tit. *der Heiligen Heimlichen Acht Frey-Grafen und Schœpffen Weſtphaliſchen Gerichts-Ordnung, und Statuten, welches weiland von Kayſer* Carolo *dem Groſſen, hochlœblicher Gedæchtniß*, an. 772. *Jar aufgericht, und durch derſelben erlichen und Hochlöblichen Gedächtnuß Konig* Ruprechts, an. 1404 *Jahr, mit Seiner Ordnung, zu Erhaltung der Rechtwiſſenden Stuhl-Gerechtigkeit, wiederumb in vielen irrenden Stücken, ernewert und bekräfftigt werden iſt ---- aus vielen Alten des Heimlichen Gerichts Frey-Schopffen Schrifften, treulich zuſammen gepracht, An. 1546, per C. I. R.* apud Dn. *Datt* cit. Vol. *Rerum Germanicarum*, Lib. 4, Cap. VII, §. 1, pag. 773. *Sebaſtianus Munſterus*, Ingelheimenſis Theologus, & Hebrææ Linguæ Profeſſor Baſilienſis (cujus obitum *Bucholcerus* l. c. pag. 586, in annum 1552. refert) in *Coſmographia*, Lib. 3, Cap. 451, de *Weſtphalia*, p. m. 1078 & 1079, præfata *Æneæ Sylvii* verba Germanicè ſiſtit. *Cyriacus Spangenberg*, Northuſanus, Mansfeldenſis Eccleſiæ Decanus & Parochus, *in der Mansfeldiſchen Chronick*, Part. I, Cap. 85, ad An. 802, pag. 80, Edit. An. 1572, eundem exſcribens. *Engelbertus Werlichius, in der Augſpurgiſchen Chronick*, an. 1595. Francofurti impreſſ. P. 2, Cap. I, fol. 16: *Damis Wittichindus, der Konig der Sachſiſchen* Nation, *den Chriſtlichen Glauben, den er ſo offt verläugnet, nichs wiederumb verlieſſe, hat* Carolus Magnus *das Hohe und Strenge Gericht, welches man das Heimliche und Heilige, die Richter und Schœffen aber die Geheime und Wiſſende, genennet, bey den Sicambern, oder Weſtphalen, angeſtellet, daß nemblich ein jeder, der von dem Glauben abſi l, ſoll, ohn alles ferner Urthel, an den nachſten Baum gehenckt werden &c.* & *David Chytræus*, Mentzinga-Suevus, Theolog. Doctor & Profeſſor Roſtochienſis, An. 1600, 25 Jun. ſpiritum emittens, Lib. 3. *Chron. Saxon.* pag. 86: *Inſtituit clandeſtina Judicia Carolus Magnus, ſapienti deliberatione & gravibus cauſis adductus. Cum enim Gens Weſtphalica, amans libertatis, jugum Imperii ægrè ferret, & nihil non moliretur, ut, excuſſa Epiſcoporum & Regum Romanorum Dominatione, priſtinum libertatis decus reciperet: Carolus Magnus aliquot Viros Honeſtos, ſapientes & induſtrios, ſecreto delegit, eosque hac potentia armavit, ut, quoscunque certo cognoſcerent, & deprehenderent rerum novarum & moliendæ turbationis Imperii, aut ſeditionis, cupidos & Authores eſſe, ſine longiore diſputatione, ſtatim mulctarent &c.* & *Caſpar Fachius*, in *Politicâ Liviana*, Errore 23, apud *Meibomium*, cit. Tom. 3. *Rer. German.* p. 24: *Cum Carolus Magnus de Saxonibus, toties rebellantibus, Leonem III. conſuleret per Legatos, refertur Papam eos introduxiſſe in hortum, & radicitus evulſis Zizaniis, impoſuiſſe ea furculis, in modum patibuli erectis, ſanguinarium ſuum reſponſum hoc facti ambage, reddens. Unde Imperator, conjectans: quid per ambages ſibi vellet?. inſtituit Judicium occultum Weſtphalicum, das Heimliche Weſtphaliſche Gericht, quo, qui ſaltem ſuſpectus erat defectionis, à clandeſtinis Judicibus clamè medio tollebatur &c.* & *Jacobus Spigelius*, ad Librum I. *Guntheri Poëtæ Ligurini*, apud *Reuberum* de *Scriptoribus Rer. German.* p. m. 281, verb. *Weſtphalieque Urbes &c. Horum* (Weſtphalorum) *pertinax rebellio Divum Carolum Auguſtum mirum in modum exercuit: Unde Judices olim in eos, quod ſubinde in Paganiſmum relaberentur, conſtituti ſunt, die Wiſzner, quos, Patrum Noſtrorum memoria, Fridericus III. ſuſtulit &c. Johannes Boëmus*, Aubanus, *de moribus & ritibus omnium Gentium*, An. 1591, Genevæ excuſus, Lib. 3, Cap. 14; *Johannes Letznerus*, in *Hiſtoria Caroli Magni*, An. 1603. Hildeſiæ impreſſa, Cap. XV; *Henricus Turkius*, Jeſuita, in *Faſtis Carolinis*, an. 1707. à Dn. *Joh. Georgio Leuckfeldo* publici juris factis, §. 2, p. 23 &c. *Joh. Pomarius*, in *Chronico Saxonico*, pag. 19, aliique, quorum nomina præced. Prœm. lit. a, conſignavi. Facit in hanc ſententiam,

(1) *Wippo*, in Vita *Conradi Salici* Imperatoris, Cap. de *Itinere Regis per Regna*, apud *Piſtorium*, de *Scriptoribus Rer. German.* p. m. 430, ſcribens: *Reverſus Rex de Ribuariis. ad Saxoniam venit, ibi Legem crudeliſſimam Saxonum, ſecundum voluntatem eorum, conſtanti autoritate roboravit &c.* Ad quem locum provocans *Goldaſtus*, in *Collectione Conſuetudinum & Legum Imperialium*, in Prolegomenis de *Speculo Saxonum*, inquit: *Hic, pro Saxonia, intelligit Weſtphaliam, innuitque Legem illam Judicii Vehmici, de qua alibi tractamus &c.*

(2) Quod omnes Saxonum Leges non abſolvantur octodecim illis capitibus, quæ apud *Baſilium Johannem Heroldum*, *in Opere Legum antiquarum Germaniæ*, Edit. Baſil. 1557; *Fridericum Lindenbrogium*, in *Codice Legum antiquarum*, pag. 474 &c. &

Digitized by Google

Dn. *Leibnitzium*, Tom. I. *Scriptor. Rer. Brunſuic.* p. 77 &c. reperiuntur; nec tringinta quatuor Capitulis aliis, à *Carolo Magno*, an. 789, editis, apud *Baluzium*, Tom. I. *Capitularium*, p. 252 &c. & *Conringium*, in calce Tract. de *Origine Juris Germanici*, p. 331 &c. qui, poſterior, ex antiquiſſimo MS. Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, ea nactus eſt: quandoquidem Lex penultima horum 34 Capitulorum mentionem facit pœnæ, de *perjuriis, ſecundum Legem Saxonum* ſumendæ; cum palam ſit, circa perjuria, nihil neque in memoratis 18 Capitibus prioribus, neque in 34 poſterioribus, definiri; præter quod adhuc aliud Capitulare laudati Imperatoris, An. 797, 5 Kal. Nov. in Generali Epiſcoporum & Optimatum Conventu Aquisgrani, *Saxonibus* datum reperiatur, undecim Capitulis conſtans, apud *Conringium* l. c. p. 336 &c. & *Baluzium* l. c. pag. 275 & ſeqq. in quo ſimiliter altum de pœna perjurorum ſilentium; ut adeò temerè affirmari nequeat, falſum eſſe, *Carolum Magnum* crudeliſſimam quandam Legem, licet ea amplius non extet, Weſtphalis dediſſe; Imò ſunt qui arbitrantur, præfatis verbis: *De Perjuriis ſecundum Legem Saxonum ſit*; fortè innui vel ipſum *Judicium occultum Weſtphalicum*, quo, juxta Legem Saxonum, perfidi, perjuri, ſive proditores & transfugæ, non obſervatio Juris Judiciorumque ordine & ſufflamine, de ſimplici & plano, in flagranti crimine & delicto judicabantur, condemnabantur, & arboribus ſuſpendebantur. Vid. Dn. *Herman. Adelphus Meinders* in Tract. *de Statu Religionis & Reſpublica, ſub Carolo Magno & Ludovico Pio*; p. 79. & 80; Conf. *Crantzii Saxon* Lib. 2, Cap. 21; *Meibomius*, ad Lib. I. *Wittichindi*, T. I. *Rer. German.* p. 670, verb. *Lex Saxonica diligenter deſcripta &c.* Dn. *Datt* l. c. Lib. 4, Cap. 2, §. 36, p. 730.

(3) Leges Imperii fundamentales theſin hanc tueantur, v. g. *Friderici III.* Imp. *Reformation zu Franckfurt*, de An. 1442, §. IX; *Maximiliani I, Reformation zu Worms*, de An. 1495, §. 1; quarum modò memini; ubi facta ſimul mentio teſtimonii Colonienſis ArchiEpiſcopi, *Theodorici*, de an. 1439. ex *Goldaſto*, Part. I. *der Reichs-Satzungen*, Cap. I, p. 163. Quibus addenda *Reformatio der Heimlichen Gericht in Weſtphalen, aus Befehl Kayſer Karols des fünfften, fürgenommen und außgangen durch Herman, Ertz-Biſchoffen zu Cölln.* An. 1525, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 252, §. 3, ubi: *Wiewohl die Heimliche Gericht durch etwan Hochloblichſter Gedächtnüß Keiſer Carl den Groſſen fürnemlich aufgeſetzt &c.*

(4) Præſides & Aſſeſſores Weſtphalicorum Judiciorum ipſimet ejusdem fuerint ſententiæ; Vid. Schedæ *Henrici de Werdinchuſen.* Volgiſtenſis Judicii Præſidis, de An. 1458, præced. §. 3, lit. e.

(5). Tot Viri graves alii, quorum verba paulo ante adducta, eisdem aſſentiantur.

(*b*) GRYPHIANDER &c. Hic primus fortè vulgarem de inſtitutis à *Carolo Magno* Secretis Weſtphalorum Judiciis, refellere cœpit opinionem, Cap. 54. de *Weichbildis Saxonicis*, pag. 134 &c. Eum ſecuti: *Ubbo Emius*, Lib. 4. *Hiſtor. Rer. Friſic.* ad An. 785; *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VI, *de Judiciis Reipublica Germanica*, §. 40, pag. m. 249. &c. Idem, de *Origine Juris Germanici* Cap. XIX, §. *Non eſt quoque vero abſimile*, p. m. 105; *Joh. Henricus Bœclerus, de Rebus Seculi à Chriſto nato IX & X*, in Vita *Caroli Magni*, §. *Qualia fuerint ſub Carolo Magno Judicia*, pag. 13 & 14. Idem, in Diſſert. de *Wittekinde Magno*; *Conradus Samuel Schurtzfleiſchius*, in Notis ad *Michaëlis Bejemi*, *Vitam Alberti III. Animoſi, Ducis Saxonia*, quæ, in farragine, *diſputationum ejus Hiſtoricarum Civilium*, XXIX. locum occupat; ad verba: *Sacro ablutus baptiſmi lavacro eſt &c.* p. m. 118, *Ubbonis Emmii* verba huc ſpectantia recitans. Ill. Dn. *Rhetius*, Diſſ. de *Statuis Rolandinis*, Cap. 3, §. 41; Dn. *Andreas Ockel*, Tract. de *Palatio Regio, ſeu Scabinatu Hallenſi*, §. XIV, p. 14. Dn. *Joh. Laurentius Fleiſcher*, in cit. Diſſ. Inaug. de *Vera origine, natura, progreſſu, & interitu Judiciorum Weſtphalicorum*, §. XXXII, lit. e, pag. 48 & 49. Fundamenta ſunt:

(1) Quod nemo veterum, ab ævo *Carolino*, usque ad *Henricum de Herverdia*, qui anno demum 1370 deceſſit, *Carolum Magnum* terribile *Judicium occultum* inſtituiſſe, docuerit; cum tamen res ab Eo geſtas minoris longe argumenti accuratiſſimè deſcriptas habeamus; vid. præced. §. 3, lit. d.

(2) Dici nequeat, ubi locorum fuerit fundatum? aliis *Eresburgum*, aliis *Paderbornam &c.* hoc titulo proferentibus; vid. *Turkius*, in cit. *Faſtis Carolinis*, ad An. 785, §. 2, pag. 23; *Meibomius*, de *Irminſula Saxonica*, Cap. XII, Tom. 3 *Rer. German.* p. 24.

(3) Nec de tempore, quo inſtitutio proceſſerit, conſtet; dum alii id factum arbitrantur, An. 772; (vid. MS. Stutgardianæ Bibliothecæ, *der Heiligen Heimlichen Acht Frey-Grafen und Schöpffen Weſtphäliſche Gerichts-Ordnung und Proceſſen* complectens, præced. lit. a;) Alii, Anno 785; (Vid. *Turkius* l. c.) Alii, An. 802; (vid. *Spangenberg*, Part. I. *Chronici Mansfeld.* Cap. 85, ad h. a. pag. 80;) alii aliter.

(4) Conſilium *Leonis* Papæ, quod *Caroli Magni*, Legatis, *Quid de Saxonibus, toties rebellantibus, ſibi videretur?* percontantibus, dederit, unde motus Cæſar dictum Judicium conſtituerit, (vel *Rolewinckio*, præced. §. 3, lit. d; *Caſparo Fachio*, præced. lit. a; eorumque aſſeclis, exiſtimantibus,) anilem ſapiat fabulam. Vid. *Turkius* l. c. p. 24.

(5) Alii tradant, unicum ſaltem Judicium fuiſſe

insti-

inſtitutum à *Carolo* teſte *Paulo Æmilio*, præced. lit. a; alii plura; vid. *Chytræus*, ibidem.

(6) Proceſſus criminalis, ævo *Carolino*, & ſequentibus proximè Seculis obſervatus, toto cœlo à ſanguinario & truculento procedendi modo in *Judiciis occultis*, differat. Ecce Veterum Leges: *Si quis in aliquo crimine fuerit accuſatus, non condemnetur penitus inauditus, ſed ſi in crimine accuſatur, &, habita diſcuſſione, fuerit fortaſſe convictus, pro modo criminis, ſententiam excipiat ultionis.* Ita jam *Chlotharius I* Francor. Rex, in Conſtitutione Generali, circa An. 560 vulgata, Leg. 3, apud *Baluzium*, T. I *Capitularium*, p. 7. Conf. Capitulare *Clotharii II*, de An. 615, L. 22, ibid. p. 24.

Carolus Magnus Ipſe, in *Capitulari Primo Aquisgranenſi*, An. 789, Cap. 61, apud *Baluzium* l. c. p. 234: *Quibus data eſt poteſtas judicandi, juſtè judicent &c.* & in *Capitulari Primo* An. 802, Cap. 25, ibid. p. 370: *Comites & Centenarii omnes ad Juſtitiam faciendam compellant, & juniores tales in Miniſteriis ſuis habeant, in quibus ſecuri confidant, quia Legem atque Juſtitiam fideliter obſervent; pauperes nequaquam opprimant; fures latroneſque, & homicidas, adulteros, maleficos atque incantatores, vel auguriatrices, omneſque ſacrileges, nulla adulatione vel præmio, nulloque ſub tegimine, celare audeant, ſed magis prodere, ut emendentur, & caſtigentur ſecundum Legem, ut, Deo largiente, omnia hæc mala à Chriſtiano Populo auferantur &c.* & Leg 26, l. c. *Judices ſecundum ſcriptam Legem juſtè judicent, non ſecundum arbitrium ſuum &c.* & in *Capitulari Tertio*, An. 812, Cap. 4, ibid. p. 497, verb. præced. Tit. 3, §. 7, lit. f. voc. *Centenarios*, occurrentibus.

Placuit, ut Judex, criminoſum diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quàm aut Reus ipſe confiteatur, aut, per innocentes & veraces teſtes, manifeſtius convincatur; & de majoribus Noſtra, aut ſucceſſorum Noſtrorum, expectetur ſententia. Hæc *Lib. V Capitular.* Cap. 308, ibid. p. 887. Conf. ibid. Lib. VI, Cap. 398, pag. 999, & Lib. VII, Cap. 170, p. 1061.

Non eſt juſtum, judicare aut condemnare Virum, cujus cauſa ad liquidum non eſt examinata. cit. *Lib. V Capitular.* Cap. 396, ibid. p. 908. Conf. *Lib. VII Capitular.* Cap. 436, ibid. p. 1122; & in *Additione IV*, Cap. 26, p. 1198; nec non Capitula *Harardi Turonenſis*, §. 104, ibid p. 1293.

Nemo debet judicari, aut damnari, priuſquam accuſator præſens habeatur, & ſpatium non modicum defendendi accipiat accuſatus, ad abluenda crimina. Vid. *Lib. VII Capitular.* Cap. 184, ibid. p. 1064: Hoc præceptum dediſſe jam *Marcellum* Papam, in Epiſtola 2 ad *Maxentium*, docet *Gratianus*, Cauſ. 3, Quæſt. IX, Cap. 5. Idem habetur *Lib. V Capitular.* Cap. 398, apud *Baluzium* l. c. pag. 908; præſertim *Lib. VII*, Cap. 464, p. 1129; verb. *Placuit, ut nullus quemquam Clericorum, vel Laicorum, de ſuſpicione aliqua judicare præſumat; ſimiliter: Ne ſine accuſatore legitimo quiſpiam condemnetur: quia peſſimum & periculoſum eſt, quempiam de ſuſpicione judicare, aut, ſine legitimo accuſatore, quemquam damnare &c.*

Decretum eſt, ut adverſus abſentes non judicetur. Quod ſi factum fuerit, prolata ſententia non valet. Vid. *Lib. V Capitular.* Cap. 391, ibid. p. 907. Conf. *Eleutherius* Papa, in Epiſtola ad Galliæ Epiſcopos, apud *Gratianum*, cit. *Cauſ. 3, Quæſt. IX*, Cap. 2, *Caveant &c.* æque ac *Calixtus* P. R. Epiſt. 2 ad Galliæ Præſules, ibid. Cap. 3, *Abſente eo &c.* & *Cornelius* Papa, ad *Rufum*, Epiſt. 2, c. 2, ibid. Cap. 4, *Omnia &c.* & *Felix* Papa, Epiſt. 2, ad Galliæ Epiſcopos; ibid. Cap. XI, *Abſente adverſario &c.*

Utque eo juſtius omnia peragerentur, falſiſque depoſitionibus & pravis teſtimoniis injicerentur fræna, conveniens delatoribus perfidis dictabatur pœna, de qua *Lib. VI Capitular.* Cap. 435, apud *Baluzium* l. c. p. 1010: *De his, qui innocentes ad Principes, aut Judices, accuſare convicti fuerint, ſi Clericus honoratior fuerit, ab officii ſui ordine degradetur: Si vero ſecularis, pœnam, quam ipſi, ſi convicti eſſent, paſſuri erant, patiantur &c.* Quæ Lib. VII *Capitular.* Cap. 253, ibid. p. 1078; & Cap. 365, p. 1103; & Cap. 436 & 438, pag. 1122, confirmantur; jung. *Capitula Harardi Turonenſis*, Cap. 80, ibid. p. 1293.

Jure Saxonico ſpeciali: *Qui coram Judicio impetitur, & ſi præſens non fuerit, vicinum ei Judicium pro termino aſſignetur. Qui autem pro violentia inculpatur, poſt tres quindenas, bannitus vero poſt ſex hebdomadas triplicatas, ad Judicium citetur, ſub banno Imperii, & ad legitimum locum Judicialem. Qui tribus Edictis citatus non comparuerit, proſcribetur. Pro alia qualibet Actione, niſi qua mortem vel membri amiſſionem inferat, nullus proſcribatur &c.* Vid. *Specul. Saxon.* Lib. I, Art. 67, p. m. 58; conf. ibi Gloſſ. & Lib. I, Art. 70, Gloſſ. voc. *Ungerichte*, p. 62: *Dat en gein Ordel ſchadede deme Unyegenwordigen*, (abſenti) *he en were den ungehorſam &c.* & Lib. 3, Art. XXXIX, p. 152: *Si Actio fuerit criminalis, Actorem Factum cum ſeptimo comprobare oportebit*; in Idiom. German. *Gat eme aver de Schult an den Lyff. oder an ſyn Geſunt, do mot de Kleger ſulff Sevende getügen up en &c.* & ibid. Gloſſa, ad verba: *Gat em aver &c. Wen war yt an dat Lyf geit, dar ſcal men Nymande verordelen, he ne bekenne. oder he ne werde verwunnen, alſe hir &c.* & paſſim alibi; add. *Land-Recht*, Cap. 42, & ſeqq. p. m. 216, Edit. Auguſt. An. 1516. *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. 58, p. 144.

Aſt

Aſt quæ comparatio jam cum terribili proceſſu in occultis Weſtphalicis Judiciis olim adhibito, ubi, abſque ulla miſericordia, accuſati ad ultimum judicium ſæpiſſimè rapiebantur, neque citati, neque auditi, neque convicti. Vid. *Æneas Sylvius*, præced. lit. a, reliquique ibidem citati.

(7) *Poëta Saxo*, tempore *Arnolphi* Imp. clarus, ad An. 803, disertè tradat conceſſiſſe *Carolum* Saxonibus, *patriis uti Legibus*; apud Dn. de *Leibnitz*. T. I *Scriptor. Rer. Brunſuicenſ.* p. 153:

Tum ſub Judicibus, quos Rex imponeret ipſis,
Legatiſque ſuis, permiſſi Legibus uti
Saxones patriis, & libertatis honore &c.

Conf. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. q. pag. 224 & 225.

(8) Ante *Ludovicum* Bavarum Imp. qui in Diplomate, An. 1332, Civitati *Tremonienſi*, vulgò *Dortmund*, (quam Dn. *Dattus*, Vol. *Rer. German.* Lib. 4, Cap. 2, §. 75, p. 733, *primariam Judicii Weſtphalici Sedem* nuncupat,) dato, hæc verba adhibuit: *Ut nulli Liberorum Comitum Secretum Judicium (Frey-Ding) intra mures Civitatis exercere liceat &c.* Vid. præced. §. 3, lit. e, v. 1, voc. *Frey-Ding &c.* nemo *Secreti* alicujus *Judicii*, qualia poſtmodum innotuerunt, mentionem fecerit.

(9) Fundamento careat, per *Legem crudeliſſimam Saxonum*, cujus *Wippo*, in *Vita Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 430, meminit, intelligendum eſſe hoc ipſum Judicium Weſtphalicum, de quo quæſtio; cum ne quidem probabile ſit, per eam, *Legem Carolinam* indigitari, An. 789, in partibus Saxoniæ promulgatam, quæ, triginta quatuor abſoluta Capitibus, apud *Conringium*, in calce Tr. de *Origine Juris Germanici*, p. 332 &c. & *Baluzium*, T. I *Capitular.* pag. 252 &c, reperitur, utut dictata ſubinde *mortis pœna* ibi occurrat, veluti L. 3. 4. 8. 9. 10 & 11, ubi: *morte moriatur*: L. 5 & 7: *Capite punietur*; L. 6: *Capitis ſententia punietur*; L. 11: *Capitali ſententia punietur*: L. 12: *Simili modo punietur &c.* quandoquidem pœnæ iſtæ vel homicidia, vel ſacrilegia, vel publica incendia, aliave crimina atrocia, reſpiciunt, quæ plerumque adhuc hodie ultimo ſupplicio lui ſolent, exceptis, quæ L. 4 habentur: *Si quis Sanctum Quadrageſimale Jejunium, pro deſpectu Chriſtianitatis, contempſerit, & carnem comederis, morte moriatur &c.* quæ pœna in præſentiarum ceſſat.

(10) Auctoritas *Friderici III.* & *Maximiliani I* Impp. aliorumque Virorum Illuſtrium, quorum præced. lit. a, memini, pro ſententia contraria, hic nullius roboris ſit, niſi in quantum documentis hiſtoricis fide dignis confirmari queat, quæ vero hactenus producta non ſunt.

(c) AUTUMAT &c. Aſt *Ludovicus V* Imp. in Privilegio *Tremonienſibus* dato An. 1332, jam meminit *Judicii Secreti*; vid. præced. §. 3 lit. e, v. 1, voc. *Frey-Ding &c.* pariter ac *Henricus de Herverdia*, an. 1370 defunctus, verbis cit. præced. §. 3, lit. d, extantibus.

(d) ALIENUS &c. Profert rationem hanc *Conringius*, de *Republica*, cit. Exercit. VI de *Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, §. 40, p. m. 250, ſcribens: *Ea fuit Judicii illius iniquitas & barbaries, ut à Carolo, Rege, & prudente, & pio, illud eſſe inſtitutum, prorſus abhorreat à fide &c.* add. Idem, de *Origine Juris Germanici*, Cap. XIX, pag. 105. Quamvis factum ejus, cujus mentio fit in Annalibus Franciciis *Adelmi* Benedictini, apud *Freherum*, de *Scriptoribus Rer. Franc.* p. 394, ad An. 782, verb. *Collecto feſtinanter exercitu, in Saxoniam proficiſcitur, (Carolus Rex) accitiſque ad ſe cunctis Saxonum Primoribus, de auctoribus facta defectionis inquiſivit: & cum omnes Widikindum hujus ſceleris auctorem proclamarent, eum tamen tradere nequirent, (eo quod is, re perpetrata, ad Normannos ſe contulerat) cæterorum, qui, perſuaſioni Ejus morem gerentes, tantum facinus peregere, uſque ad quatuor millia quingentos, traditi, & ſuper Alarum fluvium, in loco qui Fredi (al. Ferdi) vocatur, juſſu Regis, omnes, una die, decollati ſunt &c.* (Conf. *Annal. Franc.* apud *Bitheeum*, p. 11, ad eundem annum; nec non apud *Reuberum*, eod. an. p. 24; pariter ac *Fuldenſes*, apud *Freherum*, T. I *Scriptorum Rer. German.* eod. an. p. 6.) pietatem ejus non adeo commendet, ceu communiter deprædicatur.

(e) CRUDELITATIS SUMMÆ &c. Nihil profectò tam crudele eſt, quam aliquem ad ultimum rapere ſupplicium, priuſquam ſufficienter audiatur, criminiſque convincatur, quod ejuſmodi pœnam meretur; ceu olim frequenter in Judiciis Weſtphalicis contigit. Vid. præced. lit. a, & ſeq. §. 10 & 11.

Philippi Com. *Hanovienſis*, ſub dato *Lynntz*, 16 Nov. 1489, apud *Schilterum* l. c. p. 117; ubi laudatus Cæſar: *Bekennen --- daß wir dem Edlen, Unſerm undt des Reichs Lieben Getreuen,* Philipſen *den Jüngern, Graven zu Hanaw --- diſe beſunder Gnad und Freyhait getan und gegeben haben --- daß Er, ſeine Erben, Ir Haußgeſind, Ritter, Knecht, Diener, Bürger, Lewte, Hinterſeſſen und Inſeſſen, ---- fürbaß mer von Yemand, in was Wirden, Stattes oder Weſens die ſein, an Unſerm und des Reichs Hoff-Gericht zu Rotweil, den Weſtveliſchen Gerichten, einichem Landgericht, oder andern Gerichten, nit fürgeheiſchen, geladen, noch daſelbſt beclagt, noch einicherley wider Sy, Ir Leib, Hab oder Gütter, gericht, geurteilt, procedirt, noch volfaren werden ſol, in kein Weiſe &c.* Conf. præced. Lib. 3, Tit. 17. §. 27, lit. e, ad h. a. p. 1172.

Eberhardi Ducis *Würtembergici*, ſub dato *Worms*, 20 Aug. An. 1495, apud *Limnaum*, Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XVI. §. 12, p. 374, ubi, *Maximilianus* Imp. *Daß man Ihme, und ſeinen Erben, unnd Nachkommen, Hertzogen unnd Herren zu Würtenberg, ſo jetze ſind, und füran ſein werden, und Ihr aller Diener, Manne, Lent, Underſaſſen, und die Ihnen zu verſprechen ſtehendt, gemeinlich, oder ſonderlich, für Unſer Hofgericht zu Rothweil, oder ander Land- Hoff- und Stadt-Gerichts zu oder für die Weſtphæliſchen, oder andere Heimliche Gericht, wie die Nahmen haben, oder genennt werden mögen, nicht laden, fürheiſchen, oder daran Vor- oder End-Urtheil, oder einige andere* Proceſs, *Gebot oder Verbot, umb kein Sach ---- über Sie außgehen, oder ſprechen ſollen, oder mögen, in kein Weiß &c.* Conf. ſupra, l. c. ad h. a. pag. 1172; *Gryphiander de Weichbildis*, Cap. 60, p. 150 &c. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Weſtphaliſch Gericht*, p. 999; *Klockius* cit. Vol. I. *Conſil. XV*, §. 44, p. 362; add. ſeq. §. 7, lit. e. voc. *Buchornia, Campidunum, Fridberga, Wimpena* &c.

(*d*) RECENSET &c. Deſumpta hæc, ex ſæpe fata *Dieterici*, Colonienſis ArchiEpiſcopi, *Reformatione des Freyen und Heimlichen Gerichts, und der Heimlichen Achte in Weſtphalen*, ex Mandato *Sigismundi* Imp. ſuſcepta, atque an. 1439. promulgata, apud *Goldaſtum*, cit. *Reichs-Satzungen*, Part. I, pag. 163, & Dn. *Luniginm*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Continuat. I, 3 *Fortſetzung*, §. 50, p. 89 &c. ibi Cap. 2: *Hernach folgen die Puncten, warumb man einen an das Freygericht fordern mag?*

Zum Erſten: über Chriſten Leyen Männlicher Geburt, ſo, vom Chriſten Glauben, in Unglauben abtretten und fallen.

Zum Andern: Uber die, ſo geweihete Kirchen und KirchHöff in des Heiligen Reichs Freyen Königs-Straſſen, auffſetzlich brennen, ſchänden und rauben.

Zum Dritten: Die bekendliche Verrätherey und Falſchheit betreiben, und damit umbgehen.

Zum Vierten: Die Kraen Kindelbette, und Kindelbets-Frauen, ſchänden und berauben.

Zum Fünfften: Umb Dieberey, Raub, Mord, Reroiff, und Mortbrennen, und fort, über alle diejenigen, ſo gegen die Ehr handlen, und darumb zu den Ehrn nicht antworten, noch Rechts pflegen wollen.

Loco *die Kraen Kindelbette*, §. 4. legendum eſſe: *Die Krancke*, aut cum MS. Veteri: *Kramer und Kauffleut*, arbitratur Dn. *Datt*, cit. Vol. *Rer. German.* Lib. 4, Cap. 2. §, 59, p. 732; ego exiſtimaverim, adhibendam eſſe vocem *Kram*: cum vulgare ſit, de puerperis dici, in Saxonia præſertim Inferiori, *daß Sie ins Kram-Bette kommen*; nec adſit ratio, cur privativè *mercatorum puerperas* hoc titulo intelligamus. Conf. *Klockius*, cit. Vol. I, Conſil. XV, §. 43, p. 362; *Reroiff*, idem denotare ac *Aufrubr*, ante me obſervavit *Freherus*, Tr. de *Occultis Weſtphaliæ Judiciis*, p. 29.

(10) Modus procedendi (*a*) antiquus in hoc Judicio, ex Æneæ Sylvii Europa, *Cap. 49.* talis erat: *Secretos ritus habent, & arcana quadam inſtituta, quibus malefactores judicent,*

dicent, & nondum repertus eſt, qui vel pretio vel metu revelaverit. (*b*) *Ipſorum quoque Scabinorum major pars occulta eſt, qui, per Provincias diſcurrentes, criminoſos notant, & inferentes Judicio accuſant, probantque, ut eis mos eſt: damnati* (*c*) *Libro inſcribuntur, & Junioribus Scabinis committitur executio.*

NOTÆ.

(*a*) MODUS PROCEDENDI &c. Quæ ex *Ænea Sylvio* hic adducuntur, præced. §. 4. lit. a. jam extant plenius deſcripta. Cum quibus concordant: *Joh. Tritthemius*, in *Grammatica Theodiſca Caroli Magni*, Cap. 3; nec non in *Polygraphia*, Lib. VI, verbis ibidem occurrentibus; *Paulus Æmilius*, Lib. 3, de *Geſtis Francorum*, ibid. *Aventinus*, Lib. 4. *Annal. Boicor.* Cap. VI, §. 16 & 17, pag. 314; ibid. *Münſterus*, in *Coſmographia*, lib. 3, Cap. 451, p. 1078 & 1079, ibid *Spangenbergius, in der Mansfeldiſchen Cronick*, P. 1. Cap. 85, ad An. 802, p. 80, qui, (ad verbum ſecutus *Münſterum*,) præfatum *Æneæ Sylvii* locum, lingua vernacula expreſſit, aliique plures. Plenam cognitionem de proceſſu Judicum Weſtphalicorum, ex Libris editis, haberi non poſſe, recte docuit *Bœclerus*, in *Notitia Imperii*, Lib. 13, Cap. VI, §. 6, p. m. 239, & ex eo Dn. *Datt*, cit. Vol. *Rer. German.* Lib. 4 Cap. IV, §. 1, p. 750. Specialia quædam recenſet *Turkius*, in *Faſtis Carolinis*, à Dn. *Leuckfeldo*, an. 1707, editis, ad An. 785. §. 2, v. VI, p. m. 25 &c. illuſtrationis gratia, integrum locum hic recenſebo:

Clauſo Judicii loco, poſtquam Vrigravius, & minimum quatuordecim Scabini, conſederint, non licet, niſi peractis omnibus, Vrigravio aſſurgere, aut alteri locum cedere, ſolo Cæſare demto, ſi Is caſu interveniret.

Scabinus accuſator, quem defert, jurat tali crimine (de quibus cognoſcere erant ſoliti) *pollutum eſſe.*

Nomen delati Libro inſcribitur, quem ſanguinis appellant.

Alius (quam Scabinus) *ſi accuſet, inducitur in Judicium, præferens Libellum accuſatorium unum perigium complicatis manibus, cum viridi cruce & earum* (pare) *albarum chirothecarum;* (*quod Sylvius affirmat: Reum nulla citatione, aut defenſione prævia, ubi primum comprehendi poſſit, ſupplicio affici; id ſolùm locum habet, cum tres quatuorve Scabini in flagrante crimine quemquam deprehendunt, tunc enim è veſtigio eundem & judicare & ſuſpendere poſſunt, aut, ſi reſtiterit, aliter occidere, alligatumve ſtipiti aut cultro relinquere, teſtificati: id facere ſe auctoritate Judicii Occulti.*)

De cætero, nemo citatur, niſi accuſatio legitimè præceſſerit; nemo damnatur, niſi citatus & auditus. Patritius (intelligit *Auguſtinum Patricium*, Canonicum Senenſem, qui factus Rituum Sacelli Pontificii Magiſter, ac demum Pientinus Epiſcopus creatus, Librum de *Actis Concilii Baſileenſis* conſcripſit,) *apud Spondanum* (Contin. Annal. Baronii, Tom. I, §. XXI, ad an. 1439, p. m. 868.) *ad An. Chriſti 1439, narrat, Scabinos, quos ad Judicium vocent, virga leviter percutere, vel inſuſurrare hæc verba: Alibi æque bonus comeditur panis, ac hic.*

Addit, non poſſe facile evitari Scabinos, cum ſint vulgo ignoti.

Accuſato conceduntur ſex ſeptimanæ, dies tres, intra quos comparere teneatur.

Literæ, in quibus & delictum & Citatio exprimitur, traduntur duobus Scabinis perferendæ.

Ii jurejurando adiguntur polliceri: citaturos ſe rectè, ſtato tempore; quid effecerint? relaturos ad Judicium.

Citandus ſi alicubi latet, ſcribitur ad eos, apud quos diverſatur, ut illi ſignificent, oportere, certo die & loco ſe ſiſtat; quod ſi confugerit ad arcem, quo tutò accedere non licet, citator, ſeu die, ſeu nocte, pedes, equesve, ante arcem, è repagulo ligneo tres findit particulas, inciſurisque nummum regium, & citatorias literas, includit. Tum, in teſtimonium retentit apud ſe tribus ſarmentis exciſis, acclamat vigili, ſeu Oſtiario: moneat latitantem hominem, ut in Jus adeat, feriem & cauſam cogniturum, è literis ligneo repagulo incluſis. Si nullibi reperiretur, eundum eſt Scabinis verſus quatuor Orbis Plagas, & Reus indagandus.

Delatus ſi, trina vice citatus, vadimonium deſerit, Vrigravius contra eum, ut contumacem, pronunciaturus ſententiam, ſtato die, primùm, ex proprio nomine, hominem nominat, & quatuor vicibus jubet adeſſe, & reſpondere accuſatori.

Eo non comparente, hæc verba eloquitur: Ex ſupremo Jure, quod Carolus Cæſar ſanxit, Leo Papa confirmavit, & in quod Principes, Comites, Nobiles, Liberi & Ingenui in Terra Saxonica juraverunt, Virum hunc è ſummo in infimum gradum dejicio: privo eum omnibus privilegiis, libertatibus, immunitatibus & Juribus: ſubjicio Banno Regio, odio, execrationi, hoſtilitati, & ſummæ, quæ concipi poteſt, offenſæ: facio eum indignum & incapacem omnis Juris & Gratiæ, Achtloes, Rechtloes, Segeloes, Wedeloes; denique,

que, juxta Leges Tribunalis, ad mortem condemno: Collum laqueo, corpus volucribus, in aëre conſumendum, adjudico: animam Deo Cœli commendo; Feuda & Beneficia, ſi quæ habet, caduca, & Domino aperta, pronuncio: Uxorem ejus viduam, liberos orphanos, ſtatuo.

His dictis, laqueum, vel ſalicis frondem implicatam, projicit extra Judicii locum. Aſſidentes omnes expuunt, & ſententiam approbant.

Mandatur, ſub juramento, & fide, quam Occultis Judiciis debeant, omnibus omnium locorum Vrigraviis & Scabinis, ut, ubi ubi in hominem inciderint, proxima arbori ſuffigant: Atque hæc in abſentem, qui adeſſe noluerit.

Si quis verò in Judicium præſens adducitur à Scabinis, proponitur illi accuſatio inſtituta, quam veram eſſe jurejurando confirmat Accuſator.

Rogantur Scabinorum ſententiæ, peniturque (inquit Patritius) in medio chordula, quam, qui necandum cenſent Reum, digito tangunt.

Si Reus injuſtam putet ſententiam, jubetur liberè id ipſum eloqui, ac ſedere, donec convincatur per teſtes.

Appellatio nulla valet, niſi ad Cæſarem.

Vrigravius, laturus ſententiam mortis, debet ipſe, una cum Scabinis, eſſe jejunus; non pileum, aliudve capitis tegumen, neque pallium, neque chirothecas, neque arma, geſtare, aut penes ſe habere.

Reo condemnato, executio committitur cuipiam è Junioribus Scabinis, qui, ſi imparem, aut inſufficientem, ſe exiſtimet, alterius opem implorat, qui in ſuſpendendo homine adjuvare tenetur.

His ſubjicit *Turkius: Exſcripſi hæc de Judicio Carolino maximam partem Monaſterii, è Codice MS. cujuſdam, quem aut Vrigravium, aut Scabinum, dum in vivis ageret, fuiſſe, non dubito.*

Jungi meretur *Johannes Letznerus*, qui, in *Hiſtoria Caroli Magni*, An. 1603, Hildeſiæ edita, Cap. XV, ſic loquitur: *Dieſer Gebrauch, des Heimlichen Gerichts, iſt auch, nach Zeiten, aus Weſtphalen, über die Weſer, in die Graffſchafft Wolpe, und der Oerter, kommen, und, noch bey Menſchen Gedencken, in der Voigtey zu Rothenwalde, ſo jetzo dem Fürſten zu Braunſchweig zuſteht, im Brauch geweſen: und wenn daſelbſt die Heimliche Richter und Schœppen, in ihrem Gebiete, einen gewiſt, der ſich nicht alzurichtig in ſeinem Handel und Wandel verhielt, haben ſie demſelben, für erſt, eine wohlmeinende und heimliche Warnung gethan, nemlich, Ihm, bey nachtſchlaffender Zeit, ein Zeichen an ſeine Thür gemacht; auch, in Zechen und Gelachen, die Kanne, Krug oder Glaß, für Ihm ubergehen laſſen. Wenn er dann von ſeinen Unthaten nicht abgelaſſen, und ſich nicht gebeſſert, und man unverſehens das Gerichte gehalten, haben Sie alle an dem Ort des Gerichts erſcheinen, und ſich unter dem blauen Himmel niederſetzen müſſen: dann ſind Richter und Schœppen, mit Stricken zu Ihm kommen, im Creiß dreymahl herumbgegangen, und alle zugleich folgende Worte geſprochen: Wer ein Frommer Mann iſt, der ſitze ſtill. Wer ſich nun einer Mißhandlung ſchuldig gewuſt, der hat wohl mögen aufſtehen, und davongehen: und dorffte ihm niemand folgen; der hat aber damit ſein Gut verwirckt, welches der Hohen Obrigkeit, und ein Theil an das Gerichte, angefallen. Bleibt er aber ſitzen, und Richter und Schœppen kommen zum dritten mahl, ſo werffen ſie Ihm den Strick an den Halß, trecken ihn hin, und hängen Ihn an den nächſten darzu geordneten Baum: kommen wieder, und verleſen, oder vermelden, denen im Creyß, daß der, den Sie jezt hingeführet, recht gerichtet ſey. Es weiß aber Niemand, wer unter den Schœppen der Nachrichter iſt, darumb darff und kan mans auch Niemand aufrücken, oder zumeſſen. So müſten auch Richter und Schœppen Verſchwiegene Leuthe ſeyn, und nicht aus dem Rath ſchwatzen, anders hat man Sie am Leben geſtrafft &c.* immediatè annectens: *Dieweil aber die Rodenwolder dieſes ihres gebreuchlichen Heimlichen Gerichts gemißbrauchet, hat es ihnen der Durchleuchtiger und Hochgebohrner Fürſt und Herr, Herr* Erich *Herzog zu Braunſchw. und Lüneb. zugenant der Elter, auf Anhalten des Ehrenveſten und Hochgelahrten* Juſtini Goblers, *der Rechten* Doctorn, *aufgehaben und niedergelegt, und haben ſich an dem Gemeinen Land-Gericht müſſen benügen laſſen, wie andere Unterthan deſſelben Landts.* Quæ omnia & apud *Schottelium*, cit. Tr. de *Singularibus quibuſdam & antiquis in Germania Juribus & Obſervatis*, Cap. XXIX, §. 11, p. 573 & 574 reperiuntur, licet non conſtet, unde *Letznerus* ea hauſerit. Ex alio antiquo monumento ſcripto, addit *Schottelius* l. c. pag. 574: *Wann das Vein-Recht angeſtellet, ſo mußten in einem Gerichte, oder Ambte, alle Einwohner, ſo über 12 Jahr alt waren, auf einer Heyden, oder auf einem groſen Platze, unaußbleiblich erſcheinen, ſich auf die Erde niederſetzen, da wurden dann in der Mitte etzliche Tiſche geſetzt, dabey ſaß der Land-Fürſt, ſeine Räthe und Vogte; und mußten dann die heimlichen Richter die* Delinquenten, *und* Delicta, *anmelden, die giengen dann mit einem weiſen Stocke rings herum, und ſchlugen die Verbrechere auf die Beine: wer in dem ein boſes Gewiſſen hatte, und ſich einer Leibes-ſtraffbaren Miſſethat ſchuldig wußte, dem war vergonnet aufzuſtehen, und in Tag und Nacht das Land zu reumen, und möchte auch wol den andern Schlag außhalten: wann er aber zum dritten*

 mahle

Digitized by Google

mahle getroffen ward, ſo war der Nach-oder Scharff-richter dabey, und ein Paſtor *reichte ihm das* Sacrament, *und zum negſten Baume mit ihm zu. Wer aber nur ein-oder zweymahl getroffen ward, das war eine Vätterliche Warnung, ſich hinfort zu beſſern, daher es jus veniæ, das noch Gnade dabey were, welches Wort hernach Flin-Recht genennet worden. Hertzog Wilhelm zu Lüneburg ſol in Perſohn ſolches Vein Recht zum letzten mahl, bey Zelle, gehegt und gehalten haben &c.*

Cernimus hinc: (1) proceſſum non ubique locorum fuiſſe eundem, (2) aliam fuiſſe judicandi formam in Civilibus, & aliam in Criminalibus, (3) in Cauſis Capitalibus, proceſſiſſe aliter Judices, cum quis in ipſo crimine deprehenderetur, & aliter, contra abſentes; (4) non minus diſcrimen fuiſſe inter cauſas, ubi *Scabini* ipſi delatores erant, & inter reliquas; ſimiliter (5) ubi, verſa vice, *Scabini* ipſi accuſabantur; & ubi Reus ex numero Scabinorum non erat. Quæ omnia, ex antiquis monumentis, dilucidè enucleavit ſæpe ſatus Dn. *Fleiſcher*, in cit. Diſſ. Inaug. *de Vera origine, natura, progreſſu & interitu Judiciorum Weſtphalicorum*, §. XXXIX.

(*b*) REVELAVERIT &c. Idem habent *Paulus Æmilius* l. c. *Munſterus* l. c. *Spangenberg* l. c.

(*c*) DAMNATI &c. Sæpius damnatio hæc fiebat inaudito, nedum convicto, reo; (ad exemplum Proceſſus, quo *Conradus de Marpurgo*, ejusque nefandi ſocii, Hieroſolymitani itineris Prædicatores, Sec. XIII, tot innocentes ad rogum, duci curabant; de quibus vid. *Conradus Urſpergenſ.* in Vita *Ottonis IV*, & *Friderici II*, Imperatorum, ad an. 1217, p. m. 244; præſertim *Albericus, Monachus trium Fontium*, in Chronico ad An. 1233, p. m. 543 ad 545, *Siffridus*, Presbyter Miſnenſis, Lib. 2 Epitom. ad An. 1232 & 1233; *Browerus, Annal. Trevir.* T. 2. lib. XV, ad an. 1233 &c. p. 129 &c. Dn. *Hahn*, Part. 4 *der Reichs-Hiſtorie*, Cap. 4, in Not. lit. n & o, p. 220 & 221, ubi ait, in fine: *Man halte ferner dieſen teufeliſchen* Proceſs, *mit dem* Proceſs *des Vehm-Gerichts, wie ihn* Johannes de Francofordia *beſchreibet, zuſammen, man wird leſſentlich eine ziemliche Gleichheit finden &c.*) Hinc querelæ in Comitiis Trevirenſibus, An. 1512, apud *Goldaſtum*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. 235, Tit. *Ordnung der Freyen und Heimlichen Gericht in Weſtphalen, ſo auf dem Reichs-Tag zu Trier, von Gemeinen Stenden des Reichs, fürgeben worden, An. 1512*; ibi: *Nachdem von wegen der Freyen oder Heimlichen und Weſtphaliſchen Stul-Gerichten, und Rechten, männig Bidermann umb ſein Ehre, Leib, Leben und Gut bracht worden iſt, und dadurch die Hohen Gerichte, der Bann über das Blut zu richten, (der doch bey den Hochſten* Regalien *eines iſt.) verachtet, und wieder das Gebot GOttes gehandelt wird, iſt für gut angeſehen, deme Ordnung zu geben, und machen, und beſonder, daſs, ohne Erkantnüſs der Rechten, Niemand, von wegen derſelben Gerichten, ſeiner Ehr, Leibs, Lebens, oder Guts, angefaſst oder enteuſſert werden ſolle &c.* Conf. præced. §. 4, lit. a, ut & deductio Brandenburgica, contra Civitatem Herforſenſem, ſeq. §. 11, lit. b.

(11) Hæc omnia cum eſſent crudelitatis plena, &, contra omnem rationem, inauditum condemnare, variis Imperatorum Conſtitutionibus, quas ſupra allegavimus, ſunt reformata. (*a*) Sed cum, contra has Conſtitutiones, Judex & Aſſeſſores ad priſtinos mores redirent, omninò abolitum eſt (*b*) Maximiliani I tempore, An. 1512, & cœpit, ab eo tempore, vocari: *Das verbottene Weſtphaliſche Gericht*. Vid. *Werlich in Chronico Auguſtano, Part. 2, Cap. 1, Fol. 16.*

NOTÆ.

(*a*) REFORMATA &c. De Reformatione hujus Judicii, evolvi meretur Dn. *Datt*, Vol. *Rer. German.* Lib. 4, Cap. VII, p. 773 &c. Ejuſdem mentionem faciunt: *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.* Cap. VI, §. 17, p. 314; *Chytræus, Chron. Saxon.* Lib. 3, p. 86; *Spondanus Contin. Annal. Eccleſ. Baronii*, ad An. 1439, §. XXI, p. 868, ajens: *Ex hac corruptione, ſeu degeneratione, contigit, ut primùm Fridericus III --- in Comitiis Francofurdienſibus, an. 1442, ac ſubinde Maximilianus I, ejus filius, in Wormacienſibus, anno 1495, ſtatuerint, ut hæ Judicia Vetita, honeſtis, probis, prudentibus ac peritis hominibus, non bannitis, illegitimis, perjuris, aut mancipiis (ut ſunt verba Conſtitutionum, ex quibus ſubintroductam corruptionem perſpicias) committerentur: utque hi non aliter in iis procederent, quam ab initio eſſet à Divo Carolo Magno, deinde etiam in Reformatione Theodorici, Archi-Epiſcopi Colonienſis, Mandato Sigiſmundi Imp. ſancitum: ut nimirum ad illa Judicia nemo citaretur, vocaretur, aut ſiſteretur, præterquam ob cauſas, quæ ad illa proprie pertinerent; aut qui aliâ honeſtâ ratione in ordinem redigi non poſſet.* Alii. Non immeritò prima Reformatio nominanda eſt, quæ à *Sigiſmundo* Imp. *Theodorico*, Colonienſium

Archi-

Digitized by Google

Archi-Epiſcopo, qua Weſtphaliæ Duci demandata, anno 1439 publici facta Juris; cujus præced. §. 4, lit. a, & §. 7, lit. a memini. Excepit eam *Friderici III, Reformatio Franſofurtenſis*, An. 1442, hancque *Reformatio Maximiliani, in Comitiis Wormatienſibus* ſuſcepta, an. 1495, vid. cit. §. 4, lit. a. *Deslaratio verò variorum Articulorum, ad Judisia Weſtphalisa pertinentium, à Scabinis, An. 1404, ad interrogationem Ruperti Imp. facta*, apud Dn. *Dattum* l. c. Cap. 8, p. 777. propriè huc non ſpectat. Tabulas Conſœderationis quorundam Principum, Procerum & Civitatum, An. 1461, contra iniquos Proceſſus Weſtphalicos, factæ, ſiſtit *Sshilterus*, inter Documenta Hiſtoriam *Friderici III* illuſtrantia, pag. 136; ſummam earum exhibente Dn. *Leibnitio*, Part. I *Cod. Juris Gentium*, §. 181, pag. 422. Conf. præc. Lib. 3, Tit. 3, §. 21, lit. c, p. 418.

(*b*) ABOLITUM EST &c. In Comitiis Colonienſibus An. 1512, Judicia Weſtphalica, à *Maximiliano I* Imp. ſolenni Decreto fuiſſe abolita, docet *Engelbertus Werliskius, in der Augſpurgiſshen Chronisk*, P. 2, Cap. 1, fol. 16; verb. *Das Weſtpheliſche Gericht hat biß zu Kayſer* Maximiliani I *Zeit, dursh gantz Teutſchland, gewehret. Da es aber nashmahls in Mißbraush geriethe, und eine Tyranney daraus wurde, begunte man es das Verbothene Weſtphaliſche Gericht zu heiſſen, und iſt eben durch gemelten Kayſer* Maximilian, *mit einem offentlichen* Decret, *im Jahr Chriſti 1512, auf dem Reishs-Tag zu Colln, gäntzlich abgeſshaffs worden &c.* Conf. *Joh. Adlzreuser*, Cancellarius Boicus, in *Annal. Boicis*, Part. 2, Lib. VII, Cap. 62, p. 152; & Dn. *Ericus Mauritius*, cit. Diſſ. de *Judisio Rotwilenſi*, Cap. I, §. 7, cui ſententia hæc vel propterea valde probabilis videtur, quod, teſte *Raphaële Seylero*, in *Sententiis Cameralib.* An. 1512, 9 Febr. fol. 49, ut & 27 Mart. 1538, f. 252, Proceſſus Weſtphalici in Camera, *ut vetiti*, irriti fuerint pronunciati, annoque 1515, 12 Dec. *de Proseſſibus Weſtphalisis abolendis* lata ſit ſententia; ad quos caſus *Wehnerus* quoque, in *Obſervat. Pract.* voc. *Weſtphaliſsh Frey-Gericht*, p. 509, provocat. Enimverò, cum (1) dictum Decretum Colonienſe An. 1512 nemini hactenus fuerit viſum, nec (2) in Corpore Receſſuum Imperialium reperiatur, excepto quod in *Rec. Imp. Trevir. & Colon.* dicti Anni, Part. I, §. 13 in genere dicatur: *Es ſollen auch Unſer und des H. Reichs Verwandten bey ordentlichen Inlendiſchen Rechten, außerhalb der Händel, die, nash Laut dieſer und anderer Unſer und des H. Reishs Ordnung, für Unſer Kayſerlich Kammer-Gericht gehören, gelaſſen werden, alſo, daß ein jeder in dem Gericht, darinn er ohn Mittel gehörig iſt, fürgenommen werden ſoll &c.* & §. 14: *Wo aber hinwieder Jemand den andern mit Außlendiſchem Gericht fürnehmen, oder beläſtigen, Ladung und* Proceſs *außbringen würde, ſo ſollen dieſelbe* Proceſs *und Handlung, und was darauf gefolgt wäre, nishtig und unbündig ſeyn &c.* unde verò nemo præfatam abolitionem eruere valet, inſuperque (3) in Capitulatione *Philippi*, Archi-Epiſcopi Colonienſis, de An. 1512, apud *Goldaſtum*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. 236, clare habeatur, quod quidem *im Rath der Churfürſten, Fürſten und Stände des Reishs, auf dem nechſt vergangenen Reichs-Tag zu Trier, eine Meinung und Rathſchlag vorhanden geweſt, welcher ſo er ſeinen Forgang gewonnen, die Heimliche Gerichte gantz niedergelegt worden wären*; aſt ab Archi-Epiſcopo Colonienſi id fuerit impeditum, ibi verb. *das dosh allein durch Unſern Gnädigſten Herrn, den Weſtphäliſchen Landen zu Ehrn, die bey ihren alten Begnadigungen, und Gerechtigkeiten zu behalten, verhindert worden &c.* ne dicam, (4) ex Mandato *Caroli V* Imp. *Hermannum* Colonienſem, An. 1525 novam Reformationem *der Heimlichen Gerisht in Weſtphalen* inſtituiſſe, de quo *Goldaſtus* l. c. pag. 252, inſpiciendus; (5) modò laudatum Imperatorem, ſpeciali Privilegio, adhuc An. 1545. Civitatem *Wimpinam*, à Juriſdictione Tribunalis *Weſtphalici*, exemiſſe, non levi argumento, Judicia iſta nequaquam tunc jam fuiſſe abolita; Imò (6) in ipſa *Ordinatione Camerali Auguſtana*, An. 1555, Part. 2, Tit. XX, §. 8, nihil de *abolitione*, ſed *de abuſu* duntaxat *horum Judiciorum*, ſub pœna decem marcarum auri puri, vitando, contineri, verb. *Als der Heimlichen Gericht und Freyſchæffen halben in Weſtphalen, in etlishen Reishs-Abſchieden, ſondere* Conſtitutiones, *wie es derhalben gehalten werden ſoll, aufgerisht, auch mit zehen Marck Golds, und andern* Pœnen, *verpönt ſind, ſoll der Kayſerliche* Fiſcal *jederzeit, ſo wieder dieſelben wiſſentlich gehandelt, die verwirkte* Pœnen, *ſo zum halben Theil dem Kayſerlichen* Fiſco *zugehörig, einzuziehen ſchuldig ſeyn &c.* tutius aſſeri poſſe duco, nulla Lege publica Imperiali, nec hodienum, Judicia præfata eſſe abolita, utut inſignem ſenſerint mutationem, cum *clandeſtina* minimùm *eſſe* deſierint, aliuſque planè procedendi modus in iis obſervetur; de quo *Chytræus* l. c. *Jam pridem*, (inquiens,) *per totam Weſtphaliam, hæc Clandeſtina Judicia obſoleverunt, & quamvis Scabini illi etiamnum in nonnullis, perpaucis tamen, Oppidis, ſuperſint, Judicia tamen nulla clàm, ſed omnia palàm, citatis & auditis iis, qui denunciantur, peragi ſolent. Et Magiſtratus Oppidorum ubique Judicia, tam Civilia quam Criminalia, exercet, nec Scabinis de cujuſquam ſanguine, niſi Judiciali ordine, cognoſcere permittitur &c.* Indiſtinctè tamen nec hæc

vera

Digitized by Google

vera eſſe, multa, ut credam, me jubent. de Judicio Herfordenſi, res omnino certa eſt, quod adhuc an. 1640 & ſeqq. in uſu fuerit; legi hic meretur Sereniſſ. Electoris Brandenburgici Deductio, contra Civitatem Herfordenſem, à Dn. Thoma Schlipſteinio, laudati Principis Conſiliario, conſcripta, ubi, inter alia: So gebrauchen ſich auch Bürgermeiſter, Scheffen und Rath, biß auf den heutigen Tag, der Heimlichen Gerichten; laſſen ſich mit heimlichen Ayden belegen, und haben ihre gewiſſe Lohſungen unter ſich, welche, laut ihren gehaltenen Protocollen, aus den vier Buchſtaben, und deren Außdeutung, als S. S. & G. G. Stock, Stein, Graß, Grein, beſtehen; was aber in demſelben vor ein nachdencklicher Proceſs gehalten wird, erhellet genugſahm daraus, indem Jemand der Veraydeter Heimlicher Anbringer einen Redlichen Mann, oder Ehrliche Matron, zum Exempel, eines Ehebruchs, oder andern Delicti, halber, deferirt, und in die Vroge bringet, dem Delato, ſo bald der, oder dieſelbe, citirt, das Delictum vorgehalten wird, mit dem Andeuten, daß er ſich ſtrafbahr erkennen, oder, mittelſt Aydes, purgiren ſolle; und, ob er zwar umb Communication einiger Indiciorum, oder Ihm zur Defenſion zu verſtatten, anhält, wird Ihm doch dieſelbe rotundè abgeſchlagen, auch kein Beyſtand zu ſeiner Verantwortung, ſondern allein ein Statt-Diener, welcher auch in gleichmäſſigen Ayden ſtehet, ſein Wort zu thun, zugelaſſen, auch der Delation halber nicht abgeholffen, er habe ſich dan ſtraffbahr erkennet, oder aydlich purgiret; da dan leichtlich zu erkennen, daß, ſo wohl durch ſolche Beymeſſung, und eine, auf ein Delatum, gefaßte, wiewohl unbegründete, Suſpicion, und hierauf erfolgte Citation für das Peinliche Halßgericht, ſine formali communicatione Indiciorum, & legali defenſione, eines Redlichen Mannes, oder Frauen, ehrlicher Nahme, und guter Leumuth, zum wenigſten bey dem Gemeinen Mann, ſehr verletzt, und gekranckt, auch, bey Auflegung des Aydes ohn Unterſcheid, zum offtern bey einem Schuldigen, zum falſchen Ayd, cum periculo animæ, Urſach und Anlaß gegeben, und alſo hierin, wieder alle Rechte, procedirt wird; de enormibus Judicii iſtius abuſibus, pergit Auctor; in memorata deductione: Daneben laſſen Sie ſich bevorſtehen, daß ihnen alle Information, und Examination, durch Zeugen, und ſonſten, in & extra torturam, und was darzu gehörig, contra naturam Judicii Criminalis, & contra Conſtitutionem Caroli V, zuſtehe, und davon den Richter außſchließen mogen; dabey dan, vor und nach, von den Schoffen, theils Handwercks-Leuthen, Krämern, und andern ſchlechten, und der Rechten Unerfahrnen, groſſe Fehler begangen; ja wohl, zu weilen, zu Schad und Verderblichſten, zum hochſten Nachtheil der peinlich Beklagten, und deren Leib und Lebens-Gefahr, geſündiget, zu geſchweigen, daß legitimus modus procedendi gantz invertiret, und auch wohl von den wenigen Rechtsgelahrten, zum öfftern, juxta dominatum affectionis, und nicht ſecundum integritatem rationis, & legis candorem, procediret; die defenſionales accuſatorum nicht recht erwogen, noch, über derſelben Unſchuld, Erkundigung und Zeugniß eingezogen; oder die Entſchuldigung ex officio vorgenommen: auch viele Unſchuldige, ohne genugſame Anzeige, gefänglich eingezogen: ohne beſtändig erwieſene, und ad inferendum delictum, nedum torturam, ſufficientia indicia, gar hart gefoltert: confeſſiones reorum extorquirt: auch, da die Beklagte ad bancum Juris geführet, metu ulterioris torturæ, von ihnen geſtanden: oder auch wohl, da ſie in notoriis delictis, die doch Leib- und Lebens-Straff nicht nachführen, betretten, gleichwohl aber, daß ſie gröberer delictorum, als darüber ſie beargwohnet, ſchuldig, von ihnen expreſſet werde: die Tortur, auch ſine novis indiciis, zum öfftern repetiret: und dabey nicht die geringſte Communication indiciorum, oder Defenſion, verſtattet: und dennoch endlich, wan ſie vaſt lahm und krüppelich gezogen, und unbarmhertzig gemartert, als unſchuldig loßgelaſſen worden, auch unterſchiedliche, nach der greulichen Tortur, geſtorben &c. Quos deteſtabiles abuſus Sereniſſimus Elector, Fridericus Wilhelmus, an. 1650, hiſce tandem verbis ſuppreſſit, imò in æternum abrogavit: Demnach aber das Schæpfen-Collegium von den Schæpfen-Stühlen, und Heimlichen Gerichtern in Weſtphalen, (welche publica Imperii Lege abrogirt, und überal in Abgang kommen,) herrühret, ſo ſeind Seine Churfürſtliche Durchl. gnädiglich wohl zu frieden, damit Ihre Erb-Statt Hervord deſto mehr dadurch beneficiret werde, daß daſſelbe abgeſchaffet, und die Schæpffen, (als welche bißhero einen heimlichen verdächtigen Ayd geleiſtet, und Ihres Ampts, zum Beſchwer der Bürgerſchafft, mißbrauchet haben,) ſolches ihres Ampts erlaſſen, und, an deren ſtatt, das Criminal-Gerichte hinführo, Nahmens Sr. Churfürſtl. Durchl. von Bürgermeiſtern und Rath der Statt Hervord, ſo jährlich erwehlet werden, und den Nahmen der Schæpffen führen, und deßhalb, bey der Confirmation, zugleich mit auf die Juſtitz ſchweren ſollen &c. Quæ de abrogatione Judiciorum Weſtphalicorum, publica Imperii Lege facta, hic aſſeruntur, conferenda ſunt cum modò dictis. Ex literis amici, harum rerum peritiſſimi, ad Quæſtionem: Ob noch jetzo Frey-Stühle vorhanden, welche mit den Alten Weſtphäliſchen Judiciis überein kommen? hæc didici: Ein ſolches finde ich nirgends; zwar ſchreibet Hertius (Tom. 2 Opuſculor.)

lor.) *p. 445: Utcunque ſit, hujuſmodi Liberas Sedes, in quibuſdam Weſtphaliæ locis, nondum omnino deſiiſſe, Acta recentiorum temporum teſtantur; und will ſolches mit den Frey-Stüblen von Dudinghauſen, und Aſtinghauſſen darthun: aber es ſind dieſes* Exempel, *von* anno 1609, *und jenes von* 1660. Poſt annum 1660, *finde ich keine eintzige Meldung eines Frey-Stubls, vielweniger ſo mit den Weſtphaliſchen* Judiciis *übereinſtimmig gemachet werden könte. Zwar iſt, bey der Ravensbergiſchen Außtauſchung hieſelbſt, auch noch in* anno 1664 *Erwehnung geſchehen der Frey-Stüble zu Glandorff, Bergfeld und Middendorff; Sie ſind aber auch damahls nicht mehr im Stande geweſen &c.* De *Reformatione* præfatorum Judiciorum, evolvendi in primis ſunt: *Freherus*, cit. Tr. de *Secretis Judiciis Weſtphaliæ*, p. 29 & ſeqq. *Wehnerus* l. c. *Blumius*, de *Proceſſ. Cameral.* Tit. XXX, §. 39 & ſeqq. pag. 211, Conf. præced. lit. a.

(12) Poſt hanc abolitionem (*a*) tamen adhuc hos Judices interdum ſuum Jus ſibi vindicaſſe, conſtat ex *Ordinatione Camerali de An. 1555, Part. 2. Art. XX. & ab hoc tempore non amplius hujus Judicii fit mentio in Receſſibus Imperii:* Hodieque adeo ejus memoria deleta eſt, ut ne in ipſa quidem Weſtphalia luculenta veſtigia ſuperſint.

NOTA.

(*a*) ABOLITIONEM &c. Rectius Reformationem; niſi abolitionem abuſuum, & irregularis procedendi modi antea in iis Judiciis uſitati, intelligas.

(13) Alii putant, nobis non conſtare, quo tempore, & quomodo hoc Judicium fuerit abolitum. (*a*)

NOTA.

(*a*) ABOLITUM &c. Vid. præced. §. 11. lit. b.

(14) *REGIMENTUM* (*a*) *IMPERII erat Senatus Imperii, Maximiliani I. tempore, in locum annuorum Comitiorum conſtitutus. Membris 20.* (*b*) conſtabat, eique præerat vel Imperator ipſe, vel Comes, aut Baro Imperii, tanquam Vicarius. Imperatori aut Vicario accedebat Electorum aliquis, cujus erat, Decreta Regimenti ſubſcribere. Reliqui ex aliis Imperii Statibus lecti erant, *quos vide in der Ordnung des Regiments, tit. von den Zwantzigen.*

NOTÆ.

(*a*) REGIMENTUM &c. Evolvendi hic: *Paurmeiſter* de *Juriſdictione Imperii Romani*, Lib. 2, Cap. 2, §. 111 & ſeqq. pag. 507 &c. *Beſoldus*, in *Theſauro Practico Adaucto*, voc. *Reichs-Regiment-Rath*, p. 799; *Wehnerus, Obſervat. Practic.* voc. *Regierer*, p. m. 403 &c. *Speidelius*, in *Notabil. Hiſtor. Politicis*, voc. *Regiments-Rath*, p. m. 765 &c. *Konig, Theatr. Polit.* P. I. c. 27, §. 7; *Limnaus, Jur. Publ.* Tom. 3, Lib. IX, Cap. 4, §. 27 &c. p. 129; *Rumelinus* in *Auream Bullam*, Part. 2, Diſſ. 3, §. 23, pag. 492, ibique *Mylerus*, in Additionibus. *Schützius*, Tom. I. *Jur. Publ.* Exercit. X, §. XVI, lib. B, p. 842; *Blumius*, de *Proceſſu Camerali*, Tit. XXIV, §. 7, & ſeqq. p. 83 &c. *Europaiſcher Heroldt*, Tom. I, pag. 920; Dn. *Datt*, Vol. *Rer. German.* Lib. I, Cap XXVII, §. 51 &c. pag. 189; Lib. 2, Cap. 2, §. 4, p. 222 &c. Lib. 3, Cap. XI & XII, per tot. pag. 597 & ſeqq. Origo, procul dubio, repetenda eſt à Conſiliis, in *Wormatienſibus* Comitiis, ad conſervandam in Imperio Pacem perpetuam, An. 1495. ſumtis. Inſtituto namque *Camerali Judicio*, ubi viſum fuerit Statibus, nondum hac via lites, quæ in Imperio indies cumulabantur, terminari poſſe, placuit, celebranda fore quotannis Comitia, ad minimum menſem unum duratura, in quibus de negotiis Imperii deliberandum eſſet, ut, conjunctis hac ratione conſiliis, altercationibus & rixis, ſubinde inter Status obortis, tempeſtive iretur obviam, & Juſtitia ſine impedimento adminiſtrari poſſet. Vid. *Handhabung des Friedens zu Worms*, An. 1495, §. 1; *Daß ein Reichs-Tag ſoll ein Monat wären &c.* & §. 3. Cum verò frequentes hujuſmodi Conventus magnos ſumptus requirerent, multumque moleſtiæ ſecum traherent, inſuperque negotia pleraque annuam moram non paterentur, definitum in Comitiis *Auguſtanis*, An. 1500, præter Imperatorem, Ejusve Commiſſarium,

ſeligendas ex Imperio Romano-Germanico viginti perſonas, quæ peculiarem Senatum Imperii conſtituerent, coram quo lites quælibet terminarentur.

(*b*) MEMBRIS XX. &c. Vid. *Ordnung des Regiments zu Augſpurg*, An. 1500. §. 1, *Von den Zwantzigen &c.* ibi: *Darumb, und damit ſolcher Verzug und Verſaumniß, auch der merckliche Koſten und darlegen, vermitten, und zu ander Nothdurffs der Chriſtenheit, und des Reichs Verhalten, und deſto forderlicher, und embſiger, von den obangezeigten Sachen, gehandelt und gerathſchlagt werden möge ---- haben Wir* (Maximilianus Imp.) *mit zeitigem Rath und Willen, auch zugeben und Annehmen der vorgenanten Churfürſten, Fürſten, Grafen, Freyen, Herren und Ständ, zu Uns, und wo Wir ---- perſohnlich dabey nicht ſeyn würden, zu dem, ſo Wir an Unſer Statt ſetzen werden, (der zum wenigſten ein Graff, oder Frey-Herr, ſeyn ſoll,) zwantzig Perſohnen aus dem H. Reich Teutſcher Nation, zu Unſerm und des H. Reichs Rath, gen Nurnberg, da dann Wir, und die gemeldten zwantzig Perſonen, denſelben Rath nicht anderſt, dann aus mercklichen beweglichen Noth-Sachen, nach Gelegenheit zu verrücken, Macht haben ſollen, fürgenommen und verordnet &c.* A quibus verò viginti Senatores illi fuerint nominati, habetur ibidem, §. IV: *Wie 20 Perſohnen in das Regiment genommen ſeynd?* inde hæc faciunt: *Von den ſechs Churfürſten Jedem Einer; und von den hernach geſchriebenen Geiſtlichen und Weltlichen Fürſten, zween Fürſten, ein Geiſtlicher, und ein Weltlicher, perſohnlich ----- weiter, ſind die andere 12 Perſonen jetzt hie, durch Uns, auch Churfürſten, Fürſten und andere Ständ, hie verſammlet, genommen und verordnet, wie folgt: Nemlich Einer aus Unſern Oeſterreichiſchen; und der Ander, aus Unſers Sohns, Ertz-Hertzogen* Philipſen *Erb-Landen.* Item, *vier* Prælaten, *von der* Prælaten *wegen des H. Reichs ----* Item, *ſo ſoll auch ein Graff, von der Grafen wegen des H. Reichs, im Reichs-Rath ſeyn ----* Item, *ſollen auch alle Viertheil Jahrs, zwo redliche verſtändige Perſonen ---- von der Frey- und Reichs-Städt wegen, im Reichs-Rath ſitzen; ----- Die Ander Sechs Perſonen, die von der Ritterſchafft,* Doctorn, *oder* Licentiaten, *ſeyn aus den hernach beſtimten Kreyſen, nemblich aus Jedem Einer, genommen &c.* Occurrunt autem ibi Circuli: *Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus Superior, Weſtphalicus, & Saxonicus Inferior.*

(15) Poteſtas & facultas ei erat ampliſſima: *Es hatte vollkommene Gewalt.* (*a*)

NOTA.

(*a*) VOLLKOMMENE GEWALT &c. Arg. cit. *Ordnung des Regiments zu Augſpurg*, de An. 1500, §. 1, *Von dem Zwantzigen &c.* ibi: *Und ſonderlich von Uns vollkommen Gewalt, Macht und Befehl haben ſollen, den Wir Ihnen auch hiemit, in krafft diß Briefs, geben, alle und jede, Unſere, als Romiſchen Konigs, und des H. Reichs-Sachen, Recht, Fried, und ihrer beyder Vollziehung und Handhabung, auch Wiederſtand gegen den Unglaubigen, und andern Anfechtern der Chriſtenheit &c. antreffen ---- für ſich zu fordern, zu handlen, mit Fleiß zu betrachten, zu rathſchlagen, und endlich zu beſchlieſſen, nach ihrer beſten Verſtändnus &c.* Jung. R. I. *Auguſt.* an. eod. §. XXXV, *von des Reichs Regiment, Macht und Gewalt &c.* verb. *Ordnen, meynen, ſetzen und wollen, daß alle die Ordnung und Artickel, ſo zu vergangenen Reichs-Tägen, auf die Jährliche Verſamblung, geſetzt geweſen ſind, nun hinfüro, in aller maſſen, auf dem vorgenannten Reichs-Regiment ſtehen ſollen, wie die hiebevor auf den Jährlichen Verſamblungen geſtanden ſind, alſo, daß nun hinfüro das verordnet Reichs-Regiment alles und jedes darin zu handeln, zu thun, zu laſſen, haben ſoll, das die Jährliche Verſamblung zu thun gehabt hat, oder halten (handeln) ſolt &c.* Notandum tamen, ſucceſſu temporis poteſtatem Regimenti hujus non parum fuiſſe temperatam, vel *Seilero* teſte, in *Sententiis Cameralibus*, d. 20 April. 1509, fol. 39 exemplum producente, quod Imperialis Camera Spirenſis ſuper nullitate proceſſus Regiminis Imperii Norimbergenſis cognoverit; conſ. *Wehner* l. c. pag. 404.

(16) An autem etiam in cauſis civilibus & privatis, præter cauſas publicas, judicare potuerit, non conſentiunt DD. Alii dicunt, habuiſſe concurrentem jurisdictionem cum Aulico Imperatoris Conſilio. *Vid. Leipold.* (*a*) *de concurr. jurisdict. quæſt. 8. circa fin.*

NOTA.

(*a*) LEIPOLD &c. Traditque *Mauritius*, in Diſſ. de *Judicio Rotwilenſi*, C. I, §. 2, *Leipoldum* haud abſurdè hoc notaſſe; cui ſententiæ verò obſtant, quæ *Limnæus*, Lib. IX. *Jur. Publ.* Cap. 4, §. 29, pag. 129, & Dn. *Datt* l. c. Lib. 3, Cap. XII, §. 160 & ſeqq. p. 622, habent.

(17) Alii

(17) Alii hoc negant, quia quotieſcunque ſe miſcere voluit litibus, Ordines contradixêre. *Vid. Limn. lib. 9. cap. 4. num. 19.*

(18) Hæc poſterior opinio magis videtur convenire & fini, propter quem fuit conſtitutum, & verbis Ordinationis Regimenti *tit. von den Zwantzigen.* Sane in Comitiis Norimbergenſibus Senatui huic impoſitum, ut judiciales cauſas ad ordinaria alia judicia transmitteret. *R. A. zu Nürnberg de anno 1529. §. Fürter ſol unſer Statthalter.*

(19) Anno 1531. hoc Regimentum Imperii jam in uſu eſſe (*a*) deſierat, *ut patet ex Reformatione des Kayſerlichen Cammer-Gerichts. de anno 1531. §.* item *dieweil das Regiment gefallen*, 50. & hinc quidam falsò ſtatuunt, hoc Imperii Regimentum fuiſſe abrogatum à Carolo V. (*b*) ut eo facilius Monarchiam abſolutiorem in Imperium introduceret. *vid. dict. Receſſum dict. §. ibi: gefallen.*

NOTÆ.

(*a*) IN USU ESSE &c. Regimentum Imperii jam anno 1530. fuiſſe ſublatum, ex quo ſcil. Status Imperii ſuis ſumptibus illud amplius ſuſtentare noluerint, poſt *Sleidanum*, lib. VII. ad finem, tradunt *Limnæus* l. c. §. 27, p. 129, & *Blumius*, de *Proceſſu Camerali*, Tit. XXIV, §. 8, pag. 83. Conf. R. I. *Auguſtan.* An. 1530, §. 73, *Weiter. nachdem &c.*

(*b*) A CAROLO V. &c. Minimum non prius in deſuetudinem abiit, quam creſcente Caroli autoritate ac potentia. Vid. *Paurmeiſter* l. c. §. 114, pag. 508. *Webner* l. c. pag. 404.

TIT. V.
DE AUSTREGIS.

Olim, turbulento Imperii Statu, cum judicia non bene eſſent conſtituta, & is potior eſſet jure, qui erat potentior; Principes ſoliti ſunt inter ſe invicem arbitraria, ſive compromiſſoria, judicia inſtituere, quæ à Germanico *auſtragen*, Auſtregæ (*a*) dicta ſunt.

NOTA.

(*a*) AUSTREGÆ &c. Materiam hanc ſingulari ſtudio enuclearunt: *Georgius Schubartus*, Tr. de *Auſtregis S. R. Imperii*, *Coburgi* 1631, *Heidelberga & Lugduni*, An. 1663, impreſſ. *Fridericus Lentius*, in *Themat. Synopt.* de *Privilegiat. Immediatorum Inſtant. Quirinus Cubach*, de *Commiſſariis Ordinationis. ſeu, Privilegiata Procerum Inſtantia, vel, Judicibus Auſtregarum*, apud *Arumæum* Vol. 4. *Jur. Publ.* Diſcurſ. XXXVI, pag. 128 &c. *Wolffgangus Chriſtophorus Quetz*, Diſſ. de *Foro Auſtregarum*, Præſide Ill. *Samuele Stryckio*, Francofurti ad Oderam, An. 1670, habita. *Benedictus Heideman*, Colberga-Pomeranus, Diſſ. de *Proceſſu Auſtregarum*, eodem Præſide, eodemque Anno, ventilata. *Joh. Volckmarus Bechman* Diſſ. de *Auſtregis*, An. 1670; Ill. *Schützius*, Vol. 2, *Jur. Publ.* Exercit. 3, de *Auſtregis*, p. 117 &c. *Joh. Bartholomæus Herold*, Wormatienſis, Diſſ. de *Auſtregis*, Præſide Ill. *Henrico Coccejo*, An. 1673, 27 Sept. Heidelbergæ, publico examini oppoſita. *Helvicus Dieterich*, Diſſ. de *Auſtregis*, ſub Præſidio Dn. *Joh. Strauchii*, An. 1671, Menſ. Majo, Jenæ defenſa; *Kopf* de *Auſtregis*, à Dn. *Thulemario* Cap. XIX. *Octoviratus*, §. 38, pag. 303, commendatus; Ill. *Coccejus*, Diſſ. de *Notione & Executione Auſtregarum*, Francofurti ad Viadrum, An. 1690; Conf. ejusdem *Juris Publici Prudentia*, Cap. XXXII, §. 26 & ſeqq. pag. 458 &c. *Jacobus Blumius*, de *Proceſſu Camerali*, tot. Tit. XVII, qui de *Auſtregis* agit, pag 110 &c. *Beſoldus*, in *Theſaur. Practico Adaucto*, voc. *Auſträg*, p. 64 &c. ibique *Dietherr*, in Additionibus. *Speidelius*, in *Notabilibus Hiſtorico-Juridico-Politicis*, voc. ead.

 p. m.

Digitized by Google

p. m. 79 &c. *Webnerus*, *Obſervat. Pract.* voc. ead. p. m. 58; *Job. Rudingerus*, *Singular. Obſervat. Juris*, Centur. I, Obſervat. 50, p. m. 573 &c. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. 2, Claſſ. 2, Cap. XVI. de *Judicio Auſtregarum* inſcripto, pag. m. 969 &c. *Limnæus*, Tom. 3. *Jur. Publ.* lib. IX, Cap. V, cui Tit. de *Auſtregis*, p. 148 &c. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VI, §. 53, p. m. 269, (267) & §. 61, 62 & 63, p. 274 & ſeqq. *Rumelinus* ad *Auream Bullam*, Part. 2, Diſſ. I, p. 323 &c. ibidemque *Mylerus* in Additionib. pag. 325 &c. Idem Dn. *Mylerus*, Tr. de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XX, §. 39 & ſeqq. p. 218 &c. *Gylmannus*, Tom. 3. *Symphorematis Supplicationum Cameral.* verb. *Auſträg* pag. 51 &c. *Petrus Friderus*, Mindanus, de *Proceſſ. Cameral.* Cap. XVI, ad XIX, pag. 62 ad 77, & Lib. 3, Cap. 4, §. 6 & ſeqq. p. 33 &c. & Cap. VI, §. 12, v 24, p. 66; *Deckherr*, in *Concordia Supremorum Tribunalium S. R. I.* p 130; Ill. Dn. *Weipertus Ludovicus Fabricius*, ad *Mynſingeri Obſervationes*. Centur. I, Obſervat. 89 & ſeqq. p. 145 &c. *Daniel Otto Jur. Publ.* Cap. XVII, p. m. 552 &c. *Textor*, ad R. I. de An. 1654, Diſſ. 3; *Europæiſcher Herold*, Tom. I, p. 921 &c. Dn. *Datt*, Vol. *Rer. German.* Lib. I, Cap. XXVII. tot. p. 185 &c. *Hofmannus*, in *Reſponſionibus Juris*, an. 1696. vulgatis, in Appendice, modum inſtituendi Proceſſum Auſtregarum accuratè deſcribens; Ill. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. 4. Tit. 2, p. 554, & ſeqq. *Bæclerus*, *Notit. Imper.* Lib. XIII. Cap. V. pag. 236 &c. *Kulpiſius*, ad *Monzambanum*, Part. 2, Cap. V, §. 19, p. 122 &c. *Schilterus*, T. I. *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. 4, Tit. 7, pag. 371 &c. Illuſtriſſ. Dn. *Job. Guilielmus Com. de Wurmbrand* Auguſtiſſimi Conſilii Aulici Cæſarei Vice-Præſes, Diſſ. de *Foro S. R. I. Principum* Claſſ. 3, §. 2 &c. p. 44 &c. Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ* Part. ſpec. Sect. 2, Cap. 17, p. 970 &c. Dn. *Struvius*, in *Hiſtoria Juris*, Cap. X, §. 13, p. 834; & in *Syntagmate Juris Publici*, Diſſ. 24, §. 36 & ſeqq. p. m. 534 &c. Dn. *Nitzſchius*, ad *Capitulat. Joſephi.* Art. XVII, §. 5, pag. 385 & ſeq. Illuſtr. Dn. de *Ludewig*, de *Prærogativis Würtembergici Ducatus*, Sect. 2, Cap. 4, §. 7, p. 93 &c. Dn. *Brunnemannus*, in *Examine Juris Publici*, Lib. V, Cap. 2, p. 139 &c. Dn. *Lunigius*, Part. General. *des Reichs-Archivs, im Andern Theil*, Cap. 2, p. 53; Interpretes Juris Publici reliqui.

Vocem hanc, Germanico-Latinam, originem debere vocabulo *Auſtragen*, fatentur omnes. Aſt *Auſtrag* idem eſſe ac *Erörterung oder Schliehsung eines Dinges, darüber man ſtreitig iſt*; diſcimus ex ipſa *Ordinatione Camerali Auguſtana* An. 1555, Part. I, Tit. 3, §. 1, *Und dieweil &c.* ibi: *Und die Partheyen zu Austrag und Erœrterung treulich zu fördern &c.* Jung. Part. 2, Tit. VIII, §. 1, 2, 3, 4. 10, 12, ibique verb. *Zu endlichem Auſtrag, Recht-Spruch und Urtheil &c.* 13, 14 &c. ut & ex R. I. *Auguſtano*, An. eod. §. *Und ob ſolcher Beſtellunge halben*, 22. verb. *Und ob, ſolcher Beſtellung halben, Zweyſpalt und Miſsverſtand fürfielen, ſo ſollen ſich die Partheyen etlicher Scheids-Perſonen ----- vergleichen, die, nach ſummariſcher Verhörung beyder Theil, in ſechs Monaten erkennen: was und wie viel. zu Unterhaltung obgemelter* Miniſterien *und Stück. gegeben werden ſoll? ---- ehe und dan dieſer Güttliche Auſtrag, oder Beſcheid der Entſchieds Perſonen, und, auf den Fall, Obmans, erfolgt &c.*

Non uſurpatur in numero ſingulari, ſed tantum in plurali, ad denotandum, hoc titulo non tam ipſum indigitari Judicium Auſtregale, quam perſonas, de cauſis litigioſis in prima Inſtantia cognoſcentes. Vid. *Schilter* l. c. Quotupliciter alias vox *Auſtrage* ſumatur? docet *Blumius* l. c. §. 4. p. III. In utroque genere ſcribi poteſt, in *Maſculino*, ſi Judices Auſtregales intelligamus; in *fœminino*, ſi ipſas Inſtantias, ſeu controverſiarum diſceptationes, judiciales, earumque finitiones, exprimere velimus. Conf. *Blumius* l. c. *Schütz* l. c. §. 2, lit. G, p. 118. *Rhetius* l. c. *Schweder* l. c. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudent.* l. c. §. 27, p. 459.

(1) Contigit id, circa medium Seculi XIII. in diuturno illo Interregno; *(a)* & poſtea cum *Maximilianus I.* Judicia Germaniæ reformaret, *(b)* quia videbatur niti æquitate, ut Statibus Imperii Immediatis Jus quoque duarum Inſtantiarum tribueretur, *(c)* ſicuti cuilibet privato, eas, in Ordinatione Camerali, confirmavit, & certam formam iis præſcripſit. *Conring*, *dict. diſp. de Judiciis Germaniæ*, §. 53.

NOTÆ.

(a) INTERREGNO &c. Originem Auſtregarum à temporibus Carolingis repetendam eſſe, veterum diplomatum fide, (in quibus formula habetur, quam in Privilegio *Ludovici Germanici*, quo Ar-

(*b*) EHEHAFFTEN &c. Vocabulo hoc intelliguntur in genere Impedimenta, quæ ipſa Lex approbat, ut ſunt: Incarceratio, morbus, cultus divinus extra Provinciam, Servitia Domino Territoriali debita &c. Hine *Land-Recht &c.* Lib. 2, Art. VII: *Daſelbſt findeſtu was Ehehaffte-Not ſey? und wollens hie ſagen: Zum Erſten, Gefængniß; ut ff. de Capit. & Poſt. L. Bona. Die Ander Sach iſt: Siechtum; ut C. Ex quibus Cauſ. Major. in integrum reſtit. per tot: Und ſonderlich ſolche Sucht, da einer nicht an gewandern kund; ut ff. Si quis Cauſ. 1. 2. Die Dritte Sach iſt:* Gottes-Dienſt auſſer dem Land. *Es ſoll aber einer dieſes Falles ehr mit Ladung nicht begriffen werden: ut C. Ex quibus Cauſis manum: non licet, L. 1. in fine. Die Vierte Sach iſt: Herren-Dienſt, ut C. de Reſtit. Milit. L. Si quid; & L. Ignorare &c.* Longè plures recenſentur in cit. *Reformatione Ordinationis* hujus Judicii, de An. 1572, Part. 2, Tit. V, apud *Goldaſtum*, P. 2 *der Reichs-Satzungen*, pag. 313 Add. *Wehner* Comment. in hunc locum *Reformatæ Ordinationis*; idem, *Obſervat. Pract.* voc. *Ehehafften*, p. 93 & 94; *Knipſchild*, de *Privilegiis Nobilit. Immed.* Lib. 3, Cap. 23, §. 723, p. 124 &c. & de *Privilegiis Civitatum Imper.* Lib. 2, Cap. 33, §. 256, p. 569 &c. *Mauritius* l. c. Cap. 3, §. 4 & ſeqq. Dn. ab *Uffenbach*, de *Judicio Aulico (vom Reichs-Hof-Rath)* cit. Cap. XII, Subſect. 2, p. 150 &c. *Johan Georg von Zimmern, Manual. Cæſareo-Dicaſterialis*, Part. 2, Quodlib. 4; *Europaiſcher Herold*, Tom. I, p. 919 &c. *Nitzſchius*, ad *Capitulat. Joſephi*, Art. XVII, §. 9, p. 389; *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, Part. I, §. 19, p. 1136; Idem, Part. 2 *Spicilegii Eccleſ.* Cap. 4, p. 200, & 201. Cum numerus eorum nimium extenderetur, de eis abrogandis haud ſemel actum. Vid. *Capitulat. Leopoldi*, Art. XVIII, *Joſephi* Art. XVII, *Caroli VI* Art. XVIII. Hodiè non alios caſus *pro Ehehafften* cenſeri, quam qui nominetenus in præfata *Reformatione* exprimuntur, dudum notarunt *Wehner* ll. cc. *Knipſchild* ll. cc. *Speidelius* l. c. Conf. ſeq. §. 17, lit. b, & §. 22.

(16) *Ehehafften* autem hic ſunt Caſus reſervati Rothwilenſibus in ſuo Judicio ventilandi, quos, ad Avocationem Statuum privilegiatorum, non remittunt.

NOTA.

(*a*) REMITTUNT &c. Rectè *Nitzſchius* l. c. *Sunt verò Cauſæ illæ reſervatæ (die Ehehafften) nihil aliud, quam Cauſæ ab Exemptionibus exceptæ, ita, ut ſi vel maximè quis à Juriſdictione Judicii ordinariè exemptus ſit, tamen illa Exemptio, in reſervatis hiſce Cauſis, non attendatur.* Conf. *Knipſchild* de *Privilegiis Nobilit.* l. c. §. 722, p. 124.

(17) An autem Privilegia poſſint concedi, contra iſtiusmodi *Ehehafften?* Rotwilenſes negant, (*a*) Quia Privilegia ipſorum ab Imperatoribus ſunt confirmata Clauſulis caſſatoriis, derogatoriis, & irritantibus, quarum nullus eſſet effectus, ſi aliquis planè ab hoc Judicio eximi poſſet. Alii affirmant, (*b*). Quia Imperator, ex legitima Cauſa, non ſuo ſolum, ſed & aliorum Privilegio, derogare poteſt: id quod vel in hoc Judicio, & hac ipſa Quæſtione, experientia docet. Electores (*c*) enim, Domus Auſtriaca, (*d*) Epiſcopus

ſcopus Argentinenſis, (*e*) Dux Würtenbergenſis, (*f*) etiam contra *die Ehehafften* privilegiati ſunt, excepto caſu denegatæ Juſtitiæ, (*g*) *Vid. Wehner, in Notis ad Reformationem, P. 2. Tit. I.*

NOTÆ.

(*a*) NEGANT &c. Etiamſi Privilegia Exemptionis Clauſulam: *Umb was Sachen das wäre*, continerent. Quia *Ehehafften* generalitate hac non comprehenduntur. Vid. *Maximiliani II* cit. reformata Conſtitutio An. 1572, P. 2, Tit. V, apud *Goldaſtum*, cit. P. 2 *der Reichs-Satzungen*, p. 313: *Obwohl, folgender Zeiten, durch Hoch-und Niedere Stände des Reichs, vielerley Freyheiten und* Exemption, *wieder vielgemelt Unſers Hof-Gerichts (zu Rothweil)* Juriſdiction, *und Gerichts-Zwang, erlangt, ſo wollen Wir doch, daſs die hernach beſtimte Sondere Fehl* (Caſus) *die ſo man Ehafften nennt, und durch Unſere Vorfahrn am Reich, Unſerm Hof-Gericht zu rechtfertigen gegeben, und von denſelbigen* ſucceſſivè, *wie auch durch Uns*, confirmirt *und beſtättiget, der darwieder außgebrachten Freyheiten (denen Wir hiemit, aus Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit*, derogirt *haben wollen) unverhindert an Unſerm Hof-Gericht gerechtfertiget, erörtert, und auf Abfordern*, *nit* remittirt *noch gewieſen werden ſollen &c.* Add. *Meichſner*, Tom. 3 *Deciſ. Cameral.* Dec. 31, §. 4, p. 992; *Gylmannus*, Tom. 4 *Symphorematis*, Part. 1, Voto 37, f. 312; *Mauritius* l. c. Cap. 2, §. XI. *Limnaeus*, lib. IX *Jur. Publ.* Cap. 3, §. 9, p. 114 & 115.

(*b*) AFFIRMANT &c. Inſpiciendæ hic Statuum Circuli Suevici Querelæ, An. 1641, in Comitiis Imperii prolatæ, apud *Londorpium*, Tom. V Contin. *Act. Public.* Lib. I, Seſſ. 145, p. 680, lit. D. *Daſs auch das Hof-Gericht (zu Rotweil) Ihre Ehehafftinnen, wieder die Ordnung, auch andere in derſelben nicht begriffene Fälle, alzuweit, darzu aignes Gefallens, zu* extendiren *ſich unterſtehet, und alſo die Ständ, und dero Unterthanen, ſonderlich die Jenige, ſo auch wieder die Ehehafften* in ſpecie privilegirt, *mit* Proceſſen *zum Hochſten beſchwert werden &c.* Conf. *Gylman* l. c. Tom. 2, Part. 2, Voto 3, §. 20, fol. 12, *Wehner*, apud eundem, cit. Tomo VI, Cap. 3, §. 1, p. 48, & in *Obſervat. Pract.* voc. *Ehehafften*, p. 93; *Meichſner* l. c. *Knipſchild*, de *Jurib. Nobil. Immed. Imperii*, cit. Lib. 3, Cap. 23, §. 709, p. 122.

(*c*) ELECTORES &c. Potentiſſimos hos Principes etiam exemptos eſſe à Juriſdictione Rotwilenſis Judicii *quoad Ehehafften*, obſervarunt *Wehner*, in Comment. ad *Reformationem* hujus Judicii P. 2, Tit. V, f. 87, & 108; *Knipſchild*, de *Juribus Nobil. Immed. Imperii*, lib. 3, Cap. 23, §. 709, p. 122, & §. 731, p. 125; *Mauritius* l. c. Cap. 2, §. IX.

(*d*) AUSTRIACA &c. Excepto caſu denegatæ Juſtitiæ, vid. *Gylman* Tom. I, Symphorematis, Part. 2, Tit. 11, Voto 6, f. 245; *Wehner*, de *Modo appellandi in Camera*, apud *Gylmannum*, l. c. Tom. VI, Cap. 2, fol. 29 & ſeqq. ubi Diplomata, huc pertinentia, quorum præcipuum huc faciens *Caroli V*, Auguſtæ Vindelicorum, 8 Sept. An. 1530, datum, ibidem occurrit, p. 34, ut & apud *Londorpium*, Tom. 4 *Act. Publ.* lib. 3, Cap. 90, p. 636; & *Limnaeum*, lib. V *Jur. Publ.* Cap. 2, p. 39 &c. ibi: *Ob aber von des Reichs-Hof-oder Cammer-oder einigen andern Gerichten des Reichs, zu Weſtphalen, zu Rotweyl, oder andern Frembden Hof-und Land-Gerichten, wie vorſtehet, wieder des gemelten Hauß Oeſterreich, und ſeiner zugehörigen Land-Unterthanen, und Verwandten, auch wie vorſtehet, ichts* arretirt, mandirt, *gebotten, verboten, geurtheilt, geſprochen, oder gehandelt würde, daſſelbige ſoll alles nichtig, kräfftloß, todt, ab, und* caſſirt *ſeyn &c.* Add. *Knipſchild* l. c.

(*e*) ARGENTINENSIS &c. Pertinet huc inprimis Diploma *Maximiliani II*, ſub dato *Speier*, An. 1570, 24 Oct. *Johanni* Epiſcopo ſcriptum, apud *Wehnerum*, cit. Tom. VI *Gylmanni*, Cap. 3, §. 1, p. 48, verb. *Wo aber obgedachte Unſers Fürſten, des Biſchoffs, und Sr. Andacht Stiffts Straßburg, Leut, Unterthanen und Zugehörigen, durch Jemands, wer daſelbſt ſeyn möcht, oder würde, an einig Unſer und des Reichs Hof-Gericht zu Rothweil, Land-Gericht zu Hagenaw, andere Lant-oder Weſtphäliſch Gericht, dann hierinn begriffen iſt, geheiſchen, geladen, daſelbſt beklagt, oder wieder ſie, ihr Leib, Haab oder Güter, deßgleichen Gelübd und Eyd, Gewaltſame, Glimpff, Freyheit, Verzug, oder anders, gerichtet, geurtheilt, oder* procedirt *würde, in was Schein, oder wie das beſchehe, das alles und jedes ſoll gantz kräfftloß, unbündig und untüchtig, und den Fürgeladenen, an Ihren Ehren, Leib, Haab und Gütern, auch allen andern vorbeſtimpt, gantz unvergreifflich und unſchädlich ſeyn &c.* Conf. *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. *Ehehafften*, pag. 94, Diſcurſus *Gylmanni* l. c. Tom. 2, Part. 2, Voto 3, fol. 12, §. 20. *Knipſchild* l. c.

(*f*) WÜRTENBERGENSIS &c. Vid. præced. §. 13, lit. h.

(*g*) JUSTITIÆ &c. Benè *Knipſchild* l. c. lib. 3, Cap. 23, §. 731, p. 125: *Obſervandum quoque hic venit, quod, licet quis privilegiatus ſit contra Ehehafften, ſemper tamen caſus denegata Juſtitiæ*

4 T 3 (*quo*

(qui eſt 22 Ebehafften.) exceptus intelligatur, atque ita Privilegium Exemptionis der Ebehafften, ad Caſum denegatæ Juſtitiæ extendi nequeat. Innocent. in C. Qua Eccleſiarum, n. 3. de Conſtitut. Berous, Conſ. 76, n. 25, Vol. I. Webner, in Not. dicti Tit. V (Part. 2, Reformat. Ordinationis Maximiliani II, an. 1572) *fol. 107, in fin. & ſeq. Mauritius,* de *Judicio Rothwilenſi,* Cap. 2, §. IX. *Speidelius, Notabil. Juridico-Hiſtorico-Polit.* voc. *Rotweiliſch Hof-Gericht.* p. 800, §. *Et quamvis &c.* & §. *Privilegiati. Knipſchild* l. c. §. 709, p. 122; *Mylerus, ad Rumelinum,* in A. B. Part. 2, Diſſ. I, §. 3, p. 283.

(18) Iſti, qui ſe Exemptos contendunt, ut avocare ad ſe Cauſam poſſint, debent Privilegium Exemptionis Judicio Rothwilenſi exhibere, (*a*) Vel Authenticum, vel ejus Exemplar, quod fidem meretur, niſi jam ante notum ſit ipſi Judicio, ut Privilegium Electorum. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) EXHIBERE. Nititur hæc productio cit. *Reformatione Ordinationis* hujus Judicii *Maximiliani II.* An. 1572, Part. 2, Tit. 4 apud *Goldaſtum.* P. 2 *der Reichs-Satzungen.* p. 312 & 313, & Dn. *Lunigium.* Part. General. *des Reichs-Archivs,* Contin. I, *in der Erſten Fortſetzung.* §. 32, p. 243; ubi; *Wollen Wir. daß es hinfürter, alſs folgt. gehalten werden ſoll, nemblich: welche (es ſeyen Fürſten, Grafen. Herren, Stätte, oder Andere) in dem vorgemelten Hof-Gerichts-Circkel begriffen, in gemein. oder inſonderheit, von Römiſchen Kayſern, oder Königen, Unſern Vorfahren am Reich, für das jetzt berührt Unſer und des Reichs Hof-Gericht zu Rotweil begnadet und gefreyet ſein, ſich ſelbſt, oder die Ihren, wann die für daſſelb Unſer Hof-Gericht geheiſchen und geladen werden, in krafft ſolcher Ihrer Freyheiten, davon ziehen, und abfordern wellen, daß dieſelben Ihre Freyheiten, oder glaublich* Vidimus *davon, unter eines Römiſchen Kayſers, oder Königs, oder des berührten Hof-Gerichts zu Rotweil, Inſiegel, daſelbſt vor Hof-Gericht zu zeigen, fürzubringen, und zu verhören zu laſſen, ſchuldig ſeyn ſollen, damit der Kläger, ſo alſsdann die Sachen geweiſst werden, wiſſen könte, wie, und welcher maſſen, er ſeinem Rechten nachkommen möge? es wäre dann, daß Sie ſolch Ihr Freyheit, oder glaublich beſiegelt* Vidimus, *als obſtehet, davon vormahls vor dem berühreen Unſerm Hof-Geriche fürbracht,* oder inſinuirt, *und daſelbſt bey dem Hof-Gericht gelaſſen, oder in das Gerichts-Buch, nach Gewohnheit, einſchreiben, und verzeichnen laſſen hätten; alsdann werden Sie dieſelben Ihre Freyheiten, oder* Vidimus, *davon weiter fürzubringen nicht pflichtig: doch in ſolchem Unſer und des H. Reichs Chur-Fürſten außgeſcheiden, die ſeind derſelben Ihre Freyheiten, nachdem die in der Gülden Bull geſetzt, und kündig, vor Hof-Gericht fürzubringen, noch zu zeigen, nicht pflichtig, ſondern dieſelben mögen die Ihren, wann die für das gemelt Unſer Hof-Gericht fürgefordert und geladen werden, allein durch Ihr offen beſiegelt Brief, abfordern, die auch darauf, nach Hof-Gerichts-Ordnung. gewieſen werden ſollen &c.* Qui paſſus etiam jam in *Ordinatione,* quæ vulgò *Conrado III* vindicatur (Part. 3, Tit. 1, apud *Goldaſtum* l. c. P. I. p. 10 & 11) reperitur, unde ſimul eluceſcit, quam malè laudatus Imperator Conſtitutionis hujus Auctor conſtituatur, cum Ipſius ætate Collegium Electorale nondum innotuerit, ceu præced. §. 4, lit. a, annotavi. Conf. *Webner,* Comment. in hunc locum *Ordinat.* l. c. f. 85. *Meichſner,* Tom. 3 *Deciſ. Cameral.* Deciſ. 31, §. 27, f. 996 & 997. *Paurmeiſter.* de *Juriſdict.* Lib. 2, Cap. 7, §. 15, p. 775. *Knipſchild* l. c. §. 714, p. 123, & §. 747, p. 127. ubi *Joh. Conradi Kreidenmanni,* Immediatæ Nobilitatis Sueviæ Advocati, Conſilium, An 1631, 3 Mart. Nobili cuidam datum: *Wann ein Stande, oder Freye Adels-Perſohn. eine Befreyung für diß Gericht, bey Kayſerlicher Maj. rechtmaßig außgebracht, und ſich derſelben nützlich bedienen will, ſo muß er, Erſtlich, ſolche Freyheit dem Hof-Gericht ordentlich* inſinuiren, *und vor dem Hof-Gericht zeigen, fürbringen und ableſen laſſen; zum Andern, muß entweder das* Original *ſelbſten, oder ein glaubwürdig* Vidimus *davon, und dieſes entweder unter eines Römiſchen Kayſers, oder Königs, oder des Hof-Gerichts zu Rotweil Inſiegel, vorgewieſen werden &c.*

(*b*) ELECTORUM &c. Ceu ex Verbis Maximiliani II, præc. lit. a, prolatis, cognoſcendum.

(19) Inſuper Avocatio debet fieri juſto tempore, (*a*) ante, non poſt, Litem conteſtatam, & Dominus avocans non tantùm Juſtitiam offerre, & adminiſtrare, (*b*) ſed etiam Actori ſalvum Conductum præſtare debet.

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) JUSTO TEMPORE &c. Ita *Kreidenmannus* apud *Knipſchildium* l. c. §. 752, pag. 127: *Sextò, ſoll und muß die* Editio *und* Inſinuatio *der Freyheit am Hof-Gericht zeitlich geſchehen, ehe und dann daſelbſten Erkantniſſen, ſonderlich Anleit-Brief, oder Bann und Acht, zu geben und erkant werden, und ſolln vornemlich in einer vor Hof-Gericht hangender Sach vorgebracht werden, vor der Kriegs-Beveſtigung, oder* Litis Conteſtation &c.

(b) ADMINISTRARE &c. Contra caſum enim *denegata Juſtitia*, nullum valet Privilegium. Vid. præced. §. 17, lit. g.

(20) Privilegium, quamvis inſerta habeat verba: *Umb vvas Sachen das vvare;* non comprehendit Caſus (a) reſervatos, *die Ehebafften.*

NOTA.

(a) CASUS &c. Vid. præced. §. 17, lit. a.

(21) Propter *Ehebafften*, quocunque tempore, inter Judicium Rothwilenſe, & Exemptos ab hoc Judicio, controverſiæ maximæ ortæ ſunt: Rothwilenſibus extendentibus (a) Caſus reſervatos, & aliis eos reſtringentibus.

NOTA.

(a) EXTENDENTIBUS &c. Vid. præc. §. 15, lit. b. & §. 17, lit. b.

(22). Camerales decreverunt: nullas Cauſas debere haberi pro *Ehebafften*, niſi quæ (a) in Reformatione hujus Judicii expreſsè continentur. *Gylman. Symphorem. Tom. 3, verb. Ehebafften.*

NOTA.

(a) NISI QUÆ &c. Ita judicatum in Cauſa *Augſpurg*, contra Standen, refert *Gylman*, loco hic citato. Conf. præced. §. 15, lit. b.

(23) In dicta Reformatione recenſentur octodecim, (a) inter quas referuntur: Si quis in Bannum (b) declaratus ſit; ſi quis ratione Litis, cujus ergo in Judicium vocatus eſt, beneficio Exemptionis, quo gaudere alioquin poterat, literis, ſigillo ſuo probatis, renunciaverit. (c)

NOTÆ.

(a) OCTODECIM &c. Imò plures. Vid. cit. *Reformatio Maximiliani II*, An. 1572, Part. 2, Tit. V, apud *Goldaſtum*, P. 2. *der Reichs-Satzungen*, p. 313 &c. Conf. præced. §. 15, lit. a & b.

(b) IN BANNUM &c. Vid. cit. *Reformatio* l. c. §. 2: *Welcher ein offner verſchriebener Aechter, oder ein Bänniger iſt, und ſolches, mit genugſamen Brieffen, oder Urkunden, auf ihn bracht, oder ſonſt kündlich gemacht würde &c.* Conf. *Webner* in Comment. ad hunc locum. *Knipſchild*, de *Juribus Nobilit. Immed. Imperii* cit. Lib. 3, Cap. 23, §. 723, p. 124.

(c) RENUNCIAVERIT &c. Vid. *Reformatio* cit. Part. 2, Tit. V, §. 3: *Item, wer ſich in Händeln, darumber er fürgefordert und geladen wird, Freyheit, der er zu verzeihen und zu begeben mächtig iſt, begeben und verziehen hat, in beſiegelten Brieffen &c.* Hujuſmodi Renunciationes, aliaque Pacta ſpecialia, Exemptionis Privilegio derogare omninò, tralatitium eſt. Vid. *Knipſchild* l. c. §. 723, p. 124, & §. 732, p. 125. Conf. *Bechtoldi Theſaurus Jurisprudentiæ*, Lib. XIV Axiomatum, Cap. I, §. 22, p. 237, add. præced. §. 12, lit. c.

(24) Ordinationes duæ fuerunt in hoc Judicio, una Antiqua, (*Rotvveiliſch Alte Hoffgerichts Ordnung*, (a) altera Reformatio Rothwilenſis, quæ hodie eſt in uſu, tempore *Maximiliani II*, (b) per Commiſſarios Ejus, ex Antiqua Ordinatione, additis iis, quæ deeſſe, & explicatis iis, quæ obſcura eſſe videbantur, facta.

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) ORDNUNG &c. Vetuſtiſſima Ordinatio hujus Judicii tribuitur *Conrado III* Imperatori, Sec. XII, extans apud *Goldaſtum* Tom. I *der Reichs-Conſtitutionen*, p. 6 &c. Vide autem præc. §. 4, lit. a, quæ mea de hac theſi ſententia. Recentior *Ordinatio Maximiliani I*, de An. 1496, extat apud Auctores, præc. §. 2, lit. b. ut & §. 7, lit. a, hoc nomine commendatos.

(*b*) MAXIMILIANI II &c. De hac Ordinatiône vid. præc. §. 6, lit. b. arg. 5; & l. c. lit. c. ut & §. 7, lit. b. Confirmationis ejus an. 1563 à *Ferdinando I* profectæ, memini pariter præc. §. 9. lit. a. Quid *Rudolphus II* an. 1591, in Judicii hujus confirmationem, ediderit, legi poteſt apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im Andern Theil*, *42 Abſatz*, §. VI, p. 389 &c. *Caroli IV* Privilegium, vigore cujus omnibus aliis Privilegiis, prærogativæ Judicii Rothwilani contrariis, robur aufertur, de an. 1361, extat apud *Cortrejum*, Tom. 4 *Corp. Jur. Publ.* §. 5 Privilegiorum Imperii Statuum, p. 191. *Daß das Kayſerliche Hof-Gericht, mit ſeiner Zugehörunge, allweg zu Rotweil bleiben ſolle*, decrevit *Sigiſmundus* Imp. ſub dato *Baſel*, An. 1434, *am nachſten Dinſtage nach dem Sünnen Tag* Oculi mei, *in der Vaſten*; apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 15, p. 373.

(25) Extant in hanc Reformationem Commentarii Wehneri (*a*)

NOTA.

(*a*) WEHNERI &c. De quibus vid. præc. §. 10, lit. c.

(26) Appellatur ab hoc Judicio ad Cameram Imperialem (*a*) *R. A. an. 1570. §. Und nachdem Uns furkommen &c. Capitul. Leopoldi, Art. XVIII.*

NOTA.

(*a*) IMPERIALEM &c. Vid. præced. §. 11, lit. a.

(27) Appellatione interpoſita, ad Executionem hoc Judicium procedere (*a*) non poteſt. *Blum. Proceſſ. Camer. Tit. 45, §. 15 & §. 22*, ubi hoc, propter Concurrentiam Juriſdictionis, extendit ad Judicium Aulicum, (*b*) *Vid. omninò Capit. Leopold. Art. 18.*

NOTÆ.

(*a*) PROCEDERE &c. Appellatione hac à ſententia definitiva, ejuſve vim habente, interpoſita, etiamſi à Camera inhibitio non decernatur, tamen Rothwilani Judices ulterius progredi non poſſunt, arg. *Rothweiliſche Hof-Gerichts-Ordnung*, Part. 3, Tit. 17, §. 3, apud *Goldaſtum*, P. 2. *der Reichs-Satzungen*, p. 322; benè verò in Appellationibus, à ſimplici interlocutoria interpoſitis, ubi dicti Judices procedere valent, donec prohibitio Cameralis interveniat. vid. *Cit. Ordin.* l. c. §. 4, p. 322. *Blumius Proceſſ. Camer.* Tit. 45, §. 15, p. 331.

(*b*) JUDICIUM AULICUM &c. Conſ. præced. §. 11, lit. a & b.

(28) Frequentiſſimæ, & quidem ſemper fuerunt querelæ Statuum contra hoc Judicium, & imprimis, propter *Ehehafften*, (*a*) ut dictum: hinc licet *Maximil. II.* per reformationem Ordinationis, huic malo mederi voluerit, in conventu tamen Monaſterienſi, Status eas repetierunt, & hujus Judicii abolitionem (*b*) poſtulaverunt. *In J. P. art. 5. §. 55. circa fin. ita conſtitutum eſt:* Denique cum etiam de abolendis Curia Imperiali Rothwilæ, Judiciis provincialibus Sveviæ, & aliis, hinc inde, per Imperium, hactenus uſitatis, mentio injecta fuerit, reſque hæc gravioris viſa ſit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad Comitia proxima remiſſa eſto.

NOTÆ.

(*a*) EHEHAFFTEN &c. De his Querelis vid. præced, §. 11, lit. a, §. 12, lit. b. & §. 15, lit. b.

(*b*) ABOLITIONEM &c. Vid. *Fritſchius* ad *Limnæum*, Lib. IX *Jur. Publ.* Cap. 3, §. 1, p. 379; conſ. quæ præced. Tit. VI, §. 47, lit. a. de hac re, in Comitiis Saxoniæ Inferioris, an. 1652 Luneburgi celebratis, actum. Add. §. §. ſeqq.

(29) Cum

Digitized by Google

(29) Cum in Comitiis, de Anno 1654. ante electionem Regis Romanorum, hoc urgeretur à Statibus, Comes Sulzenſis, & Senatus Rothwilenſis, vehementer ſe oppoſuerunt, & per Deputatos, peculiari Libello, ipſi *Memorial-* vocant, Ordinibus expoſuerunt: in Inſtrumento Pacis liberis Imperii Civitatibus, non minus quàm cæteris Statibus, privilegia manere intacta &c. Quid tunc fuerit conſtitutum, vid. *in Cap. Ferd. IV, art. 15. in Capit. Leopoldi art. 18.*

(30) Status, in monitis ſuis ad Capitulat. ejus petitionem ſuam repetierunt, illudque aboleri voluerunt: Quid obtinuerint, & quid conſtitutum ſit, *vid. in dict. Cap. 18.*

(31) In ultimis Comitiis de ejus abolitione hactenus nondum (*a*) actum eſt.

NOTA.

(*a*) NONDUM &c. Vide omninò Monita Principum ad Perpetuam Capitulationem, art. 18. ſupra, ad lib. 1. Tit. 7, §. 2 lit. A. Art. XVIII, pag. 847. Quæ illi, quorum intereſt, in Comitiis, an. 1683. ad conſervandum hoc Tribunal, propoſuerint, exponit *Scharſchmidius* ad *Schützium* J.P. Vol. 2. Exerc. 2. §. 8. p. 111. &c. Add. *Londorpius*, Tom. VII. *Act. Publ.* Lib. VI, §. 247, pag. 199. De abrogando abuſu loquitur Capit. *Joſephi*, art. 17. ut & *Caroli VI.* Art. 18, Conſ. præced. §. 15, lit. b.

(32) Olim Rothwilenſes fœdus (*a*) habuerunt cum Helvetiis, qui ipſis promiſerunt, ſi aliquis, niſi in caſu denegatæ juſtitiæ, & ſi aliàs privilegio ſuo indignos ſe facerent, ipſis hoc Judicium auferre vellet, quod contra ipſum Rothwilenſes defendere vellent. *Vid. Webn. in pr. Comment. ad Ord. Rothvvil. Dominum Mauritium in dicta Diſſ. th. ult.*

NOTA.

(*a*) FOEDUS &c. Ictum Tiguri (*zu Zürch*) 6 April An. 1509, inter Rotwilanos, ab una, & Civitates: *Zürich, Bern, Lutzern, Uri, Schweitz, Underwalden, Zug, Glarus, Baſel, Fryburg, Sollothurn, Schaffhauſen & Appenzell*, parte ex altera; tabulas hujus fœderis ſiſtit Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im Andern Theil, im 42ſten Abſatz.* §. XXI, pag. 378 &c. Paſſus inde huc ſpectans ſic ſonat: *Were auch, daß die obgenanten Unßer Eydtgnoßen von Rothweil fürbaß hin mit Jemand, wer der were, von Ires Zircks, und Ihrer Oberkeith wegen, die dann ein Stat Rothweil, daß dißer Zyt*, dato *diß Briefs, eigend hat, oder daß Sy darven, oder darum, oder ſonſt in ander Wag, jemands gewaltiglich, und wieder Recht, bekräncken, und von dem Iren trengen wölt, Stoß oder Krieg gewunnend, und Sy bedüchte, daß Sy darin Unßer Hilff notdürfftig werind, daß mögend Sy Unß in Stat und Land, mit Iren Boten und Brieffen, in Unſer Räth verkunden und ze wüßen thun, dan ſollend Wir, die obgenanten Eidtgnoſſen, den obgenannten Unßern Eydtgnoßiſchen von Rotweil, Unßer Hilff unverzogenlich zu ſenden, und Uen (Ihnen) mit guten Treuwen, behülffen, und berathen ſyn, und Sy by dem Iren iedem Zirck, und in der Maaß, als obſtadt, ſchützen, Schirmen, und handhaben; und wie vil wir Inen von Unßern Stet und Ländern zu Hilff ſendend, darum ſollend Wir, obgenanten Eydtgnoſſen, von bemälten Unßern Eydtgnoſſen von Rotwyll ein Benügen haben, und ſolche Hilff ſollend wir, die obgenanten Eidtgnoßen von Rotweil, in Unſeren Koſten thun ungevahrlich &c. &c.*

TIT. IX.
DE
ACTIONIBUS JURIS PUBLICI.

ID quod nobis debetur, apud Magiſtratum actione perſequi in Judiciis oportet *§. 1. I. de Act.*

(1) Actiones, quibus propter id, quod in cauſis publicis nobis debetur, coram Judice experiamur peculiares non habemus, ſed illas ex Jure privato mutuamur, & utiliter applicamus in Jure publico.

(2) Egregiam omninò hic præſtitit operam ſæpe jam citatus *Ludolphus Hugo*, *in Tr. de Statu Region. Germ* ubi integro capite ſexto latè agit, de uſu & authoritate Juris civilis privati, in Jure territorii, & tria Juris objecta percurrit; ſcil de perſonis, rebus & actionibus: monſtratque, quomodo omnes Actiones Juris Privati utiliter poſſint applicari in Jure Publico. In Tractatu rerum, incedit per quatuor Jura in Re; & in ſpecie, quando ad ſervitutem pervenit, inſtituit Quæſtionem: An dentur ſervitutes Juris Publici? (*a*) quales ſint? an reales, an perſonales? (*b*) an mixti generis?

NOTÆ.

(*a*) SERVITUTES JURIS PUBLICI &c. De *Servitutibus Juris Publici, ſive, de Juribus, præcipuè in Imperio Romano-Germanico, Imperanti in alterius Territorio competentibus*, extat Commentatio Dn. *Chriſtophori Johannis Conradi Engelbrechti*, excuſa Helmſtadii, An. 1715. Cæterùm, non alio caſu, in controverſiis Status Imperii concernentibus, ad Juris Civilis regulas provocari poſſe, quam eum deficiant Jura Statutaria, Conſuetudines &c. &c. monitum præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 7, lit. c, p 47, & Lib. 3, Tit. XVII, §. 5, lit. a & b pag. 1147. Maximè huc facit *Ferdinandi III Reichs-Hoffraths-Ordnung*, de An. 1654, Tit. I, §. 15, *Und weilen dann &c.* verb. *die Sachen, ſo jederzeit fürfallen, und verhanden ſeyn werden, ſie betreffen Hohe oder Niedere Stands-Perſohnen, Geiſt oder Weltliche, Reiche oder Arme --- ſtattlich, und mit hochſtem Fleyß genugſamb anhoren, berathſchlagen und erledigen, --- ſo dan zuforderiſt Unſere Rom. Kayſerl. Wahl*-Capitulation, *Reichs-Abſchiede*, Religion *und* Prophan-*Frieden*, *und den jüngſten Münſter- und Oſnabrüggiſchen Frieden-Schluß, nach Außweiſung deß* 17 *Art.* §. 1 & 2. *Wie auch jedes Stands, Lands, Orts und Gerichts, ſonderlich die gebührlich* allegirte *und* probirte Privilegia, *gute Ordnung- und Gewohnheiten, und in Mangel derſelben, die Kayſerliche Rechten, und Rechtmäßige* Obſervationes *und Gebräuche in Acht nehmen, und nach denſelben ihre* Decreta, *Beſcheid und Urtheil, richten &c.*

(*b*) PERSONALES &c. *Servitutes Reales*, in Jure Publico, ſunt, in quibus magis *rei*, quam *perſonæ*, ratio habetur; quippe quæ, ex re certa, perſonæ incertæ, intuitu tamen rei certæ, debentur, & tamdiu durant, quamdiu prædia exiſtunt, ſicque ad Succeſſores prædii dominantis, tam univerſales, quam ſingulares, tranſeunt. Vice verſa, *Perſonales*, in quibus magis *perſona*, quam *rei*, ratio habetur, proinde ex re certa, perſonæ certæ debentur, nec tamen diutius durant, quam perſona, cui conſtitutæ ſunt, vixerit, utpote cum qua ſimul extinguuntur. Vid. Dn. *Engelbrechs* l. c. Sect. 2, Membr I, §. 2, p. 75 & 76; de diviſione *Realium*, in *Affirmativas* & *Negativas*. vid. idem l. c. §. 6. p. 78 & ſeqq. *priores* vocans Jura Regalia, vel alia ſingularia, Imperanti in alterius Territorio competentia; *poſteriores* verò facultatem, Jure competentem, prohibendi Dominum Territorii exercitio

certi

certi cujuſdam Regalis, quo, abſque conſtituta hujuſmodi ſervitute, vi Superioritatis Territorialis, liberè uti potuiſſet. Illuſtrari hæc poſſunt iis quæ præced. Lib. 3, Tit. XV, §. 5, lit. c, pag. 1121 & ſeqq. dicta ſunt.

(3) De Actionibus, inter cætera, dicto Capite VI, §. 29, ita dicit: Nunc igitur Actiones, *(a)* quibus, imitatione & exemplo Juris Privati, de Jure Territorii diſceptatur, breviter nobis enarrandæ ſunt; ſufficere autem poſſunt uſu præcipuæ, quales, ſine dubio, ſunt Actiones in rem petitoriæ, *(b)* & Interdicta Poſſeſſoria *(c)*

NOTÆ.

(*a*) ACTIONES &c. Cum, ſub pœna fractæ Pacis, Statibus Imperii in *Inſtrum. Pacis Weſtphal.* Art. XVII, §. 7, prohibitum ſit, vi, vel armis, jus ſuum perſequi; eorumque loco, ſi controverſiæ inter eos naſcantur, Jure invicem experiri debeant, niſi prævia compoſitione amicabili tentata lis decidatur. Quo etiam R. I. *Ratisbon.* An. 1654, §. 171, *Setzen demnach, ordnen und wollen &c.* verb. *Mit derſelben redlichen guten Beobachtung, ſich mit einander in der Güte ſetzen, und vergleichen, in unverhoffter Entſtehung aber ſolcher Güte, alsdann der Richter, in Entſcheidung der Sachen, auf dieſe Unſere* Conſtitution *das Abſehen haben &c.* Quamvis non indiſtinctè ſtatuendum veniat, viam Facti ſemper eſſe prohibitam; nam in terminis legitimæ defenſionis ſi quis verſetur, omninò ei permiſſum, armata quoque manu ſe ſuaque tueri; quia jus vim vi repellendi naturale eſt; juxta *Caſſium.* L. 1, §. 27. ff. *de Vi & Vi armata* (Lib. 43, Tit. 16,) conf. L. 17. ff. eod. L. 1. C. *Unde Vi*; & L. 1. C. *Quando liceat unicuique ſine Judice ſe vindicare.* (Lib. 3. Tit. 27.) Eodem tendit *Inſtr. Pac.* cit. Art. XVI, §. 6. nec non *Erſter Friedens Executions-Haupt-Receß zu Nürnberg,* de An. 1649, §. 3, *So dann Churfurſten und Stände,* ſub finem; *Stryckius,* Diſſ. *de Via Facti Principibus Imperii permiſſa,* Cap. I, §. 36; Dn. *Engelbrecht* l. c. Sect. 2, Membr. 3, §. 22, p. 358 &c. benè monens, facultatem hanc ſe defendendi, etiam privatis hominibus eſſe licitam; quod variis Juris textibus l. c. lit. a. clarum facit. Ubi enim offenſio injuſta, ibi defenſio juſta, atque licita. Hocque intuitu nonnunquam & *repreſſaliæ* permittuntur, v. g. quando is, qui in exercitio ſervitutum Juris Publici à Domino Territorii alicujus ſervientis turbatur, eundem Dominum, fortè paria jura in ſuo Territorio habentem, jure retorſionis, Juribus ſuis tamdiu uti vetat, donec ipſi ſatisfactum ſit, cautioque præſtita de non amplius turbando; Vid. Dn. *Engelbrecht* l. c. p. 361 & 362.

(*b*) PETITORIÆ &c. Diſtinguendum hic, inter *Servitutes* ſaltèm *promiſſas*, & inter *jam conſtitutas*: priori caſu, ſi promiſſio fiat per Teſtamentum; *Actio Confeſſoria* locum habet; vid. Dn. *Engelbrecht, Compend. Jurisprud.* Tit. *Commun. Prædior.* §. 7; & Dn. ejus filius, de *Servitutibus Juris Publici* l. c. p. 363. ſin verò per Pacta, Stipulationes, aliumve Contractum, ſervitus fuerit promiſſa, Actiones Perſonales inde oriundæ inſtituuntur; vid. *Magerus* de *Advocatia Armata,* Cap. XVII, §. 4 &c. Poſteriori caſu, dantur demum Remedia vel *Petitoria,* vel *Poſſeſſoria.* Ad priora, pertinent Actiones *Confeſſoria & Negatoria: illa,* ſi ſervitus debita in controverſiam trahitur, vel denegatur; *hæc,* ſi ſervitus abſque juſto titulo prætenditur. Diſcrimen inter has Actiones eſt, quod, in *Confeſſoria,* Actor probare teneatur, ſibi competere in hoc, vel illo, Territorio, hanc vel illam ſervitutem, aſt, in ejus exercitio, à Reo, ſe turbari; vid. *Magerus* l. c. Cap. XVII, §. 22; *Klock* de *Contributionibus,* Cap. XIX, §. 419 ad 421, p. 459; Dn. *Engelbrecht,* de *Servitutibus Juris Publici* l. c. p. 366. In *Negatoria* verò Actor nihil probet, niſi quod Reus ſervitutem prætendat; proinde, ſi Reus jus ſibi competere non probaverit, ſuccumbit. Vid. Dn. *Engelbrecht* l. c. p. 367.

(*c*) POSSESSORIA &c. Hæc Interdicta, ut in Jure Civili comparata ſunt, vel *Adipiſcendæ Poſſeſſionis* cauſa, vel *Retinendæ,* vel *Recuperandæ;* vid. §. 2, J. de *Interdictis*; & L. 2, ff. eod. (Lib. 43, Tit. I,) §. 3. ita quoque in Jure Publico, *Adipiſcendæ Poſſeſſionis* Interdicta competunt iis, qui antè non ſunt nacti poſſeſſionem, quo pertinent (1) Interdictum *quorum Bonorum* utile; (2) Legis 3. C. de *Edicto Divi Hadriani tollendo* (Lib. 6, Tit. 33.) vi cujus, is qui teſtamento hæres ſcriptus, illud nullo viſibili vitio laborare probat, illudque integrum, nec cancellatum, nec ex quacunque ſuæ formæ parte vitiatum, producit, & immiſſionem efflagitat, à Judice, Cauſa ſummariè cognitâ, in poſſeſſionem omnium rerum hæreditariarum immittitur. Remedium hoc, in materia *Regalium,* aliorumque Jurium incorporalium hæreditariorum, omninò adhiberi poſſe, docet *Klockius* l. c. §. 133, p. 439; & *Sixtinus,* de *Regalibus,* Lib. I, Cap. VII, §. 30, p. m. 199, ibi-

Digitized by Google

que citati alii; quibus addi meretur Dn. *Hugo.* cit. Tr. de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. VI. §. 32. & Dn. *Engelbrecht* l. c. §. 24, p. 368, lit. c. *Retinendæ Poſſeſſionis* Interdicta ſunt: (1) *Uti poſſidetis*, (2) de *Itinere actuque privato*, v. g. in Cauſa *Wimpffen contra Waldenburg*, apud *Rulantum*, de *Commiſſar.* P. 3. lib. 3. c. 4. §. 1. &c. Dn. *Engelbrecht* l. c. §. 25, p. 382. Quoad Interdicta verò hæc, Proceſſus diſtinguitur in *Ordinarium*, ſeu, quod hîc idem eſt, in *Petitorium*, & *Summarium* ſeu *Momentaneum*; vel, ut aliis placet, in *Summarium*, & *Summariſſimum*; in priori, agitur, *Er habe*, v. g. *vor* 10, 20, 30 *Jahren, auf des andern Territorio, dieſes oder jenes Regale exerciret*; in poſteriori verò de momentanea poſſeſſione, nulla temporis certi ratione habita. Vid. Dn. *Engelbrecht* l. c. §. 24, pag. 381, ubi varia præjudicia; & §. 25, pag. 384 &c. poſteriori hoc loco probans, in materia Servitutum aliorumque Jurium, *Poſſeſſorium Ordinarium & Petitorium*, reapſe nihil inter ſe differre. Ad *Recuperandam* tandem *Poſſeſſionem Servitutum Juris Publici*, competunt (1) Interdictum *de Vi & Vi armata*, (2) Remedium, C. XVIII, *Sæpe contingit*, X de *Reſtitutione Spoliatorum* (Lib. 2, Tit. XIII.) (3) Remedium Canonis 3. *Redintegranda*, Cauſ. 3. Quæſt. I. Conf. Dn. *Engelbrecht* l. c. §. 26, p. 388 &c.

(4) Et quia Principes Seculares Jure ſucceſſionis Ditiones conſequuntur, de petitione hæreditatis agit & quærit: An illa in Principibus obtineat? quomodo Proceres Imperii Regiones ſuas Utilis cujuſdam Dominii Jure poſſident. De utili Rei Vindicatione, (a) agit §. 30.

NOTA.

(a) REI VINDICATIONE &c. Qua Actione non ſolum Feudorum legitimi poſſeſſores uti poſſunt, ſed & eorum Succeſſores feudales, ad Jus ſcilicet petendum, per ſucceſſionem ad ipſos devolutum; id quod multis præjudiciis *Roſenthalius*, de *Feudis*, Cap. 12, Concl. 11, §. 39, confirmat.

(5) Quoniam Juriſdictio & Regalia non tantùm Jure Territorii, ſed ſæpe, ex ſpeciali Conceſſione, (a) aut Præſcriptione (b) in alieno etiam Territorio, competunt, pro hujuſmodi Juribus vindicandis, vel libertate, contra injuſtos talium Jurium uſurpatores, tuenda, de Actionibus utilibus confeſſoriis & negatoriis, dicit §. 31.

NOTÆ.

(a) EX SPECIALI CONCESSIONE &c. Quo pertinent Pacta Conventa omnia, & Tranſactiones. Vid. præced. Lib. 3, Tit. XX, §. 1. lit. f. & §. 2. lit. c.

(b) PRÆSCRIPTIONE &c. Vid. cit. præced. Lib. 3. Tit. XX, §. 1, lit. c & d.

(6) Ut itaque nulla ferè ſit Actio Juris Civilis Privati, quæ uſum ſuum non præſtet (a) in Jure Publico noſtro; ita tamen, ut veriſſimum ſit, Jus Publicum noſtrum non deſumi debere ex Jure Privato Juſtinianeo. De quo vide ſupra.

NOTA.

(a) PRÆSTET &c. Benè Illuſtris *Hugo*, in ſæpe laudato Tract. de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. VI, §. 37: *Quanquam in Controverſiis Principum ac Ordinum Imperii, ſive de ipſo Jure Territorii, ſive de re quapiam alia, exortis dijudicandis, Leges Juris Privati adhibeamus, atque ſic Cauſas Magnatum & Privatorum magnam partem eodem Jure metiamur, non poteſt tamen Principibus eodem ſemper rigore, ac Privatis, Jus dici. Sæpe enim, ut Noſtra quidem Reipublicæ ſtatus ſe habet, vulnus majus eſt, quam ut ordinariam Medicinam patiatur &c.* Proinde, cen idem, hiſtoriæ Belli Sec. XVI, inter agnatos *Alberti*, March. Brandenburgici, à Cæſare proſcripti, ab una; &. ex altera parte, Franconiæ Epiſcopos, Senatumque Norimbergenſem, exorti, arciumque ſimul, occaſione pro-

proſcriptionis hujus, dirutarum, meuor, docet, *in his controverſiis componendis, non prudentia tantùm Judiciaria, ſed etiam Politica, occupatur.---- nimirum, in Judiciis, quid juſtum & Legibus conveniens ſit? pronunciatur: in Senatu autem* (Imperatoris) *momenta temporum, & rationes Reipublicæ expenduntur. Sæpe enim, ut pleraque quidem Respublicæ ſe habent, tempori ſerviendum, ac velificatione quadam utendum, quando rectus curſus teneri non poteſt &c.*

TIT. X.
DE
ACADEMIIS. *(a)*

NOTA.

(*a*) ACADEMIIS &c. De Scriptoribus, qui de Academiis legi merentur, evolve præced. Lib. 3. Tit. 2, §. 56, lit. a, pag. 226 &c. Quibus addas: *Wolfgangum Juſtum* Francofurt. *de Erectionibus, Fundationibus & Confirmationibus, omnium Academiarum & Illuſtrium Scholarum totius Europæ*, 1554, 8vo. *Kurtze Nachricht von denen Academien und Univerſitäten überhaupt;* Hall. 1720.

UT aliquando Reſpublica in partibus noſtris concreditis optime gubernari poſſit, ſine dubio opus eſt Scholis, ubi ea, quæ in vita applicari debent, diſcamus, In Aula enim Jus Publicum addiſcere velle, (*a*) nimis ſerum foret, & Principibus perniciosum, adeò, ut Academiæ non incommodè referantur ad media, quæ utroſque adjuvant, & Eos, qui Leges ferre, (*b*) & eos qui eas applicare debent, vel qui Jus ſuum in Judicio petere volunt. Quamvis etiam non incommodè referantur ad caput de Jure Summæ poteſtatis circa Sacra. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) VELLE &c. Vid. præced. Lib. I, Procem. §. 18, p. 24, ibique Not.

(*b*) LEGES FERRE &c. Quomodo enim is, qui ignorat: quid ſit bona lex? quid conducat Univerſitati, ſeu Corpori cui præeſt, & quod regere vult? quid ſibi ipſi? quid ſubditis, proſit? quidve noceat? ſalubrem Legem ferre poteſt? oportet igitur, ut de his omnibus antea probè ſit inſtructus, & bona hauriat principia, quæ ei viam præparent ad obtinendum bonum finem; cujus rei gratia, inſtitutæ Academiæ, aliaque publica Gymnaſia, & Scholæ illuſtres, in quibus, ſcientiis neceſſariis, tam ii, qui aliquando Regentes futuri, quam ii quibus relicta parendi gloria, ſedulò erudiuntur, & ſufficienter.

(*c*) CIRCA SACRA &c. Hinc multi Academias inter Corpora Eccleſiaſtica referunt; vid. *Limnæus*, lib. VIII *Jur. Publ.* Cap. I, §. 44, p. 13. Quamvis Pariſienſe Parlamentum, 5 Sept. 1573, ſolenni ſententia decreverit: Univerſitatem Pariſienſem eſſe Collegium Seculare; vid. *Choppinus*, de *Domania Franciæ*, lib. 3, Tit. 27, §. 12, pag. m. 392 & 393.

(1) Academia, eſt Collegium (*a*) à Summo Principe privilegiatum, docentium & diſcentium Artes Liberales, in Supremi Numinis honorem, & publicam utilitatem.

NOTA.

(*a*) COLLEGIUM &c. Eandem definitionem, (ratione habita Academiarum Imperii Romano-Germanici,) ſuppeditat Ill. *Schützius*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. 1, §. 8. p. 9. Extenſius loquitur

Limnaus l. c. §. 24, p. 7, ſcribendo: *Eſt autem Academia, à Summo Principe, privilegiatum, docentium & diſcentium, Collegium, ad hoc, ut, certo in loco, Artes liberales publicè tradere, & addiſcere, atque Eruditis honorum aliquot titulos & gradus conferre liceat, utrumque publicam in utilitatem, atque Supremi Numinis honorem.*

(2) Olim, in Germania, Studia Academica in Canonicorum Collegiis (*a*) tractari ſolebant, quæ Collegia Cathedris Epiſcopalibus annexa erant, vel in Monaſteriis: ita, ut olim Scholæ in Germania duplices fuerint, aliæ Monaſticæ, inter quas Celeberrima fuit Corbejenſis, & Fuldenſis: aliæ Canonicæ, quales olim Carolus Magnus illuſtres inſtituit Oſnabrugæ, (*b*) Hildeſiæ, & alibi. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) CANONICORUM COLLEGIIS &c. Scholas jam dudum in Canonicorum Collegiis viguiſſe, pariter ac in Monachorum, fuſe probavit *Conringius*, de *Antiquitatibus Academicis*, Diſſert. 3, p. 62 &c. ad tempora *Benedicti*, communis Monachorum Ordinis, in ipſius honorem, & ad obſervandas præſcriptas ab eo regulas, fundati, Patris An. 543 defuncti, aſcendens. *Ingulphus*, Abbas Monaſterii *Croyland*, in Hiſtoria Cœnobii ſui, apud *Savile*, de *Scriptorib. Anglic.* p. m. 869, meminit *Schola Anglorum* An. 874, *Roma* florentis, verb. *Beorredus, Rex Merciorum, ---- Regnum reliquit,* (An. 874) *& Romam petens, in paucis diebus defunctus, ibidem, in Schola Anglorum, ſepultus eſt &c.* Sic memor *Othrici*, defuncti an. 984 primi *Magdeburgenſis* Archi-Epiſcopi, *Alberti*, Succeſſoris, (qui antea Monachus *S. Viti* Corbejenſis inclareſcebat, diſciplinarum, ſeu Artium liberalium, propagator haud infelix,) *Ditmarus*, Merſeburgieus Præſul, lib. 3 *Chronicor.* pag. m. 30 (Edit. Reineccianæ, 1580) ait: *Clerus & Populus* (Magdeburgenſis) *tanti Patris,* (Alberti Archi-Epiſcopi) *funere turbatus, Otricum Confratrem, & tunc Imperatori fideliter ſervientem, communiter elegerunt in Dominum & Archi-Praſulem: quamvis, hoc nullo modo poſſe fieri, prædictus Archimandrita, dum adhuc viveret, beneque valeret, multis ex eorum numero publicè prædiceret. Cum enim Epiſcopus, & Otricus, nunquam convenirent moribus, magna Confratrum & hoſpitum, quia Magiſter fuit Scholæ, caterva bene elaborata maluit inde exire, quam in Monaſterio permanere &c.* de Schola *Luneburgenſi* inſignis locus apud *Adamum Bremenſem*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 48, p. m. 74: *Principes enim eorum* (Winulorum) *Gneus & Anatrog, Pagani erant; Uto, verò tercius, Filius Miſtivoi, male Chriſtianus. Unde & pro crudelitate ſua, à quodam Saxonum transfuga, interfectus eſt, filium habens Goteſcalcum, qui, per idem tempus, apud Luniburg, Monaſterium Ducis* (Bernhardi) *literalibus erudiebatur ſtudiis, Gotheſcalco, Gothorum Epiſcopo, ejuſdem Cœnobii curam agente &c.* conf. præc. Lib. I, Tit. XVI, §. 11 v. 12, in vita *Bernhardi II*, Ducis Saxonum, p. 121. Longè antiquiores Scholas *Corbejenſem*, & *Hamburgenſem* celebrat *Rembertus*, Succeſſor *S. Anſcharii*, Primi Hamburgenſium Archi-Epiſcopi, an. 888 (teſte *Adamo Bremenſi*, l. c. lib. 1, Cap. 38, p. 32,) extincti, in ipſius vita, Cap. 3, apud *Lambecium*, Lib. I, *Originum Hamburgenſium*, p. m. 53: *Poſt hæc,* inquiens, *cum Magiſter fuiſſet Scholæ ad S. Petrum, eundo vel redeundo ad Clauſtrum, conſuetudinem ſibi faciebat, in Oratorio S. Johannis Baptiſtæ, precibus ſecretius inſiſtere &c.* & Cap. 4, p. 54: *Notiſſimum eſt, ut quidam puerulus in Schola, Fulbertus nomine, à ſocio ſuo, tabula percuſſus uſque ad mortem perductus ſit &c.* paucisque interjectis: *Venerandus Pater Wichmarus, qui, cum eo, Scholam puerorum regebat &c.* & Cap. 5. l. c. *Cœptum itaque eſt olim, in his partibus videlicet Saxoniæ, Monaſterium fieri, quod authoritate & Magiſterio veſtro, & primo fundatum, & ſuccedenti tempore, Deo donante, conſummatum eſt, nomenque, mutuatum à loco habicationis veſtræ, accepit, ut vocaretur: Nova Corbeja. Ad hoc Cœnobium Dei famulus, una cum aliis Fratribus veſtris, primò directus eſt, ut inibi officio fungeretur docendi. In qua re, ipſe tam probabilis & acceptus eſt inventus, ut, omnium electione, publicè in Eccleſia Verbum Dei Populis prædicaret. Sicque factum eſt, ut ejuſdem loci ipſe Primus & Magiſter Scholæ, & Doctor fieret Populi &c.* Sic *Gualdo*, in ejuſdem vita, Cap. 34, apud *Lambecium*, l. c. p. 97:

Sed Comites habuit, ſibi quos Corbeja miſit,
Sanctorum Genitrix Monachorum Cella beatrix,

Ham-

Hammaburgenſis Schola, queis edocta Magiſtris Crevit, & ad florem perducta refudit odorem &c.

Quidni hujus loci Capitulare *Caroli Magni*, de An. 789, §. 70, apud *Baluzium*, T. I, *Capitular. Franc.* p. m. 237, ſcribendo ad Epiſcopos, de Sacerdotibus: *Sed & hoc flagitamus veſtram almitatem, ut Miniſtri altaris Dei, ſuum miniſterium bonis moribus ornent, ſeu & alii Canonici obſervantia Ordinis, vel Monachi propoſito conſecrationis, obſecramus, ut bonam & probabilem vitam & converſationem habeant --- ut eorum bona converſatione multi pertrahantur ad ſervitium Dei. Et non ſolùm ſervilis conditionis infantes, ſed etiam Ingenuorum filios, adgregent, ſibique ſocient. Et ut Scholæ legentium puerorum fiant. Pſalmos, notas, cantus, compotum, Grammaticam, per ſingula Monaſteria, vel Epiſcopia, diſcant. ---- & pueros veſtros non ſinite eos vel legendo, vel ſcribendo corrumpere &c.* quæ, lib. 1 *Capitular.* § 68, ibid. p. 714, repeiuntur. In Capitulari *Ludovici Pii*, de *Vita & Converſatione Monachorum*, Aquiſgrani, An. 817, edito, § 45, apud *Baluzium* l. c. p. 585, ſtatuitur: *Ut Schola in Monaſterio non habeatur, niſi eorum, qui oblati ſunt &c.* Huc inſuper pertinet laudati Imperatoris *Capitulare* ad Epiſcopos, An. 823, §. 5, ibid. p. 634: *Scholæ ſanè, ad filios & Miniſtros Eccleſiæ inſtruendos, vel edocendos, ſicut Nobis præterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis, & vobis injunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum eſt, ad multorum utilitatem, & profectum, à vobis ordinari non negligantur &c.* Conf. lib. 2 *Capitular.* §. V, ibid. p. 737, ubi planè eadem admonitio; Add. Lib. V, *Capitular.* §. 161, ibid. p. 855: *Dignum eſt, ut filios ſuos donent ad Scholam, ſive ad Monaſteria, ſive foras Presbyteris, ut fidem Catholicam rectè diſcant, & orationem Dominicam, ut Domi alios docere valeant &c.* & in *Addit. ſecunda*, Cap. V, ibid p. 1137: *Decrevimus, ut unuſquiſque Epiſcoporum in Scholis habendis, &, ad utilitatem Eccleſiæ, militibus Chriſti præparandis, & educandis, abhinc majus ſtudium adhiberet &c.* In genere de *Carolo Magno* fatetur Auctor vitæ *Meinwerci*, Epiſcopi Paderbornenſis, Cap. 52, apud *Surium*, in Vitis Sanctorum, d. 5 Junii, p. m. 95, & Dn. *Leibnitium*, T. 1. ſcriptor Rer. Brunſuic. p. 546: *Studiorum multiplicia ſub Eo floruerunt exercitia: & bonæ indolis Juvenes & pueri ſtrenuè inſtituebantur Norma Regulari, proficientes haud ſegniter in Clauſtrali diſciplina, omniumque litterarum doctrina &c.* de *Schola Paderbornenſi* immediatè ſubjicit: *Claruit hoc ſub ipſius ſerorio, Imado Epiſcopo, ſub quo, in Patherbrunnenſi Eccleſia, publica floruerunt ſtudia: quando ibi Muſici fuerunt, & Dialectici, enituerunt Rhetorici, clarique Grammatici; quando Magiſtri Artium exercebant trivium, quibus omne ſtudium erat circa quadruvium, ubi Mathematici claruerunt, & Aſtronomici, habebantur Phyſici atque Geometrici: Viguit Horatius, magnus & Virgilius, Criſpus & Saluſtius, & Urbanus Statius: Ludusque fuit omnibus inſudare Verſibus, & dictaminibus, jocundisque Cantibus. Quorum in Scriptura, & Pictura jugis inſtantia claret multipliciter hodierna experientia &c.* Qui locus & *Baluzio*, in Notis ad Lib. I, *Capitularium*, Tom. 2, p. 1134, voc. *Schola*, viſus; undè clare patet, quæ fuerit conditio *Scholæ Paderbornenſis*, ſec. XI, ſub *Imado* Ep. qui obiiſſe dicitur, An. 1077. De *Schola Leodienſi*, An. 1131, legimus in *Emundi de Dynter, Magno Chronico Belgico*, p. m. 156 ad h. a. *Fuerunt hoc tempore in Eccleſia Leodienſi, Canonici Reſidentiam facientes, Filii Regum numero XXI, Ducum quoque Filii, numero XIV, Comitum vero XXIX, Militum & Baronum VII; inter quos etiam fuere plures diverſarum Gentium Doctores & Magiſtri ſolemnes &c.* Non malè igitur *Trithemius*, in *Chronico Hirſaugienſi* ad An. 890. *Erat his temporibus hæc conſuetudo celeberrima, ut Scholæ Monachorum, in ſingulis pene Cœnobiis, haberentur, quibus non ſeculares homines, ſed Monachi, moribus & eruditione proficiebantur nominatiſſimi: qui non ſolum in divinis Scripturis Docti eſſent, verum etiam in Mathematica, Aſtronomia, Arithmetica, Geometrica, Muſica, Poeſi, & cæteris omnibus literaturæ ſcientiis Eruditiſſimi haberentur. Ex his multi non ſolum in Romana lingua docti erant, ſed etiam in Hebraica, Græca, & Arabica Doctiſſimi, quod ex eorum Opuſculis facile cognoſcitur &c.* Plura de his *Lehmannus*, Lib. 2 *Chron. Spirenſ.* Cap. 33, p. 124 &c. *Meibomius*, in Notis in Diploma *Thaſſilonis*, Tom. 3 *Rer. German.* p. 196, voc. *Monaſteria quoque Studiorum Lambecius* l. c. Lib. 2, ad An. 1281, §. 427 & ſeqq. p. m. 67 &c. (vet. Edit. p. 216 ad 219) de diſcrimine Scholarum Clauſtralium, & Canonicorum, hæc habet *Goldaſtus*, Tom. I, *Rerum Alamannicarum*, Part. I, in Caput I *Ekkehardi Junioris* caſus S. Galli, p. 107, §. *Elewangis &c.* *Exſertim docet* (Ekkehardus) *Scholam clauſtralem fuiſſe, in qua pueri Religioni dicati inſtituebantur; Canonicam verò, in qua pueri ſeculares; illa, in remotiore ipſius Monaſterii par-*

te,

te, tenebatur: hæc, extra monaſterium, in adjacenti ædificio, cui tamen & ipſi Cœnobiscæ præfuere &c.

(*b*) OSNABRUGÆ &c. Celebratiſſimum eſt Diploma, *Caroli Magni* nomen præ ſe ferens, quod *Oſnabruggenſi* Eccleſiæ, 14 Kal. Januar. An. 804, dederit, in cujus calce legitur: *Et hoc, ea de cauſa, ſtatuimus, quia in eodem loco Grecas & Latinas Scholas, in perpetuum manere ordinavimus. & nunquam Clericos utriuſque Linguæ gnaros, ibidem deeſſe, in Dei miſericordia confidimus &c.* apud Auctores, quorum præced. Lib. I, Tit. 4, §. 3, lit. a, p. 298, memini, quibusque addas: *Erdwinum Erdmannum, Chron. Epiſcopor. Oſnabrug.* Tom. 2 *Meibomii Rer. German.* p. 197 (quamvis valdè mendoſum) *Baronium*, Tom. IX *Annal. Eccleſ.* ad Annum 804, §. XI, p. m. 557 & 558; *Aubertum Miræum*, Cod. *Donationum piarum*, Cap. XII, & in *Notit Eccleſ. Belgii*, Cap. 26; *Stephanum Baluzium*, Tom. I *Capitular. Francic.* p. 417 &c. *Schatenum*, Lib. X, *Hiſtor. Weſtphal.* pag. 612; *Henricum Turckium*, in *Faſtis Carolinis*, ad An. 804, §. 2, p. m 52 & 53. aliusque, præter quod genuinum illud agnoſcant: *Henricus de Herverdia*, à Centuriatoribus Magdeburgicis, Cent. 8, C. 2, pag. 11, hoc titulo citatus, *Wernerus Rolewinckius*, lib. 2, *Antiq. Saxon.* Cap. 8, apud Dn. de *Leibnitz* Tom. 3 *Scriptor. Brunſvic.* p. 628; *Münſterus* lib. 3 *Coſmograph.* p. 749; *David Chytræus*, in *Chronico Saxoniæ*, Lib. 3, pag. m. 88. *Hermannus Stangefolius*, lib. 2 *Annal. Circuli Weſtphal.* pag. 107; *Fr. Pithœus*, in Gloſſario ad Libros Capitularium, apud *Baluzium*, l. c. Tom. 2, p. 743, voc. *Schola.* Ipſe Dn. *Baluzius*, in Not. ad Lib. I, *Capitularium*, ibid. p. 1134, voc. *Schola. Johannes Pappus*, Epitom. Hiſtor. Eccleſ. p. 68, *Winckelman*, Lib. 3, *Notit. Veteris Weſtphaliæ* Cap. 7, §. 14, *Schurtzfleiſch*, Diſſert. de *Henrico Leone*, (quæ inter Diſſertationes ejus Academicas, 1699 ſimul editas, XXXII eſt) p. 4; Dn. *Hermannus Adolphus Meinders*, *Saxon. Antiquit.* Diſſ. 4, c. 5. Utut autem *Carolo Cointio*, *Danieli Papebrochio*, aliiſque, quorum præced. Lib. I, Tit. 4, §. 3, lit. b. pag. 298 & 299, memini, pro lubitu effictum videatur, (quæ res an. 1719, in utramque partem, acerrimè ventilari cœpit, quo comparuit primum: *Gründliche Unterſuchung eines alten Caroliniſchen Schenck-Briefes, in welchem der Griechiſchen und Lateiniſchen Schule zu Oßnabrück gedacht iſt &c. an Liecht geſtellet, durch Einen Liebhaber der Wahrheit, 1719*; cui oppoſitum, anno 1720, ſequens ſcriptum: *Diplomatis Caroli Magni Imp. Glorioſiſſimi de Scholis Oſnabrugenſis Eccleſiæ Græcis & Latinis, Anno 804 conceſſi, ac nuper abs Anonymo criticè expenſi, Vindicata Veritas, à Joduco Hermanno Nunningh, S. B. J. U. D P. A. S. V. Monaſterii Weſtphalorum apud Viduam Nagel &c. An. 1720 &c.* Anno ſequenti, apparuit: *Cenſura Diplomatis Carolini, de Scholis Oſnabrugenſis Eccleſiæ Græcis & Latinis, ab Objectionibus Jodoci Hermanni Nunninghi, Canonici & Scholaſtici Vredenſis vindicata à Johanne Georgio Eccardo. Helmſtadii 1721.* Mox evolavit: *Vertheidigung der Wiederlegung des Caroliniſchen Schenck-Briefs, welcher dem Oßnabrückiſchen Biſchoff* Wihoni, *im Jahr* 804, *den* 20 Dec. *zu Aachen, gegeben ſeyn ſoll, gegen den Herrn Abgeſonderten* Bibliothecarium *zu Halle, 1721*; tandemque: *Beantwortung der Einwürffe, welche der Herr Abgeſonderte* Bibliothecarius *gegen die Wiederlegung des ſtrittigen Caroliniſchen Schenck-Briefes vorgebracht*,) fateri cogimur, documentum hoc ſatis antiquum eſſe, & ad probandum ſufficiens, quod, à multis retro Seculis Scholà publica Oſnabrugis fuerit; licet eam à *Carolo Magno* fundatam, nondum hactenus ſatis ſit probatum.

(*c*) ALIBI &c. De quibus præced. lit. a. De *Scholis Antidiluvianis* extat Epiſtola *Maderi* ad *Conringium*, Operi ejus *de Antiquitate Academiarum*, pag. 395, annexa. *Scholas Ægyptiorum* deſcribit ipſemet *Conringius* cit. Tract. p. 3 &c. *Alcairenſem*, p. 34; *Alexandrinam* p. 11 ad 27. *Antiochenam*, p. 192; *Athenienſem*, p. 9. 10. 189. 191. *Atticam*, p. 14. 15. *Berytenſem* p. 18 & 19; *Cæſarienſem* in Palæſtina, pag. 27 & 28. *Carthaginenſem*, p. 18. *Chaldaicam*, p. 6. 7. 13. *Conſtantinopolitanam* p. 21 ad 23. 28. 29. 42 ad 44. *Feſſanam*, p. 37 ad 39. *Heliopolitanam* in Ægypto, p. 4. *Judæorum* p. 123 ad 128. *Maroccanam*, p. 36 & 37. *Perſarum*, p. 7. *Saracenorum* in Aſia, p. 31 ad 33. in Africa, p. 33 ad 40, & in Hiſpania, p. 36.

(3) *Præter hæc ſcholarum genera, acceſſit ſeculo IX. tertium genus, in magnis civitatibus, & hæ Scholæ fuerunt Academiæ (a) dictæ: tales fuit in Gallia Pariſienſis. (b) A ſeculo X. usque ad XIII. nullam habemus ſcholam, quæ, per omnia, cum hodiernis comparari poſſit.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) ACADEMIÆ &c. De Etymo inquit *Limnæus*, lib. VIII *Jur. Publ.* Cap. I, §. 5, p. 3: *Vocabuli originem nonnulli ab Academo, Laërtius*, lib. 3. de *Rit. Philoſoph.* p. m. 190, *ſeu, ut alii legunt, ab Echedemo, vel Ecademo, Heroë quodam, deducunt, qui in loco ſuburbano, nemoroſo, prope Athenas, Scholam inſtituerat, &c. ex privata poſſeſſione, publicam fecerat, ſtudiorum cauſa &c.* In eandem ſententiam ſcribit *Conringius*, eit. Tract. de *Antiquitatib. Academicis*, Diſſert. I, pag. 9: *Primum igitur (quod quidem conſtet) Platoni, Civi ſuo, fortè quo crimen, in Philoſophiam, Socratis damnatione, commiſſum, eluerent, locum nemoroſum ſuburbanum, cui ab ſtructore* Hecademo, *ſive Academo, nomen erat Academia, in publicam Scholam conceſſerunt elegantiſſimi Græcorum, Athenienſes &c.* Conf. *Hofmanni, Lexicon Univerſal.* T. 1. voc. *Academia*, pag. 14, & in *Contin.* T. 1. voc. ead. pag. 13. *Andreæ Corvini, & Joh. Georg. Schlederi, Fons Latinitatis*, P. 2. voc. *Academia*. pag. 2. *Bocmanni, Origines*, fol. 149. Hicque locus adeo celebris erat, ut apud *Ciceronem*, lib. 4. *Epiſt.* in Epiſtola *Sulpicii* ad *Ciceronem*, circa finem vocetur: *Nobiliſſimum Orbis Terrarum Gymnaſium.*

(*b*) PARISIENSIS &c. Vulgaris opinio eſt, *Carolum Magnum*, ſuaſu *Alcuini*, Præceptoris ſui, *Rhabani, Claudii, Johanniſque Scoti*, Venerabilis *Bedæ* Diſcipulorum, &c. eam, circa Annum 771, fundaſſe; vid. *Belleforeſt, Hiſt. Du Monde*, L. 3. c. 44. pag. 233. *Gilles Corrozet, des Antiquitez de Paris*, Chap. 7, pag. 42; *Renatus Choppinus*, de *Domanio Franciæ*, lib. 3, §. 12, pag. m. 392; *Merula*, P. 2. *Coſmograph.* lib. 3. c. 21, aliique plures *Limnæo*, lib. 5. *Notit. Franc.* C. 7. lit. E. pag. 430, laudati; Verum, cum neque *Eginhardus*, in *Caroli Magni* vita, in qua tamen res longe minoris momenti ſedulò annotavit; nec Scriptores eum proximè ſecuti, fundationis hujus mentionem faciant ullam; dudumque *Conringius*, cit. Tr. de *Antiquit. Academ.* Supplement. 39, pag. 315 & 316, probaverit, laudatos Doctores Magiſtro *Beda* ne quidem fuiſſe uſos, meritò diſcrimen erit conſtituendum, inter *Scholæ Pariſienſis* initia, & inter *Academiæ* originem; illam dictum Regem *Carolum* erexiſſe, fatetur ipſe *Conringius* l. c. pag. 315; aſt fundationem *Academiæ*, quatuor ſcil. Facultatum Doctoribus & Profeſſoribus ornatæ, rectius adſcribimus *Philippo II.* Regi, ineunte Seculo XIII; minimum ejus ætate, ex omni Europa eo confluxiſſe Auditores, teſtatur *Choppinus* l. c. ex *Rigordo*, memorati Regis vitæ præcone. Conf. *Conring* l. c. Diſſ. 3, pag. 77 & ſeqq. & *Supplement.* 46, pag. 345; *Supplem.* 67. pag. 364. & *Supplem.* 76. p. 373; *Maderus*, in Epiſt. ad *Conringium*, laudato ipſius Operi pag. 403 & 407. annexa; *Stephanus Paſquier*, lib. 3. des *Recherches de la France*, Cap. 21, fol. 149. Quam florentiſſima vero fuerit, tamen inſignia eam decrementa, paulo poſt fundationem, iterum ſenſiſſe ut credam, jubet locus *Chronici de Regibus Francorum, à Pharamundo, usque ad Henricum II.* Libris X. *Pauli Æmilii*, Veronenſis, de *Rebus geſtis Francorum*, an. 1548, Pariſiis impreſſis, annexi, ubi ad An. 1232: *Schola Pariſiorum à D. Ludovico reſtituitur, quæ, propter motus, injurias & cædes Scholaſticis illatas, dilabebatur; eam autem Rex Anglus ad ſe pellicere, & Oxonii inſtituere ſtudebat &c.* Conf. *Conringius* l. c. Diſſ. V. pag. 150 & 151. Crevit deinceps Studioſorum numerus, eo usque, ut Rector Univerſitatis, ad celebrandas *Caroli VIII.* Regis exequias, ſe 25000 Eorum eductūrum pollicceretur. Vid. *Theodorus Gothofredus*, au *Ceremoniel de France*, p. 43; *Conring.* l. c. p. 153.

(4) *Academiæ enim, ante ſec. XIII. non habuerunt alios Profeſſores, niſi literarum & artium. Ita ut in priſcis illis nulla fuerit Theologiæ* (*a*) *Profeſſio, nulla Juris, nulla Medicinæ; imo ipſa Philoſophia intra anguſtos terminos conſtituebatur, & conſtabat hoc trivio, Grammatica ſcil. Rhetorica & Dialectica: unde Scholæ Triviales dictæ ſunt: Interdum tamen fuit Quadrivium, & academica eruditio quatuor diſciplinis* (*b*) *abſolvebatur.*

NOTÆ.

(*a*) THEOLOGIÆ &c. Temporibus autem *Innocentii III.* & *Honorii III.* quorum alter An. 1216, alterque An. 1227, obierunt, Profeſſionem Theologicam in Scholis jam floruiſſe, diſcimus ex Libro V. Decretalium, Tit. V. Cap. 4. *Qui Nonnullis*, & Cap. 5, *Super Specula*.

(*b*) DISCIPLINIS &c. Conf quæ de Schola *Paderbornenſi*, præced. §. 2. lit. a. dicta.

Digitized by Google

(5) *Deinde ante ſec. XIII. nulla Academiarum fuit jurisdictio in Studioſos, nulla graduum ſolennis collatio, nulla Studioſorum privilegia.*

(6) *Ineunte ſeculo XIII. omnium primo floruerunt quatuor facultates Pariſiis, docente Richardo,* (*a*) *qui Chronicon Pariſiorum conſcripſit. Præter hanc Pariſienſem, nulla* (*b*) *tunc temporis fuit per Europam Academia, in qua omnes quatuor Facultates fuerint publice prælectæ; ut proinde Academiarum origo, quales hodie ſunt, in ſeculum XIII. referri debeat. Poſtea tamen Anno 1220. Honorius Papa, ſub excommunicationis pœna, Academiæ Pariſienſi Jus civile profiteri interdixit.* (*c*)

NOTÆ.

(*a*) RICHARDO &c. Qui *Choppino* l. c. *Rigordus* vocatur, & geſta *Philippi* Regis, *Ludovici Groſſi* filii, deſcripſit, extat in Tomo V, Scriptor. Rer. Franc. *Franciſci du Cheſne*; (vid. Dn. *Joh. Burchardi Mencken, vollſtändiges Verzeichniß der vornehmſten Geſchicht-Schreiber*, §. LIV. pag. 212 & 213.) Hosque Scriptores ipſos XI. numero, ex Bibliotheca *Petri Pithœi*, anno 1596, Francofurti impreſſos, notavit, Dn. *Struvius*, in *Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, Cap. XIV. §. 10. p. 315.

(*b*) NULLA &c. Vid. *Lehmannus, Chron. Spir.* Lib. VII, Cap. 38, p. 783.

(*c*) INTERDIXIT &c. Exhibetur Interdictum hoc, Libro V. *Decretalium*, Tit. 33, de *Privilegiis, & Exceſſibus Privilegiatorum*, Cap. 28, *Super Specula*; verb. *Firmiter interdicimus, & diſtrictius inhibemus, ne Pariſiis, vel in Civitatibus, ſeu aliis locis vicinis, quisquam docere, vel audire, Jus Civile præſumat. Et qui contra fecerit --- per Epiſcopum Loci, Excommunicationis vinculo innodetur.*

(7) In Italia, antiquiſſimæ Academiæ feruntur Bononienſis, (*a*) & Salernitana: (*b*) In illa, auſpice Irnerio (*c*) Studium Juris Civilis primo effloruit. Huic rei anſam dedit unica vocula As. (*d*) Cum enim illi contentio eſſet orta, cum cæteris Profeſſoribus; Quid illa vox denotaret? recurrit is ad Jus Civile, & inde verum vocis ſenſum petiit: indeque poſtea primus Bononiæ Profeſſor Juris extitit. Verum, in hac Bononienſi Academia, quæ jam Seculo XII floruit, nulla fuit Medicinæ Profeſſio, & Theologica Profeſſio, ibidem anno (*e*) 1362 demum cœpit.

NOTÆ.

(*a*) BONONIENSIS &c. *Leander Alberti*, Bononienſis, in *Deſcriptione totius Italiæ*, Interprete *Guilielmo Kyriandro* Hœningeno, Anno 1567, Coloniæ, typis vulgata, p. m. 504, memor deſtructionis Urbis Bononienſis, juſſu *Theodoſii I.* Imp. factæ; inquit: *Inſtauravit eam poſt, hortatu Divi Petronii*, (Epiſcopi) *Theodoſius Junior, Anno à Christo nato 433. circa Cœleſtini I. Pontificatum, ut non tam refecta tum, quam aucta, dici queat, cum amplitudine longe majori ---- addidit etiam, ab eodem Auguſto, Generalis Academia diſciplinarum omnium Privilegiis &c.* Alii fundationem hanc in annum 423. referunt. Vid. *Bucholcerus*, in *Indice Chronologico*, ad h. a. pag. 234, ſcribens: *Vetuſtiſſima Bononienſium Academia à Theodoſio Jun. Imperatore fundata & conſtituta, die 9 Maji. Qui eandem Privilegiis ampliſſimis, quorum Capita adhuc publicè deſcripta in Auditoriis leguntur, donavit &c.* Alii Scholam Bononiæ à *Carolo M.* erectam ſtatuunt. Vid. *Conring*, de *Antiquit. Academ.* Diſſert. 3. p. 79. Conf. Dn. à *Pflaumern*, in *Mercurio Italico*, fol. 52; *Nathan. Chytræus*, fol. 179. *Beſoldus, Theſaur. Pract. ab aucto*, voc. *Academia*, p. m. 10. §. *Italia Academia &c. Morery* au *Grand Dictionaire Hiſtorique*, voc. *Boulogne*. p. m. 472; *Schütz*, Vol. 2. *Juris Publ.* Exercit. I, §. 8, lit. a. p. 9.

(*b*) SALERNITANA &c. Vetuſtate Bononienſi nullatenus, benè verò ſplendore, cedens. *Conring*. Diſp. 3, de *Antiquitate Academiarum*, p. m. 98 &c.

(*c*) IRNERIO &c. Mentione facta *Lotharii* Saxonis, Imp. ait *Conradus Urſpergenſis*, in Chronico, pag. m. 212: *Eisdem quoque temporibus, Dn. Wernerius* (al. Irnerius) *Libros Legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quisquam in eis ſtuduerat, ad petitionem Mathildæ Comitiſſæ, renovavit: &, ſecundum, quod olim, à divæ recordationis Imperatore Juſti-*

Juſtiniano, compilati fuerant, paucis fortè verbis alicubi interpoſitis, eos diſtinxit, in quibus continentur Inſtituta præfati Imperatoris, quaſi principium & Introductio Juris Civilis. Edicta quoque Prætorum & Ædilium Curulium, quæ rationem & firmitatem præſtant Juri Civili, hæc in Libro Pandectarum, videlicet in Digeſtis, continentur. Additur quoque his Liber, Codicis, in quo Imperatorum Statuta deſcribuntur. Quartus quoque Liber eſt Authenticorum, quem præfatus Juſtinianus, ad ſupplicationem & correctionem Legum Imperialium ſuperaddidit &c. Quæ de *Mathildi* hic dicuntur, manifeſtum ſapere errorem, vel inde conſtat, quod Princeps hæc jam anno 1115, adeoque diu ſatis ante *Lotharii* Imperium, noſcitur defuncta, fatente vel ipſo *Urſpergenſi* ad h. a. pag. m. 197; conf. *Donnizo* Presbyter, in Carmine de ejusdem Principis vita, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* p. m. 685. ubi:

Ut tua vita cluit, mors ſic tua laude refulſit.
Dum bis quarta manet Indictio, jungitur atque
Virginei partus, qui currere cœperat annus,
Millenus quintus decimus Centeſimus ----

Qui locus & *Baronio* viſus, Tom. XII. *Annal. Eccleſ.* ad an. 1115, p. m. 107. §. IX. Interim inde apparet, Jus Civile, tempore *Lotharii*, cœpiſſe doceri *Bononiæ*, quod *Conringius*, Tract. de *Origine Juris Germanici*, Cap. XXI, p. 117 & ſeqq. clarum fecit; quamvis nondum inde ſequatur, id, ex mandato dicti Imperatoris contigiſſe; aſt de *Friderico I.* Imp. ſermonem faciens *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, apud Dn. *Leibnitz* l. c. p. 818, diſertè Ejus præcepto, quatuor principales Legum Doctores Bononiæ, videlicet: *Bulgarum, Martinum Groſiam, Jacobum* atque *Ugonem de Perta*, in Comitiis Roncalienſibus, in quibus, inter alia, Quæſtio movebatur: *Quænam eſſent Regalia, quæ, ratione Imperii, in Lombardia, ad Imperatorem ſpectarent?* comparuiſſe, (verba præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d. ad an. 1158, p. 132, extant.) Unde concludi poteſt, minimùm Profeſſionem Juris Civilis, vel tum auctoritate Cæſarea fuiſſe ſuffultam: Omnino huc facit laudati Imperatoris oratio in dictis Comitiis habita, apud *Radevicum*, Lib. 2. de *Geſtis Friderici I*, Cap. 3, p. m. 507. (Edit. Urſtiſii) *Noſtris autem, quod Jura Civilia, Noſtris beneficiis, in ſummum provecta, firmata, ac moribus utentium approbata, ſatis habent roboris &c.* Conf. idem *Radevicus* cit. Lib. 2, Cap. 5, p. m. 508: *Sequentibus diebus plena atque ſolenni Curia, Judicio & Juſtitiæ, à mane usque ad veſperam, intentus, querimonias & proclamationes tam divitum, quam pauperum, diligenter audiebat. Habensque quatuor Judices, videlicet: Bulgarum, Martinum, Jacobum, Hugonem, Viros diſertos, Religioſos & in Lege doctiſſimos, Legumque in Civitate Bononienſi Doctores, & multorum Auditorum Præceptores; cum his, aliisque Legis-Peritis, qui diverſi, ex diverſis Civitatibus, aderant, audiebat, diſcutiebat, & terminabat negotia &c.* De Privilegiis, tam Profeſſoribus, quam Studioſis, ab eodem indultis, legi meretur Authentica *Habita*, L. 5. C. *Ne filius pro Patre*; add. *Oldendorpius*, Tr. de *Jure ſingulari*, Cap. 10, & Tom. I, fol. 580. Ætate *Azonis*, Magni nominis JCti Sec. XIII, ibidem decem Studioſorum millia jam floruiſſe, teſtimonio *Odofredi*, probat Dn. *Conringius*, Diſſ. 3, de *Antiquitatib. Academ.* pag. 95; & Diſſert. V, pag. 153. *Philoſophiæ* Profeſſio acceſſiſſe legitur an. 1220, ſub *Friderico II*, Imp. vid. *Petri de Vineis* Epiſtolæ hujus Cæſaris Lib. 3, Epiſt. 69, unde ſua *Conringius* l. c. Diſſ. 3, pag. 95 &c.

(*d*) AS &c. Hereditas, cujuscunque ſit valoris, ut integrum corpus conſiderata *As* vocari ſolet, & plerumque in duodecim partes dividi, quæ *Unciæ* nominantur, quarum ſingulis ſpeciale nomen, ita, ut minima pars *Unciæ* titulo ſimpliciter veniat; duæ unciæ, appellantur *Sextans*; quia ſextam partem totius conficiunt; Tres, audiunt *Quadrans*, quia quartam partem totius efficiunt; Quatuor, *Triens*, quia ter quatuor duodecim faciunt; Quinque, *Quincunx*; Sex, *Semis*; ſeptem, *Septunx*; octo, *Bes*; Novem, *Dodrans*; decem, *Dextans*; undecim, *Deunx*; duodecim, *AS*. Vid. *Varro*, Lib. 4, de *Ling. Latin.* add. Inſtit. de *Heredibus inſtituendis*, §. 5. *Hereditas*; & *Ulpianus*, L. 50, *ſervum meum*, ff. eod. *Joh. Calvini*, Lexicon Juridicum, voc. AS, p. m. 93. *Petrus Gregorius* Tholoſanus, in Syntagmate Juris univerſi, Lib. 22, Cap. 3. §. 32 & ſeqq. pag. 443, & Lib. 42, Cap. 34. §. 1, pag. 876. *Faber*, in Theſauro, voc. ead. p. m. 229. *Reyherus*, in Theatro Romano-Teutonico, voc. ead. p. 201.

(*e*) ANNO &c. Bulla *Innocentii VI.* P. R. jam anno 1360, hanc in rem edita, legitur apud *Cherubinum*, Tom. I. *Magni Bullarii Romani*, pag. 281; cui jungas Bullam *Pii IV.* An. 1563, apud eundem, l. c. Tom. 2, p. 98.

(8) In Germania noſtra Academiæ demum Seculo XIV cœperunt, & prima quidem fuit Pragenſis, (*a*) quam Anno 1360, *Carolus IV* fundavit. (*b*) *Vid. Conring, de Antiquit. Acad.* (*c*)

NOTÆ.

(*a*) PRAGENSIS &c. Pragam, ad Germaniam eſſe referendam, totis viribus probare molitur *Goldaſtus*, Lib. I, de *Regno Bohemiæ*, Cap. X, §. 2, 3, & ſeqq. pag. m. 99. cui etiam *Æneas Sylvius*, in deſcriptione Germaniæ, Cap. 18 & 19, apud *Schardium*, T. I. *Scriptor. Rer. German.* pag. 232; hac in re, præire videtur; aſt ſententiæ huic Dn. *Schminckius*, in Notis ad cit. locum *Goldaſti*, §. *Cum Pragam*, pag. 99, ſeriò, & rectè contradicit, probè diſtinguens, inter terminos Provinciarum & linguarum. Ut enim non ſequitur, v. g. *Geneva*, popularem linguam eſſe Gallicam, ergò Rempublicam iſtam pertinere ad Galliam; ita nulla conſequentia: Pragenſes uti lingua Germanica, ergò Pragam ſpectare ad Urbes Germaniæ. Nec eſt, quod quis contendat, totam Bohemiam ſubeſſe Germanis; quid inde? nonne ſæpiſſimè Gens aliqua Provinciam, loca &c. ſibi ſubjicit, extra limites Jurisdictionis ſuæ ordinariæ ſita, quæ tamen, quoad ſitum, manent loca iſtius Provinciæ, cui eripiuntur. Quicquid ſit, manifeſtum eſt, eam non fuiſſe omnium primam. Vid. ſeq. Catal. lit. c. Annum Fundationis 1360, laudat etiam Dn. *Johannes Fridericus Francus*, P.P. in *Panegyrico Seculari Academiæ Lipſicæ*, Dn. *Davidis Peiferi* Tr. de *Originibus Lipſienſibus* annexo, p. 15 &c. Conf. ſeq. lit. b.

(*b*) FUNDAVIT &c. *Paulus Stransky*, de *Republica Bojema*, Cap. VI, apud Dn. *Schminckium* l. c. Tom. 2, pag. 527, refert initia hujus Academiæ in Annum 1348, verb. *Etenim, ab Imperatore, Rege Bojemiæ, Carolo IV*, (*An. 1348.*) *erecta liberalium Studiorum Univerſitas Pragenſis.* Conſentit *Lehmannus*, lib. VII. *Chron. Spir.* Cap. 38, pag. 783. Annum contra 1360. approbat etiam cit. Auctor *der kurtzen Nachricht von denen Academien*, Cap. 3. §. 6. p. 53, verb. *Die Prageriſche ward von dem Kayſer Carolo IV, 1360. geſtifftet &c.* Sequentem 1361. mavult *Buchelzer*, in *Indice Chronologico*, h. a. pag. 375, ut & *Beſoldus*, in *Theſauro Practico adaucto*, voc. *Academia*, pag. 10. Ad annum usque 1370, excurrit *Dubravius*, Lib. XXII. *Hiſtoriæ Bojemicæ*, pag. m. 179: *Ad cumulandam Eccleſiaſticam Pragæ dignitatem, Epiſcopum Pragenſem, nomine Arneſtum, in contumeliam Metropolitis Moguntini, qui Carolo* (IV. Imp.) *adverſas partes foverat, Archi-Epiſcopum, à Clemente, R. P. creari, ac Scholas inſuper publicas, inſtar Pariſienſium, erigi procuravit &c.* In margine legitur: *Epiſcopatum in Archi-Epiſcopatum evehit, & Gymnaſium condit Anno 1370 &c.* Qui annus & *Renato Choppino* lib 3. de *Domanio Franciæ*, Tit. 27. §. 20, pag. m. 395. probatur; Juxta *Æneam Sylvium*, Cap. 35. *Hiſtoriæ Bohemicæ*, pag. m. 140 & 141, id gloriæ planè *Wenceslao, Caroli IV.* filio, vindicandum; ibi: *A Venceslao impetratum, ut Pragenſe Gymnaſium, ritu Pariſienſis, gubernaretur &c.* immediateque poſt: *Eas res Magiſtratum Scholæ Teutonibus abſtulit, quam ob cauſam commoti Magiſtri, ac diſcipuli Teutonici generis, jurejurando adacti, uno die, ſupra duo millia Pragam reliquere, nec diu poſt, circiter tria millia ſequuti, apud Lipſiam, Miſniæ Civitatem, trium dierum itinere à Praga diſtantem, Univerſale Studium erexere &c.* quamvis majorem longe jacturam hanc faciat cit. Author *der kurtzen Nachricht von denen Academien*, l. c. pag. 54, Anno 1408, inquiens, *muſte Sie ein hartes auſſſtehen, indem, auf einen Tag, uber 20000 Studenten weg giengen, darzu Sie nicht der dem Huſs angethane Affront, und weil man ſeine Lehre verdammete* (id demum an. 1409, Decreto *Alexandri V*, R. P. apud *Spondanum*, Tom. I, *Continuat. Annal. Eccleſ. Baronii*, ad h. a. §. 23, p. m. 718, contigit,) *antriebe, ſondern, weil die Bohmen die Teutſchen allzuſehr beleidiget hatten &c.* Ecce quid Dn. *Schwederus*, *Introd. in Jus Publ.* Part. ſpect. Sect. I, Cap. VI, p. m. 315: *In hac Academia* (Pragenſi) *quatuor Nationes, Germanica, Polonica, Bohemica & Bavarica, eandem habuere poteſtatem; ſed, cum An. 1409, Imperator Bohemis indulſiſſet, ut ipſi tantum valerent, quantum reliqua tres Nationes ſimul, Rectorem agente Joh. Huſſo, uno die, ſupra duo millia Germanorum, Lipſiam ſe contulerunt, & intra octiduum, 24 millia Studioſorum diſceſſerunt, & paulo poſt reliqui dilapſi ſunt, ita, ut in univerſum 40000 Studioſorum inde abierint. Fuere enim ibi 44000 Exterorum.* Conf. Dn. *Peiſſeri Lipſia* p. 16. Append. &c.

(*c*) ACADEMIARUM &c. Diſſert I, pag. 47, §. *Imò & Germania &c.* coronidis loco, exhibebo hic integrum catalogum Academiarum, per Chriſtianum Orbem celebratiorum, Germanicis literis majoribus deſignatis. Fundatæ autem ſunt:

Aberdonenſis, in Scotia, ab *Alexandro* Rege, & *Iſabella*, Ipſius ſorore, An. 1240. Meminit ejus *Seyfrid*, in *Polyologia*, voc. *Aberton*, & *Dicelius*, in *Compend. Geograph.* voc. *Aberdeen.*

Aboenſis, in Finnia, a *Chriſtina*, Regina Sueciæ, An. 1640. Vid *Loccenius, Hiſt. Suec.* lib. IX, p. 704; *Beeman, Hiſt. Orb. Terrar.* p. 215.

ÆNIPONTANA, a *Leopoldo* Imp. in Comitatu Principali Tyrolenſi; An. 1677. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. Spec. Sect I, Cap. 6. p. 322.

Alcala de Henares, Vid. *Complutenſis.*

ALTOR-

ALTORFINA, à Senatu Norimbergenſi, An. 1578. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, §. 55, lit. b, v. 4, pag. 238.

Andegavenſis (Angiers, in Ducatu Galliæ Andegavenſi) *à Ludovico II*, Duce Andium, an. *1389*. Vid. *Merula*, P. 2. *Coſmograph.* lib. 3. Cap. 22, Alii contra, erectionem hanc vindicant *Carolo V*, Regi Galliæ; ita enim *Renatus Choppinus*, lib. 3, de *Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 11, p. m. *392: Academia Andegavenſis erectio accepta fertur Carolo V, Regi, Minervæ numine quodam afflato, Quintili Menſe, An. 1364, & 4 Cal. Sextil. An. 1373, Inſtitutionem hanc denuò probavit Carolus VI, literis authenticis, 7 Kal. Dec. An. 1383, & Majo Menſe, An. 1388. --- dehinc Carolus VII, eadem in Urbe, cui Juriſprudentiæ Profeſſio ſola indicta fuerat, reliquarum diſciplinarum additamento ſolidum conſtituit Univerſitatis literariæ Corpus, velut ἐγκυκλοπαιδ'ίαν, Reſcripto Menſe Majo An. 1433, cui Pictavenſis tum Senatus aſſenſum ſuffragiumque attulit, pridie Nonas Januar. An. 1434 &c.* Conf. *Petrus Gregorius*, Tholoſanus, de *Republica*, Lib. XVIII, Cap. 10, §. 2, p. m. 740; *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Academia*, p. 10, ponens An. *1346*; *Limnæus, Notit. Regni Franc.* Lib. V, Cap. 8, p. 468.

S. Andreenſis, in Scotia, à *Jacobo* Rege, An. 1410, vid. *Choppinus* l. c. p. 395, §. 22. *Seyfrid.* l. c. voc. *S. Andreas*, habet An. 1411. Eam à *Martino V*, P. R. an. 1424 fuiſſe confirmatam, diſcimus ex *Spondano* Tom. 2 *Contin. Annal. Baronii*, h. a. §. 13, pag. 789.

Angoleſmenſis vid. *Engoleſmenſis*.

Aquenſis (Aix les Bains, Lat. Aquæ Sextiæ, en Provence) in Gallia, ab *Alexandro V*: P. R. 1409, aſt ab *Henrico Magno*, Rege, An. 1603 perfecta, *Ranchin*, *deſcript. de l'Europe*, T. 2, pag. 123; *Limnæus* l. c. Cap. 9, pag. 469. *Hübner* l. c. voc. *Aix*, p. 45.

Argentoratenſis, in Alſatia, à Senatu Argentoratenſi, an. 1566. Vid. præced. Lib. 3. Tit. 2, p. 237. Conf. *Petrus Bertius*, de *Urbibus German.* Lib. 3. c. 2. p. 12, voc. *Argentinenſis*. *Dreſſerus*, de *Præcipuis Urbibus Germaniæ*, voc. *Argentina*, p. m 128. Edit. Lipſienſ. 1606. *Chriſtiani Franciſci Paullini Hiſtoria Iſenacenſ.* An. 1621, §. 217, p. 232.

Auguſta-Auſcorum (Aux, in Vaſconia) Vid. *Weidmanni Geograph. Status*, 296.

Auguſta-Taurinorum (Turin, in Sabaudia) vid. *Dicel.* l. c. voc. Turin. *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom. 68, ad An. 1720, p. 26, ubi: *Il arrive journellement icy des Profeſſeurs en differentes Facultez, que Sa Majeſté* (Victor Amadeus, D. Sabaudiæ & Rex Sardiniæ) *a appellé d'Italie & de France, pour former l'Univerſité etablie en cette Ville: & pour la rendre floriſſante; on lui accorde de fort grands Privileges.*

Avignon, ſeu Avenionenſis, in Comitatu Veneſſino (en Provence, in Gallia,) Bullam erectionis *Bonifacii VIII*, P. R. an. 1303, ſiſtit *Cherubinus*, T. I *Magni Bullarii Romani*, p. 206. *Beſoldus*, Theſaur. Pract. Adauct. voc. *Academia*, p. 10, refert erectionem hanc in annum 1391. Conf. *Dicel* l. c. voc. *Avignon*.

Aurelianenſis (Orleans, in Gallia) optimis inſtitutis fundata à *Clemente V.* P. R. & *Philippo IV* Rege, 27 Jan. 1305, & menſe Quintili An. 1312; vid. *Renatus Choppinus* l. c. pag. 393; *Merula* l. c. P. 2, lib. 3, c. 22. Alii eandem jam *Aurelii* Imp. tempore plantatam cenſent. Vid. *Du Cheſne*, *Antiquitez de France*, pag. 282. *Limnæus* l. c. Cap. X, pag. 471. *Kœrber*, Tabb. Chronol. p. 26, ponit An. 1339.

BAMBERGENSIS, à Præſule Bambergenſi, *Melchiore Ottone Voit à Saltzburg*, An. 1649. Vid. *Zeiler*, de *Decem Circulis Imperii*, Tit. VI *vom Fränkiſchen Kreiſe*, p. 497.

Barcellonenſis, in Catalaunia. Vid. *du Val.* P. 2. *Geograph.* p. 154.

BASILIENSIS, in Helvetia, ab Epiſcopo loci, *Johanne de Venningen*, & Senatu Civitatis, An. 1459. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 234.

Beſanſon, vid. Veſontina.

Bituricenſis (Bourges) in Gallia, quæ, ut *Renati Choppini* l. c. p. 394, verbis utar: *Principali Reſcripto* (Ludovici XI Regis) *creata fuit, eique publica auctoritas attributa, Decemb. Menſ. An. 1463, ut Biturigum Chronicis patet, Senatuſque monumentis, quibus Regia hujuſce Academiæ ſanctio inſcribitur, tertio Kalend. April. An. 1469.* Conf. *Du Cheſne* l. c. p. 487. *Limnæus* l. c. Cap. XI, p. 482.

Bononienſis; vid. præced. §. 7. lit. a.

Burdigalenſis (Bourdeaux en Guienne) 7 Id. Maji, An. 1441, ab *Eugenio IV*, P. R. confirmata à Rege Galliæ, *Ludovico XI*, An. 1472. *Merula* l. c. lib. 3. Cap. 34. pag. 338. *Limnæus* l. c. Cap. XII, pag. 482.

Cadomenſis (Caen, in Normandiæ Ducatu) de qua *Renatus Choppinus* l. c. p. 394, § 17: *Cadomenſem Normannorum excitavit Henricus VI, Britanniæ Inſulæ Rex, An. 1433.* (*quo Britanni Neuſtria ſimul & Gallicis oris, magna ex parte, imperitabat*) *ut obſeſ-*

obſeſſo, aut præcluſo potius, armis Francicis itinere ad Gallicas Academias, libera Anglorum ſubditis daretur in ſuis ditionibus Legum docendarum poteſtas. Quum igitur Pariſiorum Schola Muſæi Cadomenſis inſtitutionem acriter oppugnaret in Suprema Curia, poſtulata etiam ob id Juris Utriuſque publica Lutetiæ Profeſſione, illam interceſſione ſummovit Senatus, Decreto pridie Idus Novemb. An. 1433, quod in vetuſtis Curiæ Actis evolvimus. Verum, hæc Scholaſtica Univerſitas concidiſſet unà cum Anglico in Gallia Imperio, niſi Apoſtolica Eugenii IV beneficio ſuffulta, An. 1437, ac legitimorum Franciæ Regum benignitate novata fuiſſet, aut confirmata &c. Conf. *Du Chêne*, l. c. lib. 7. Cap. 10. p. 979; *Limnæus* l. c. Cap. 13, pag. 483.

Cadurcenſis (Cahors, in Provincia Guienne) à *Johanne XXII* P. R. An. 1332; vid. *Limnæus* l. c. Cap. 14, p. 484. Conf. *Renatus Choppinus* l. c. pag. 394, §. 18, in fine. *Beſoldus* l. c. voc. *Academia*, p. 10, habet Annum 1320.

Cæſar-Auguſtana, in Arragonia. vid. *Bœcler*, de *Rebus Seculi* XVI, p. 417.

Cantabrigienſis (Cambridge,) in Anglia. De hac inquit *Polydorus Vergilius*, lib. V *Hiſtor. Anglica*, p. m. 107; *Certat nominis celebritate cum hoc Oxonienſi Gymnaſio Academia, quæ Cantabrigiæ apprimè floret, quæ, tametſi diſcipulorum numero, ac Cœnobiorum magnificentia, minus floret, bonarum tamen artium ubertate nequaquam impar eſt; quid quod ut vera integritatis mater gloriatur: ſe nunquam Alumnos habuiſſe, qui de Religione malè ſenſiſſent! at vero antiquitate longè præſtat: ab hac enim Academia, Cantabrigiæ poſita, uſque ad initium Gymnaſii Oxonienſis, interfuere Anni 265; nam hoc Oxonii, Alvredus, poſt annum quam regnare cœperat, circiter vigeſimum tertium, qui fuit humanæ ſalutis 895; illam vero Sigibertus Cantabrigiæ, circiter annum ejuſdem ſalutis 630, collocavit*, immediatè annectens: *Verum, ſi Commentariis credimus Authoris incerti, antiquior eſt tam Oppidi, quam Gymnaſii, origo &c.* In eandem ſententiam ſcribit *Camdenus*, in *Britannia*, Tit. *Cambridgeshire*, p. m. 315: *Academiam hanc* (Cambridge) *primum inſtituiſſe, & Sebertum, Orientalium Anglorum Regem, anno poſt Chriſtum 630, reſtituiſſe perhibetur &c.* ſequentibus, articulatim recenſens, à quibus ſpecialia Collegia fundata. Id autem utut & *Choppinus* l. c. pag. 394, §. 19, idem doceat, dubia fide Annalium niti, obſervavit *Conringius*, cit. Tract. de *Antiquitatibus Academicis*, Diſſert. 3, p. 64, §. *Præter hæc autem &c.* & p. 73; §. *Eadem ſane*, ubi ſub *Eduardo I* Rege, *Elienſis* Epiſcopus, primum Collegium exſtruxiſſe fertur; conf. *Camdenus* l. c. p. 315: *Primum Collegium, quod S. Petri Domus vocatur, Hugo Balsham, Epiſcopus Elienſis, anno 1280 extruxit & dotavit &c.* &, paucis interjectis: *Henricus VI, Rex Angliæ, Collegium Regium 1441, cui ſacellum, adjunxit - - - - Margaretha Andegavenſis, ejus uxor, An. 1448, Collegium Reginale - - - - & Potentiſſimus Rex Henricus VIII S. Trinitatis Collegium, Anno ſalutis 1546, Religioni & bonis literis exædificarunt &c.*

Cataneenſis, in Sicilia. Vid. *Seyfridi Poliologia*, voc. *Catanea*.

Cerionenſis, ſeu *Gerundienſis*, (Gironne, in Catalaunia) à *Philippo*, R. Hiſpaniæ, An. 1561. Id demum contigiſſe An. 1710, ſub Rege *Carolo*, moderno Imperatore, docet Dn. *Hübner*, *im Staats-Zeitungs- und Converſations-Lexico*, voc. *Girona*, pag. 754. Conf. *Hamburger Relations-Courier An.* 1705, 19 Oct. §. 163, Rubrica, *Paris*, 9 *Oct.*

COLONIA - Agrippinenſis, à Senatu Colonienſi, An. 1388. Vid præc. Lib. 3, Tit. 2, pag. 233, An. 1388. Conf. infr. voc. *Trevirenſis*.

Complutenſis, ſeu *Alcala de Henares*, in Caſtilia, à *Franciſco Ximenio*, Archi-Epiſcopo Toletano, An. 1517. Vid. *Renatus Choppinus* l. c. pag. 395, §. 20, Conf. *Thuanus*, lib. I; *Dicel.* l. c. voc. *Altala* de *Henares*. *Bœcler*, de *Rebus Seculi XVI*, p. 277, habet Annum 1515; Dn. *Hübner* l. c. voc. *Alcala de Henares*, p. 54, mavult An. 1517. add. *Meliſſantes*, *Geograph. Noviſſ.* Cap. 3, §. 8, p. 230. Dn. *C. Wigand*, *in der Staats-Geographie*, Cap. 3, §. 3, p. 180.

Compoſtellenſis, in Gallicia, An. 1570, A *Philippo* Rege. Vid. *Bœcler.* l. c. p. 580. *Dicel.* l. c. voc. *Compoſtelle*. *Wigand* l. c. voc. *Compoſtella*, p. 206; Dn. *Hübner*, l. c. voc. ead. p. 465.

Conimbricenſis (Coimbra, in Portugallia) à *Johanne II*, Rege Portugalliæ, Sec. XV. Vid. *Atlas Minor*, part. 2, p. 156; *Cluverius Introd. Geograph.* lib. 2, Cap. 6, p. 60; *Choppinus* l. c. pag. 395, §. 20. *Fridericus Henricus Cuſpinianus*, in *Theatro Summorum Pontificum*, id refert ad Annum 1277. *Hübner* l. c. voc. *Coimbra*, p. 451, habet An. 1290; *Wigand* l. c. Cap. 2, voc. ead. p. 149, & *Meliſſantes*, l. c. Cap. 2, §. XIV, voc. ead. p. 141, ponunt, An. 1482, Fundatore *Johanne III* Rege; quem etiam *Johannes Buno*, in Lib. 2 *Geograph. Cluverii*, Cap. VI, §. 13, p. m. 115, Auctorem ejus conſtituit, ibi: *Conimbriæ Academia fundata eſt à Johanne III, Rege Portugalliæ, Anno Chriſti ∞. ccxii.*

CON-

CONSTANTIENSIS; vid. *Friburgenſis*; add. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 234, An. 1460.

Cracovienſis; ab *Uladiſlao Jagellone* Rege. de qua hæc *Martinus Cromerus*, de *Rebus Polonorum* lib. XVI, p. m. 370, poſt Annum 1401: *Per hæc ferme tempora, Academia Cracovienſis, ex teſtamento Hedwigis Reginæ* (Uladiſlai Jagellonis Regis conjugum primæ) *& cumulatiore liberalitate Regis, condita eſt &c.* Hinc ſententiæ ſuæ fundamentum *Körberus* l. c. p. 27, & *Meliſſantes* l. c. Cap. XIV; voc. *Cracau*, p. 1511: *Anno 1401, iſt eine ſchöne Univerſität hier angelegt worden.* Factum comprobat *Thuanus*, lib. 56 *Hiſtor.* cujus verba in Deſcriptione Poloniæ *Elzeviriana*, pag. 217 & ſeqq. repetuntur, ubi inter alia: *Cracoviæ Gymnaſium eſt & Schola, ab Uladiſlao I Jagellone inſtituta, in qua Mathematicarum artium, Philoſophiæ, Theologiæ ac Juris Studia florent ac docentur &c.* Medicinæ hic nulla mentio, eam tamen non minus aliis ibidem addiſci poſſe, teſtatur *Simon Starovolſcius* in *Polonia* ſua, p. m. 45, inquiens: *Venio ad Academiam Eruditorum omnis generis fertiliſſimam Officinam, quæ totius Sarmatiæ ſidus luciliſſimum eſt, pariter ut olim Græciæ oculus Athenæ. Hæc in univerſum Octo Collegia habet. Collegium majus, in quo Theologi: Collegium minus, in quo Philoſophi: & Collegium Juriſperitorum, in quo ejus Profeſſores habitant & prælegunt. Medici enim, quia communiſſimè uxorati ſunt, extra Collegium manent, quiſque in domo propria &c.* Propterea vero nec errant, Authorem ejus, *Caſimirum Magnum*, conſtituentes, quem eam An. 1361 fundaſſe tradit *Seyfridus*, in *Poliologia*, voc. *Cracau*, pag. 127, aut An. 1364, ut Dn. *Im Hoff*, *Tabl. Regum Europ.* ſpecialiter *Regum Poloniæ*, Tab. XVII, opinatur; rectè enim Dn. *Hübner* l. c. voc. *Cracau*, pag. 500: *Welche (Univerſität) 1364 zwar angeleget, aber 1400 erſt in rechten Stand gebracht worden &c.* Quod *Renatus Choppinus*, cit. Lib. 3, de *Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 19, p. 395, dudum etiam annotavit: *Apud Polonos, publicum Cracoviæ Gymnaſium extruitur ab Uladiſlao Rege, ex Helvidis Reginæ tabellis teſtamentariis, circa Annum 1401, uti à Cromero diffuſius, qui ejus tamen Academiæ primordia longius repetit, à Caſimiro, Sarmatiæ Rege, Anno 1361 &c.* pariter ac *Bucholzerus*, in Indice Chronologico, ad An. 1400, p. m. 384, verb. *Academia Cracovienſis in Polonia, cujus antea fundamenta jacta fuerant circa annum 1364, hoc demum anno erecta, conſummata vel inſtaurata eſt, à Jagellone Uladiſlao Rege, conſentiente Bonifacio IX. Prima Lectio in Jure Canonico, per Epiſcopum Cracovienſem, Petrum, feliciter incepta eſt, feria ſecunda poſt Jacobi Apoſtoli.* Hinc ſimul diſcimus & Auctoritatem Pontificis Romani hic interveniſſe.

Dolenſis (Dole, en Franche Comté) à *Philippo Probo*, Transjuranæ Burgundiæ Comite, exorato prius *Martini V*, P. R. Diplomate An. 1426. Vid. *Choppinus*, cit. Lib. 3, de *Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 22, p. m. 395. *Meliſſantes* l. c. Cap. 5, pag. 559, §. 21, voc. *Dole*.

Dorpatenſis, in Livonia, à *Guſtapho Adolpho*, Rege Sueciæ, impellente *Johanne Skytte*, Bar. de *Duderoff*, Provinciæ Præfecto, cujus filius, *Jacobus Skytte*, primus Rector evaſit; an. 1632. Vid. *Joh. Loccenius*, lib. VIII *Hiſtoria Suecana*, p. m. 547 & 548, *Olearii*, *Reiß-Beſchreibung nach Moſcou und Perſien*, p. 9; *Zeiler Topogr. Livoniæ*, p. 11; *Seyfrid*, l. c. voc. *Dærpt*, p. 145. *Hartnaccius* ad *Micralium*, lib. 3 *Hiſtor.* Sect. V, pag. 335; Eam, anno 1695, à *Carolo XI* Rege, conſilio *Fiſcheri* Cancellarii, ſupremi per Livoniam Superintendentis, Pernaviam fuiſſe translatam; *Meliſſantes*, l. c. Cap. 13 *Geographia Specialis*, §. XIV, v 4, p. 1500, annotavit. Conf. *Hartnac* ad *Micralium* l. c. Dn. *Hübner* l. c. voc. *Derpt*, p. 549, id refert ad An. 1699.

Dortoſa, vid. Tortoſa.

Duacenſis, (Douay, in Flandria,) *à Philippo II*, R. Hiſp. an. 1561. vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 236, ad h. a. *Renatus Choppinus*, cit. lib. 3. de *Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 20, p. 395, vindicat ejus fundationem an. 1566. *Bæclerus*, de *Rebus Seculi XVI*, p. m. 511, ait: *In Belgio, Duacenſis Academia, à Philippo II, Hiſpaniæ Rege, excitata, iiſdemque, cum Academia Lovanienſi, Legibus & privilegiis dotata, 1562, 6. Oct.* Annum præcedentem, diemque contrà ſequentem, mavult *Bucholzerus* l. c. ad An. 1561, p. 613: *Philippus, Rex Hiſpaniæ, novam Duaci, Arteſiæ Urbe, Academiam, iiſdem cum Lovanienſi Academia Legibus, inſtituit, die 7 Octobris &c.*

Dublinenſis, in Irlandia, ab *Eduardo II*, an. 1320; vid. *Seyfrid* in *Poliologia*, voc. *Dublin*. pag. 147. Dn. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 591. Alii contrà vindicant ejus natales *Eliſabethæ* Reginæ. Vid. *Wigand* l. c. Cap. 5, Sect. 3, §. 1. pag. 404; & *Meliſſantes* l. c. Cap. VI, voc. *Dublin*, p. 668.

DUISBURGENSIS, in Cliviæ Ducatu, à *Friderico Wilhelmo*, Electore Brandenburgico, An. 1655. Vid. præced. Lib. 3. Tit. 2, p. 241.

Eboracenſis, (Evora, in Portugallia) ab *Henrico* Cardinale, Urbis Archi-Epiſcopo. *Becman*, *Orb. Terrar. Hiſtor*; Cap. VI, pag. 159 in fine. *Buno* ad *Cluverii Introd. Geogr.* lib. 2, Cap. 6, §. XI, p. 113. *Wigand Staats-Geographie*, Cap. 2, voc. *Evora*, p. 150.

150, *Meliſſantes, Geograph. Special.* Cap. 2, §. 13, voc. ead. pag. 137. Dn. *Hübner*, l. c. voc. ead. pag. 649. *Johannem V.* modernum Regem, donaſſe Jeſuitas, An. 1729, 4 Febr. Privilegio docendi hîc publicè Jus Civile & Canonicum, ex Novellis didici.

Engoleſmenſis (Angouleſme, in Provincia Aurelianenſi, in Gallia) de qua *Renatus Choppinus*, cit. Lib. 3, de *Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 18, p. 394: *Franciſcus I Angoliſmis literarium inſtituit Collegium, Decemb. Menſ. An. 1516; quantum è patriis Angoliſmotum Chronicis percepimus. Henricus II dehinc illud ſuis auſpiciis conſtabilivit. Ex Velum. I Regeſtor. Curiæ ſub Errico II, fol. 436.* In margine legitur: *Engoliſmenſis Univerſitas.* Alii id ſaltem de Collegio Jeſuitarum interpretantur. Vid. *Wigand* l. c. Cap. 4, voc. *Angoulerne*, p. 268. *Meliſſantes*, l. c. Cap. 4, voc. ead. p. 403.

ERFORDENSIS, in Thuringia, à *Dagoberto I*, Rege Francorum fondata, inſtaurataque, ab Urbis Magiſtratu, ſub *Adolpho* Archi-Epiſcopo Moguntino, An. 1389; Privilegiisque aucta à *Bonifacio* IX, P. R. An. 1391; vid. *Petrus Bertius*, de *Urbibus German.* Lib. 3, c. 2. pag. 13, voc. *Erfurdenſis*: Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. I, Cap. VI, §. 3, pag. 314; *Beſoldus, Theſaur. Pract. Adaucto* voc. *Academia*, p. 10. *Middendorp.* de *Academ.* lib. 5, pag. 200; *Schütz*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. I, §. 8, lit. g, pag. 11. Pro Anno 1389, loquitur *Gudenus* lib. 2, *Hiſt. Erfurd.* p. 121. Annum 1392 defendunt: Additionator ad *Lambertum Aſchaffenburgenſem*, ad h. a. apud *Piſtorium*, pag. 265; *Paulus Langus*, in *Chronico Citizenſi* h. a. ibid. pag. 845; Auctor incertus *veteris Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, de *Scriptorib. Rer Septentr.* pag. 210, ad h. a. *Bucholzer*, in *Indice Chronolog.* h. a. pag. 380; *Dreſſerus*, de *Præcipuis Germaniæ Urbibus*, voc. *Erfurdia*, p. m. 232 & 233; *Seyfrid, Poliolog.* voc. *Erfort*, pag. 161; *Meliſſantes*, l. c. Cap. X, §. 114, pag. 1395; Dn. *Hübner* l. c. voc. *Erfurth*, pag. 635 &c. Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 107, pag. 104, carpit *Serrarium*, quod eam demum Anno 1398, ſub *Johanne II* Archi-Epiſcopo, cœpiſſe tradat. Præſules Moguntinos parum, vel nihil, ad ejus fundationem, contribuiſſe, aſſerit *Dreſſerus* l. c. verb. *Academia, ſeu Schola Univerſalis*, (Erfurtenſis) *fundata eſt Anno Chriſti 1392, imperante Wenceslao, ad quam Archi-Epiſcopus Moguntinus nihil contulit, ſed Oppidani precibus ſuis Privilegia, à Pontifice Romano, Bonifacio IX. impetrarunt, quod Diplomata Pontificia demonſtrant &c.*

Ferrarienſis, in Italia, Sec. XIV, opera *Bartholomæi Saliceti* JCti, vid. *Couring*, Diſſ. I, de *Antiquit. Academ.* p. 47. *Bucholzerus* l. c. p. 378, refert initia ejus ad An. 1382; *Körber* verò l. c. pag. 26, ad An. 1339; *Bonifacii IX* P. R. Conſtitutio An. 1391, hanc in rem edita, extat apud *Cherubinum*, Tom. I *Magni Bullarii Romani* p. 294.

Firmanenſis, (Fermo, in Marchia Italiæ Anconitana) à *Bonifacio VIII* P. R. an. 1303; vid. ejus Bulla h. a. apud *Cherubinum* l. c. Tom. I, p. 204; innovata à *Sixto V*, an. 1585, ibid. Tom. 2, pag. 499, & rurſus à *Clemente VIII*, an. 1602; ibid. Tom. 3, pag. 139.

FRANCOFURTENSIS ad Viadrum, ſeu Oderam, à *Joachimo I.* Elect. Brandenburgico, ejuſque fratre, *Alberto*, An. 1506, 27 April. vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 235. Conf. *Dreſſerus*, de *Præcipuis Urbibus Germaniæ*, voc. *Francofurtum ad Oderam*, pag. 253 &c. *Anno Chriſti 1506, die Aprilis 27, introducta eſt Academia in hanc Urbem, autoribus & fundatoribus Joachimo I, Marchione Electore, & fratre ejus, Alberto, qui poſtea Epiſcopus Moguntinus eſt factus. Privilegia tribuit Pontifex, Alexander VI, Papa, & Maximilianus I Imperator. Profeſſores, ex Lipſienſi Academia accerſiti, fundamenta Doctrinæ liberalis jecerunt, ex quibus Rector primus fuit creatus D. Cunradus Wimpina; Decanus verò Philoſophicæ communitatis M. Joannes Lindholtz. Reformata eſt eadem, anno Chriſti 1538, à Joachimo II Marchione, & Electore Brandenburgico, ſtipendiiſque & Profeſſoribus aucta ac locupletata. Anno autem 1539, reformata eſt Eccleſia in Electoratu Brandenburgico, ſecundum Auguſtanam Confeſſionem &c.*

Franeckerana, in Weſtfriſia, ab Ordinibus iſtius Provinciæ, an. 1586. Vid *Bertius*, de *Urbibus Germaniæ*, lib. 3, Cap. 2, pag. 14. Annum præcedentem 1585, mavult *Martinus Schoock*, Lib. 16 *Belgii fœderati*, Cap. 3, pag. 292; &, ex eo, *Bœclerus*, de *Rebus Seculi XVI*, p. m. 693. Add. Auctor *Deſcriptionis Belgii confœderati*, Edict. *Elzevirian.* An. 1630, voc. *Franekera*, pag. 185, ut & *Wigand*, cit. *Staats-Geographie*, Cap. IX, voc. *Franiker*, pag. 699; & *Meliſſantes* l. c. Cap. VII, voc. ead. pag. 847; & Dn. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 698. Conf. *Dicel*, l. c. voc. *Franequer*; *Seyfried* l. c. voc. ead. pag. 173. *Cluverius, Introd. Geograph.* lib. 2, Cap. 19, §. 15, p. m. 183.

FRIBURGENSIS, in Briſgovia, ab *Alberto VI*, Archi-Duce Auſtriæ, An. 1460. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 234. An. 1661, *Conſtantiam* ab Impera-

peratore *Leopoldo* tranſlata noſcitur; vid. *Meliſſantes* l. c. Cap. X, §. 42, voc. *Coſtnitz*, pag. 1207; *Hübner* l. c. voc. *Freyburg*, pag. 702. eam verò, poſt Pacem Ryſwicenſem, An. 1697 initam, *Friburgenſibus* fuiſſe reſtitutam, docet *Meliſſantes* l. c. verb. *Welche* (Univerſität) *aber, nach dem Ryſwickiſchen Frieden, wieder nach Freyburg kommen iſt.*

FRIDERICIANA; vid. *Hallenſis.*

Gandienſis (Gandia, in Valencia, Regno Hiſpanico) à *Franciſco Borgia.* Vid. *Diecel.* l. c. voc. *Gandie Hübner* l. c. voc. *Gandia*, pag. 722.

Genuenſis, à Senatu Genuenſis Reipublicæ, Sec. XIV. Vid. *Conring* l. c. Diſſ. I, p. 47.

GIESSENIS, in Haſſia, à *Ludovico* Landgravio, An. 1607. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 239.

Glaſcovienſis, in Scotia, à *Turnballo*, Præſule Glaſcovienſi, An. 1454. Vid. *Seyfrid*, in *Poliologia* voc. *Glaſco*, pag. 196. *Diecelius* l. c. voc. ead. Conf. *Wigandi Staats-Geographie* Cap. V, Sect. 2, §. 10, p. 391, voc. *Glaſcov. Meliſſantes* l. c. Cap. VI, §. 30, voc. *Glaſquo*, pag. 646. Dn. *Hübner* l. c. voc. *Glaſco*, pag. 756.

GRÆCENSIS, in Styria, erecta an. 1585, à *Sixto V*, P. R. teſte ejus Bulla, apud *Cherubinum* l. c. Tom. 2, p. 697. Conf. *Hübner* l. c. voc. *Gratz*, pag. 772; *Wigand* l. c. Cap. X, p. 724, voc. ead.

Granadenſis, in Hiſpanico Regno Granadenſi, ab *Alexandro VI*, P. R. Sec. XV. Vid. *Diecelius* l. c. voc. *Grenade*. Conf. *Seyfried* l. c. voc. *Granada*, p. 205. *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, §. 18, voc. *Granata*, p. 267, eam à *Carolo V*, Rege, poſtea Imperatore, An. 1517, fundatam docet; add. *Wigand* l. c. Cap. 3, voc. *Granada*, p. 198.

Græningenſis, ab Ordinibus hujus Provinciæ, An. 1614, 31 Aug. Vid. *Meteranus*, Lib. 31, h. 2. pag. 17. *Calviſius, Op. Chronol.* pag. 884; *Zeiler, Topogr. Belgii*, pag. 102; *Gottfried, Chronic.* Part. 8, h. 2. pag. 1080; Add. *Petrus Bertius*, de *Præcipuis Germaniæ Urbibus*, voc. *Gruninga*, Cap. 2, pag. 135; *Benthem, Holländiſcher Kirchen- und Schulen-Staat*, P. 2. p. 4. *Caroli, Memorabil.* Sec. XVII, lib. 2, Cap. 17, pag. 351; *Handlung der Welt Alter*, p. m. 452; *Hübner* l. c. voc. *Gröningen*, pag. 787; *Wigand* l. c. Cap. IX, voc. ead. p. 701. *Meliſſantes* l. c. Cap. VII, voc. ead. p. 841.

GRYPSWALDENSIS, in Pomerania, à *Vratiſlao* Duce, An. 1457. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 233.

Hafnienſis (Coppenhagen) à *Chriſtiano*, Rege Daniæ, An. 1539. *Conring.* l. c. Diſſ. I, pag. 48, §. *Seminarius Scholarum &c. Petrus Bertius*, cit. Lib. 3. Commentariorum, Cap. 2, pag. 14 & 15; Fundamenta vero jam fuiſſe jacta à *Chriſtiano I*, ex Duce Holſatiæ creato Rege, an. 1474, docet *Jonas Coldingenſis*, in *Deſcriptione Daniæ*, Edit. Elzevir. an. 1629, pag. 243; Conf. *Bertius* l. c. *Bœclerus*, de Geſtis geſtis Seculi XVI, pag. 419, ubi ad *Eraſmi Vindingii Regiam Academiam Hafnienſem* provocat. *Atlas Minor* P. I. p. 158. *Buno* ad *Cluverii Introduct. Geograph.* Lib. 3, Cap. XIX, §. 3, p. 274 & 275. *Meliſſantes* l. c. Cap. XI, voc. *Coppenhagen*, pag. 1471. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 485.

HALLENSIS, in Saxonia; à *Friderico III*, Electore Brandenburgico, (unde & *Fridericiana* audit,) An. 1692, 20 Junii, fundata, annoque 1694, 1 Jul. ſolenni Cerimonia inaugurata. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 243 & 244. Omnium pleniſſimè eam deſcripſit Auctor *der kurtzen Nachricht von der Statt Halle, und abſonderlich von der Univerſität daſelbſt*, An. 1709; ubi ſimul pag. 36, *Clementis VII*, P. R. Privilegia ſiſtit, *Alberto* Brandenburgico, qua ArchiEpiſcopo Magdeburgenſi, in favorem erigendæ aliquando Academiæ Halenſis, An. 1531, jam indulta, pariter ac, pag. 41, Privilegia *Leopoldi* Imp. ſub dato *Vienna*, 19 Octob. An. 1693. Privilegia ipſius Conditoris, ſub dato *Cleve*, 20 Junii 1692, (confirmata & aucta, ſub dato *Cölln an der Spree*, 4 Sept. 1697,) extant ibidem, p. 56 &c.

Harderwicenſis, ab Ordinibus Ducatus Geldriæ, An. 1648. Memoriam cuſus nummus celebrat, inſignia Geldriæ referens, cum inſcriptione:

Victoria præmium libertas.

in poſtica legitur:

Pace Domi foriſque ſancitâ. Academiâ Hardewici fundatâ: Illuſtres Ordines Ducatus Geldriæ, Comitatus Zutphaniæ, in rei memoriam hunc nummum cudi fecerunt 1648. Vid. *Biſotte, Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande*, Tom. 2, pag. 210.

Ex Diplomate fundationis, allegari merentur Verba, quæ *Georgius Hornius*, in *Diſſertationibus Hiſtoricis & Politicis*, an. 1655, uno Volumine editis, Diſſ. IX, pag. 58, ſuppeditat: *Conceſſimus & indulſimus, & diplomate hoc concedimus, atque indulgemus, ut Illuſtris hoc Tetrarchiæ Velavicæ Gymnaſium, bonis avibus, ad Provincialis Academiæ faſtigium aſcendat, & eandem auctoritatem, idem Jus, ac Privilegia, obtineat, quibus, ab Conditoribus ſuis, Univerſitates aliæ ornatæ atque adfectæ ſunt. Ea propter, advocatis Academiæ Novæ Clariſſi-*

mis Profeſſoribus, ac vocandis deinceps, poteſtatem facimus. præcedente juſto examine, & ſpectata Candidatorum peritia, creandi facultatum omnium Doctores, Licentiatos, ac Magiſtros, dandique indices eruditionis & honoris tabulas; quas dignitatis ejusdem atque æſtimationis haberi volumus, cujus ſunt, quæ ab Academiis reliquis & Univerſitatibus conceduntur &c. Add. *Benthem*, *Holländiſcher Schuhl- und Kirchen-Staat*, P. 2. pag. 46. *Wigand* l. c. Cap. IX, voc. *Harderwick*, pag. 691. *Meliſſantes* l. c. Cap. VII, voc. ead. p. 829. Dn. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 826.

HEIDELBERGENSIS, *à Ruperto*, Electore Palatino, An. 1376. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 232. Anno tamen 1346, prima jacta fundamenta, aſſerit etiam *Choppinus* l. c. lib. 3, Tit. 27, §. 24, p. 395.

HELMSTADIENSIS, *à Julio*, Duce Brunſuic. & Luneb. a quo & JULIA dicitur, An. 1575. Vid. cit. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 238.

HERBIPOLENSIS, *à Johanne*, ab *Egloffſtein*, Epiſcopo Würtzburgico, An. 1403; Vid. cit. Lib. 3, Tit. 2, p. 233.

Hiſpalenſis, vid. *Sevilliana*.

Hueſcana, in Arragonia; vid. *Seyfridi Poliologia*, voc. *Hueſca*, pag. 239. Nugas venditant, qui Q. *Sertorium*, Romanæ Militiæ Principem, *Sillæ* dictatoris adverſarium, Hiſpanorum Principum filios obſides literis ibi erudiri voluiſſe perhibent; vid. *Buno*, in *Introductionem Geographicam Cluverii*, lib. 2, Cap. VI, §. 2, pag. 106; & *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. *Hueſca*, pag. 302, verb. *Hueſca*, *Lat. Oſca*, *eine ſehr alte Statt*, *mit einer Uhralten Univerſität*, *wo der Römer Sertorius die Spanniſchen Printzen*, *ſo er als Geiſſeln bekommen*, *ſtudiren laſſen*; addendo: *Die Spannier wollen, aus einigen Antiquitäten, darthun, als habe Pilatus hier ſtudiret &c.* de quo membro poſteriori vid. etiam *Wigand* l. c. Cap. 3, pag. 218, voc. *Hueſca* de *Sertorio* vid. Auctores Romanos, apud *Morery*, in Dictionario, voc. *Sertorius*, p. m. 378, citatos.

JENENSIS, *à Johanne Friderico*, Elect. Saxon. An 1548. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 236; ſolennibus Inaugurationis decennio poſt celebratis. Conf. *Chytræus*, *Chron. Saxon.* ad An. 1558, pag. 557, Edit. Lipſ. 1593. *Bœcler*, de *Rebus Seculi XVI*, ad an. 1558. pag. 100. Eam jam anno 1555. ſolenniter ſuiſſe introductam, Auctor eſt *Dreſſerus*, de *Urbib. German.* pag. 331, voc. *Jena*. Conf. de hac Academia, cit. Author *der kurtzen Nachricht von denen Academien und Univerſitäten überhaupt*. Cap. 3, pag. 61, §. 20. *Hübner* l. c. voc. *Jena*. pag. 890. *Meliſſantes* l. c. Cap. X, voc. ead. pag. 1402: *Buno*, in *Introduct. Geograph. Cluverii*, lib. 3, Cap. 16, §. 4. pag. 261. *Wigand* l. c. Cap. X, pag. 988, voc. *Jena*.

INGOLSTADIENSIS, *à Ludovico* divite, Duce Bavariæ, An. 1472: Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 234. *Buno* l. c. Lib. 3. Cap. XI, pag. 235, refert ejus initia ad An. 1410; *Dreſſerus* contra l. c. voc. *Ingolſtadium*, pag. m. 332, ponit An. 1471.

INSPRUCK; vid. Æniipontana.

JULIA. vid Helmſtadienſis.

KILONIENSIS, *à Chriſtiano Alberto*, Duce Holſato-Sleſvicenſi, An. 1665, 5-15 Oct. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 242.

Lemovicenſis (Limoges, in Gallia) *à Clemente V*, P. R. An. 1312. Vid. *Beſoldus*, *Theſaur. Pract. Addit.* voc. *Academia*. p. 10.

LEODIENSIS, in qua uno tempore novem Regio ſanguine natos, cum aliis 24 Principibus, & 29 Comitibus, literis incubuiſſe, tradit *Atlas Minor*, P. I, p. 260.

Leridenſis, in Catalonia; An. 1300. Vid. cit. *Atlas Minor* P. 2. pag. 174, *Du Val Geograph*, P. 2, pag. 155, *Seyfrid* l. c. voc. *Lerida*, pag. 267; *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. ead. *Lerida*, pag. 320. *Wigand*, l. c. Cap. 3, voc. ead. p. 223. *Hubner* l. c. voc. ead. p. 1013.

LIPSIENSIS, A *Friderico I*, Electore Saxoniæ, An. 1409, vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 233. Conf. *Renatus Choppinus* l. c. Lib. 3, Tit. 27, §. 22. pag. 395. *Dreſſerus*, l. c. voc. *Lipſia*, pag. m. 370 & ſeqq. Dn. *Joh. Fridericus Francus* P. P. in Panegyrico Seculari, *de Origine, Incrementis & Fortuna Academiæ Lipſicæ*, Libris IV. Dn. *Davidis Peiferi*, de *Lipſia*, An. 1689, editis, annexo, p. 15 & ſeqq.

Londinenſis, in Scania, *à Carolo XI.* Rege Sueciæ, 1668, 7 Februar. Pro-Cancellario *Bernhardo Oelreich*. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. X, h. a. pag. 827; *Diar. Europ.* Contin. XVIII, pag. 86; *Brewerus*, *Hiſt. ab anno 1661, ad 1673*, pag. 189; *Handlung der Welt Alter*, pag. 454; *Schowart*, *Obſervat. Hiſtor. Geneal.* Cap. V, §. 4, pag. 151; ponens tamen An. 1667; *Wigand* l. c. Cap. XIII, p. 1114, voc. *Lunden*; *Kœrber* l. c. p. 31.

Loſannenſis, in Helvetia, à Senatu Bernenſi, An. 1536. Vid. *Seyfried* l. c. voc. *Lauſanna*, pag. 263. *Joſias Simler*, *vom Regiment der Eydgenoſſenſchafft*, Lib.

Digitized by Google

Lib. 2, pag. m. 348, Edit. Tigur. 1645; *Wigand* l. c. Cap. 8, voc. *Lauſanne*, pag. 581; *Meliſſantes* l. c. Cap. 8, §. 16, pag. 886, voc. ead. *Lauſanne*; verb. *An ſtatt des Biſchoffsthumbs, haben die zu Bern eine Univerſität, An. 1536, angeleget &c.* Conf. Dn. *Hübner* l. c. voc. *Lauſane*, p. 998.

Lovanienſis, in Brabantia, *à Johanne IV*, Duce Brabantiæ, An. 1426. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 233; Conf. *Renatus Choppinus*, lib. 3. de *Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 22, pag. 395. Quomodo *Martinus V.* P. R. An. 1425, 5 Id. Dec. eam confirmaverit, docet *Spondanus*, T. 1. *Continuat. Annalium Baronii*, h. a. §. 4, pag. 790. Pluribus de hac Academia vid. *Lipſius*, in ſuo *Lovanio*, Lib. 3, Cap. 2.

Lugdunenſis, in Gallia, (Lyon) Sec. XIV; *Conringius*, l. c. p. 47; *Beſoldus* l. c. pag. 10, aſcendit usque ad An. 830.

Lugdunenſis in Belgio Fœderato, (Leyden) à Fœderatis Belgis, An. 1575. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 237.

LUNEBURGENSIS, *à Friderico III*, Imp. An. 1471, Qui Cæſar Senatui Luneburgenſi, hoc anno, ſingulari Privilegio proſpexit inſtituendi Collegii Juridici, duobus vel tribus Doctoribus ornati, quibus eſſet facultas publice legendi Jura Civilia, diſputationes habendi, &, ad inſtar Generalium Studiorum & Univerſitatum, creandi alios Doctores Juris & Baccalaureos. Paſſum Diplomatis Cæſarei hæc exprimentem ſiſtit *Sagittarius*, in *Memorabilibus Hiſt. Luneb.* §. 90, ad An. 1471, p. 31 & 32. Hinc ſua Dn. *Rehtmeier*, Part. 3, *Chron. Brunſ. & Luneb.* Cap. 68, p. 1325, circa finem. Res tamen ſucceſſu caruit.

Lutetia, vid. *Pariſienſis*, præced. §. 3, lit. b.

Maceratenſis, in Marchia Anconitana. Vid. *Seyfrid* l. c. voc. *Macerata*, p. 303. Inſtitutio Studii hujus Generalis *Pauli III*, P. R. An. 1540, legitur apud *Cherubinum*, Tom. I, *Magni Bullarii Romani*, p. 731.

MARPURGENSIS, in Haſſia, *à Philippo* Magnanimo, Landgravio, An. 1526, vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 236. *Choppinus* de *Domanio Franciæ* l. c. ponit Annum 1535; & *Joh. Juſtus Winckelmannus, in Beſchreibung der Fürſtenthümmer Heſſen und Hersfeld*, P. 4, Cap. 7, pag. 440, Annum 1527, 30 Maji, quo ſcil. ſolennis introductio contigit. Diploma *Caroli V*, Imp. de An. 1541, 20 Aug. eidem Univerſitati conceſſum, legis ibid. p. 441. Primum Jubilæum celebrat Moneta aurea & argentea, cui inſcriptum:

Academia. Marpurgica. Pietatis. Sapientiæ. Et. Virtutis. Officina. A. Philippo. Haſſiæ. Landgravio. Pie. Fundata. Wilhelmo. Et. Ludovico. Seniore. Feliciter. Servata. Ludovico. Juniore. Prudenter. Reſtaurata. Et. Liberaliter. Amplificata. Georgio. Seculari. Feſto. Devotè. Ornata. Ad. Divini. Numinis. Celebrationem. Imperatoris. Romani. Venerationem. Reipublicæ. Chriſtianæ. Exædificationem. Georgius. Dei. Gratia. Haſſiæ. Landgravius. Fieri. Fecit. 30. Maji. M. DC. XXVII. Vid. *Winckelmannus* l. c. p. 449.

MOGUNTINENSIS, *à Diethero* ab *Iſenburg*, ArchiEpiſcopo Moguntino, An. 1482. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 234.

Molsheimenſis, in Alſatia, *à Leopoldo* ArchiDuce, Epiſcopo Argentoratenſi, An. 1618. Vid. ibid. p. 240.

Montiſpeſſulana (Montpellier, in Languedocia) An. 1196. Vid. *Merula* l. c. lib. 3, Cap. 37, pag. 367. *Limnæus*, *Notit. Franc.* lib. V, Cap. 15, pag. 484; *Conring.* l. c. pag. 46. *Beſoldus* l. c. pag. 10. *Wigand*, l. c. Cap. 4, pag. 290, voc. *Montpellier*. *Meliſſantes* l. c. Cap. 4, voc. ead. pag. 515. *Seyfridi Poliologia*, voc. ead. p. 312. *Hübner* l. c. voc. *Monpellier*, p. 1182.

Muſſipontana, (Pont a Mouſſon) in Lotharingia, a Cardinali Lotharingo, Rhemorum ArchiPræſule. Vid. *Renatus Choppinus* l. c. pag. 394, §. 18. Conſtitutio *Gregorii XIII*, P. R. de An. 1572, hanc in rem edita, habetur apud *Cherubinum* l. c. Tom. 2, pag. 484. Conf. *Europaiſcher Herold*, T. 2, pag. 737. *Beeman, Hiſt. Orb. Terrar.* Cap. VI, Sect. I, §. 28, p. 180. *Wigand* l. c. Cap. VI, p. 419, voc. *Pont à Mouſſon*. *Meliſſantes* l. c. Cap. V, voc. ead. p. 546; *Hübner* l. c. voc. ead. p. 1418.

Nannetenſis (Nantes in Britannia Gallica; a Pio II, P. R. An. 1460. Vid. *Renatus Choppinus*. cit. lib. 3, *de Domanio Franciæ*, Tit. 27, §. 18, pag. 394; inquiens: *Nannetenſis planè Britonum Schola jam pridem emicuit, Johanne XXIII, Romanæ Sedis Antiſtite, qui, ad Nannetenſium Lectorum Profeſſorumque tenuitatem ſuſtentandam, ſanxit decumanum æs è Britonicis Sacerdotiis colligi, & ejus trientem, Scholæ doti applicari. Cujus rei fidem facit Britannica Argentræi Hiſtoria, lib. XII, Cap. 410. Ac deinceps, Franciſci II, precibus, Armorici Ducis, Pius II, promovit Nannetenſem Academiam, bonarumque Artium Sedem appellavit, paribus additis Privilegiis, quibus Andegava, Senenſis & Bononienſis*

Schola utebantur, bullatis Tabulis, Aprili menſe, An. 1460 &c. Conf. *Argentré, Hiſt.* de *Bretagne*, Lib. I, Cap. XIX, fol. 56, lit. F. & lib. 12, Cap. 2, fol. 668, lit. F. *Carolum VIII*, Regem confirmaſſe ejus Privilegia, docet *Limnaus* l. c. Cap. 16, p. 487. Conf. *Buno*, in *Introductionem Geographicam Cluverii*, lib. 2, Cap. XV, §. 1, pag. 149. *Meliſſantes* l. c. Cap. 4, voc. *Nantes*, pag. 425; *Wigand* l. c. Cap. 4, pag. 310, voc. ead. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 1222, & 1223.

Neapolitana, *à Friderico II.* Imp. An. 1239; Auctor *Geſtorum Friderici, & Filiorum ejus*, pag. 1026, in genere ait: *Friderici felici tempore in Regno Siciliæ Litterati pauci, vel nulli. Ipſe vero Imperator Liberalium Artium, & omnis approbatæ ſcientiæ Scholas in ipſo Regno conſtituit.* Hinc ſua Dn. *Hahn*, P. 4. *der Einleitung zu der Teutſchen Reichs-Hiſtorie*, Cap. 4, in vita *Friderici II*, §. 1. lit. k, pag. 132. Privilegia, ab Eo indulta, ex *Petro de Vineis*, Lib. 3, Epiſt. XI, recitat *Conringius*, Diſſ. V, *de Antiquitatibus Academ.* pag. 148 & 149. Quid curæ habuerit pro Academia hac fundanda, tradit *Richardus de S. Germano*, ad An. 1224, pag. 984, ubi: *Pro ordinando Studio Neapolitano, Imperator ubique per Regnum mittit litteras generales*, & ad An. 1234, pag. 1024: *Studium, quod Neapoli per Imperatorem ſtatutum fuerat, quod exſtitit, turbatione inter Eccleſiam & Imperium ſecuta, penitus diſſolutum, per Imperatorem Neapoli reformatur.* Literas huc ſpectantes ſubminiſtrat *Petrus de Vineis* l. c. ut & Epiſt. X & XII, p. 393 &c. Ab *Innocentio IV*, P. R. eam An. 1254. fuiſſe confirmatam, auctoritate *Nicolai de Curcio*, in ipſius Pontificis vita, c. 41, pag. 402, probat Dn. *Hahnius* l. c. lit. i.

OENIPONTANA, vid. *Æniipontana.*

Orleans, vid. *Aurelianenſis.*

Oſcana, vid. *Hueſcana.*

Oſſunenſis, in Andaluſia Hiſpanica. Vid. *Seyfridi Poliologia*, voc. *Oſſuna*, pag. 344. *Wigand* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 195. *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 261. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1319.

Oviedana, in Aſturia. Vid. *Dicel.* l. c. voc. *Oviedo*. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1328. *Wigand* l. c. voc. ead. pag. 210. *Meliſſantes* l. c. voc. ead. pag. 292.

Oxonienſis, in Anglia, (Oxford) cujus initia ad *Alfredum* Regem, qui An. 899 obiit, referuntur; minimum tria Eum Collegia conſtruxiſſe, in quorum uno Grammatica, in alio Philoſophia, & in tertio Theologia docerentur, teſtatur *Guilielmus Camdenus*, in deſcriptione *Britanniæ*, Tit. *Oxfordshire*, pag. m. 233 (Edit. Londin. 1587) pag. præced. 232, elogiorum ejus hisce memor: *In campeſtri planitie eminet Celeberrima Academia Oxonia, Saxonicè Oxenford, vulgò Oxford, Athenæ noſtræ nobiliſſimæ, Angliæ μουσεῖον, & ἱερισμα, imò Sol, Oculus & anima, literarum & ſapientiæ clariſſima officina, unde Religio, humanitas & Doctrina in omnes Regni partes uberrimè diſtribuuntur.* Urbe vero, ſub *Etheldredo* Rege, à Danis incendio conſumpta, *Academia* hæc, ut *Camdeni* pag. 233 verbis utar, *luctuoſo ſpectaculo, quaſi intermortua, ad Guilielmi Normannici uſque tempora, jacuerit.* Poſtea tamen, urbe ſub *Henrico I* Rege, iterum reædificata, & à *Roberto* de *Oilgi*, Nobili Normanno, Cœnobio ampliſſimo *Oſiney* ornata, literæ, opera inprimis *Roberti Polenii*, Viri ad Rempublicam literariam promovendam nati, ſub auſpiciis *Henrici II* Regis, ejusque filii *Richardi*, ibidem in lucem editi, refloreſcere cœperunt, adeo, ut *Oxonia*, ſub *Henrico III* Rege, publicè *Univerſitatis* titulo iterum inſigniretur; vid. *Matthæus Paris*, Albanenſis Monachus (vulgò *Pariſienſis*,) in *Hiſtoria Angliæ*, ſub *Henrico III*, ad Ann. 1257, pag. m. 637 (Edit. Pariſ. 1644) §. *Eodem anno.* A quo tempore Mæcenates Regni varia Collegia, ſuperbis ædibus ad id deſtinatis, & fundis ampliſſimis dotatis, addere cœperunt, v. g. *Guilielmus Martonus*, Angliæ Cancellarius, Collegium, Auctoris nomine, *Martonum* dictum, An. 1285, ſub *Eduardo I*: vid. *Polydor. Vergilius*, lib. XVII *Hiſtor. Angl.* ad h. a. pag. m. 325 (Edit. Baſil. 1570) quamvis *Camdenus* l. c. pag. 234, id gloriæ *Gualtero Mertono*, Epiſcopo Roffenſi, qui, vivente adhuc *Henrico III* Rege, Collegium hoc, quod in agro Surrienſi poſuerat, Anno 1274 Oxoniam transtulerit, tribuat. *Johannes Baliolus* Rex Scotiæ, (ut favorem Anglorum Regis, *Eduardi I*, in cujus verba jurare cogebatur, eujusque ætate triginta Studioſorum millia ibi numerabantur,) *Baliolenſe*, An. 1290. Vid. *Polydorus* l. c. pag. 329; *Camdenus* l. c. *Eduardus II*, an. 1326 defunctus, duo, quorum alterum *Orial* dictum, & alterum *divæ Mariæ* ſacratum; Vid. *Polydorus* l. c. lib. 18, pag. 359. *Gualterus Stapyltonus*, Exonienſis Epiſcopus, ſub *Eduardo II*, duo alia, quorum alterum *Exonienſe*, & alterum *Cervina Aula*, nominantur; vid. ibid. Lib. XIX, in Vita *Eduardi III*, pag. 362. *Guilielmus Vuykham*, Epiſcopus Vintonenſis, ſub *Eduardo III*, An. 1366, Collegium *S. Mariæ*, vulgò *Novum*; ibid.

Digitized by Google

ibid. lib. XIX, pag. 389. *Philippa* hujus Regis Conjux, Collegium *Reginæ* nuncupatum; ibid. pag. 391. *Henricus Chichelejus*, Cantuarienſis Antiſtes, ſub *Henrico VI*, duo, ſcil. *Omnium animarum*, & D. *Bernardi.* vid. ibid. Lib. XXIII, in vita hujus Regis, pag. 491 & 492. *Guilielmus Wanfletus*, ab An. 1447 Epiſcopus Vintonenſis, Angliæque Cancellarius, Collegium *Mariæ Magdalenæ.* Ibid. pag. 493. *Guilielmus Smyth*, Epiſcopus Lincolnienſis, ſub *Henrico VII*, Collegium in Aula, quam *Braſyn Noſe*, h. e. *aneum naſum*, vocant, quod eo loci imago ærea facie admodum immani pro foribus extet; ibid. Lib. XXVI, pag. 618. *Ricardus*, Vintonenſis Epiſcopus, eodem tempore, Collegium *Corporis Chriſti*, ibid. pag. 618; de quibus omnibus vid. *Camdenus* l. c. pag. 234 & ſeqq. ubi ſimul aliorum quoque mentio celebratur. De ſplendore hujus Academiæ ſub *Henrico VIII* vid. *de Larrey*, Tom. I *de l'Hiſtoire d'Angleterre*, in vita hujus Regis, ad An. 1524, pag. 179 & 180, cujus verba, & hic legi merentur: *C'eſt* (Collegium Regium) *un des 18 Colleges de l'Univerſité d'Oxford, la plus célébre d'Angleterre, & peut être de l'Europe. Elle ſe vante d'avoir donné la naiſſance à celle de Paris, quoique cette derniere ait obtenu le premier rang; & d'etre la ſeconde des quatre principales Univerſitet de l'Europe, dont Paris ſe dit la premiere: Boulogne en Italie eſt la troiſieme, & Salamanque en Eſpagne la quatrieme. L'Academie d'Oxford eſt ſi Illuſtre, que ſon Chancellier eſt toujours un des premiers Seigneurs du Royaume. C'eſt aujourd'huy le Duc d'Ormond, qui eſt revêtu de cette dignité. Elle a auſſy ſon grand Maître d'Hotel, qui eſt toujours une perſonne de la premiere qualité; ſon Vice-Chancellier, ſon Orateur public, de Gardien des Archives, & ſon Secretaire. Sous ces ſix premiers Officiers ſont pluſieurs Serviteurs de l'Univerſité, entre lesquels il y a ſix Bedaux, dont trois portent les maſſes de vermeil doré, & les trois autres d'argent. Les Etudians y joüiſſent de pluſieurs privileges. Toutes les ſciences y ſont enſeignées avec beaucoup d'ordre & de ſoin. Les Colleges y ſont magnifiques, la Bibliotheque encore plus, & la mieux fournie de l'Europe - - - Les Profeſſeurs ont de gros apointements - - - - Je reviens au College* Regium,) *que fonda le Cardinal* (Volſey, qui apud Regem laudatum maxima in gratia fuit) *qui ſeul peut faire juger de la grandeur de l'Academie, par la quantité de ſes Profeſſeurs, au nombre de 1861 à touts lesquels le Cardinal aſſigna des fonds ſuffiſant pour vivre avec eclat &c.* Quicquid horum ſit, incertus tamen eſt annus primæ fundationis, quem alii annum 872 fuiſſe ſcribunt, vid. *Buno* ad *Cluverium* lib. 2, Cap. 23, §. 3, lit. a, p. 192; alii An. 880, vid. *Hübner* l. c. voc. *Oxfors*, pag. 1330; alii, 889; vid. *Wigand* l. c. Cap. V, voc. ead. pag. 365; & *Seyfrid.* in *Poliologia*, voc. ead. pag. 346; alii 890; vid. *Arnoldus Wion.* Monachus Duacenſis, Lib. 5 *Ligni Vitæ*, Cap. 94; aliique 895; vid. *Conring* l. c. Diſſert. 3, pag. 69; *Meliſſantes* l. c. Cap. VI, voc. *Oxfort*, pag. 612. Conf. de eadem Academia *Du Val*, Part. 2 *Geograph.* pag. 407.

PADERBORNENSIS, à *Theodoro Fürſtenbergio*, Præſule Paderbornenſi, An. 1616. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 239. *Hübner* l. c. voc. *Paderborn*, pag. 1333. *Meliſſantes* l. c. Cap. X, §. 76, pag. 1302, voc. ead. In primis huc pertinet Panegyricus, Natali die Academiæ hujus, Reverendiſſimo Fundatori oblatus, a Jeſuitarum Collegio, qui *Monumentis* Ejus *Paderbornenſibus* ſubjunctus apparet, in tres Libros diviſus.

Paduenſis (Padua, in Italia) ſeu *Patavienſis*, *à Friderico II* Imp. An. 1221. Vid. *Conring* l. c. Diſſert. I, pag. 46. *Beſoldus Theſaur. Pract. Adauct.* voc. *Academia*, pag. 10. *Körber* l. c. pag. 23. *Cluverius Introd. Geograph.* lib. 3, Cap. 35, §. 3, pag. 341. ibidemque *Buno* in Notis. *Seyfridi Poliologia*, voc. *Padua*, pag. 248. Alii uſque ad tempora *Caroli Magni* aſcendunt, vid. *Renatus Choppinus*, cit. Tr. de *Domanio Franciæ*, lib. 3, Tit. 27, §. 21, pag. 395 & *Meliſſantes* l. c. Cap. IX, §. 38, p. 1032, voc. *Padua.* Fundationem hanc, odio erga Bononienſes, quod Pontifici Romano adverſus *Fridericum II* Imp. adhæſerint, contigiſſe, ex *Sabellici* Chronico, lib. 6 Enn. 9, docet *Leander Alberti*, in *Deſcriptione Italiæ* pag. m. 742. Quod Lutherani quoque, imò *Judæi* & *Turcæ* ibi ſtudere poſſint, honoresque Academicos adipiſci, notarunt *Meliſſantes* l. c. & *Wigand* l. c. Cap. VII, voc. *Padoua*, pag. 491.

Panormitana (Palermo) in Sicilia. Vid. *Seyfrid* l. c. voc. *Palermo*, pag. 348. *Wigand* l. c. pag. 561, voc. ead.

Papienſis (Pavia) in Ducatu Mediolanenſi, *à Carolo Magno*, fundata, An. 791; reſtitutaque *à Carolo IV* An. 1361. Vid. *Biſoldus, Theſaur. Pract. Adauct.* voc. *Academia*, pag. 10. conf. *Leander Alberti*, l. c. pag. 656, ubi: *Gymnaſium omnium diſciplinarum Ticino Carolum IIII Imperatorem Auguſtum, Anno à Chriſto Nato 1361 dediſſe, Galeatio ſecundo, Barnabaque Vice-Comitibus, Mediolani Regulis, poſtulantibus, Auctor eſt Corius &c. Renatus*

Choppinus l. c. §. 21, pag. 395, gloriam hanc ipſi *Galeacio* tribuere videtur, ſcribens: *Galeacius II, Inſubrum Dux, Franciſci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæſareo Caroli IV munere, circa Annum 1370, ſi Jovio credimus in Mediolanenſi Hiſtoria. Nec me clam eſt, alios Ticinenſis, Patavinæ ac Bononienſis Academiæ Parentem appellare Carolum Magnum &c.* conf. *Conringius* l. c. Diſſ. 3, pag. 77, §. *Arnoldus*, & pag. 79, §. *Quemadmodum &c.* *Meliſſantes* l. c. voc. *Pavia*, p. 991. *Kœrber* l. c. pag. 21. *Seyfried* l. c. ead. voc. *Pavia*, p. 354. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 1366.

Pariſienſis, vid. præced. §. 3, lit. b.

Parmenſis, in Italia, *à Rainutio I*, Duce Parmenſi, An. 1599. Vid. *Dicelius* l. c. voc. *Parme*. Conf. *Wigand* l. c. Cap. VII voc. *Parma*, p. 473. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 1354.

Pernavienſis, in Livonia, *à Carolo XI*, R. Suec. An. 1695, abolita *Dorpatenſi*. Vid. *Hartnack* ad *Micrælium* lib. 3, Sect. 5, pag. 335. Conf. ſupr. voc. *Derpatenſis*.

Perusina (Perugia) in Statu Eccleſiaſtico, *à Nicolao IV* P. R. An. 1290; vid. *Conring* l. c. Diſſ. I, pag. 46; *Seyfried* l. c. voc. *Perusa*, pag. 355. præſertim *Leander Alberti* l. c. in deſcriptione Thuſciæ, pag. m. 101. Bullam *Clementis V.* P. R. de An. 1307, hanc in rem editam, ſubminiſtrat *Cherubinus*, T. I. *Bullarii Magni Romani*, pag. 212; aliamque *Johannis XXII*, de An. 1318, l. c. p. 222; Conf. *Hübner* l. c. voc. *Perugia*, p. 1379.

Pictavenſis (Poitiers) in Gallia, *à Carolo VII*, Rege, An. 1431, id quod tamen potius de comprobatione Academiæ hujus accipiendum, ceu *Aquitanicis Annalibus* probari poſſe, *Choppinus*, de *Domanio Franciæ*, Lib. 3, §. V, p. m. 393, contendit, annotando, *Gilbertum Porretanum*, Pictavorum Antiſtitem, & *Wilhelmum Montis Lauduni*, minimum Jura publicè ibidem docuiſſe, circiter annum 1155. In Regeſtis Curiæ comprehenſum, & quidem in Libro *Accordorum & Ordinationum Pictavenſium*, fol. 109, Tit. *Erectio & Inſtitutio Studii Generalis omnium Facultatum in Civitate Pictavenſi*; idem Auctor eſt. Conf. *Limnæus*, *Notit. Franc.* Lib. V, Cap. XVII, pag. 487, *Seyfried* l. c. voc. *Poictiers*, pag. 361; *Wigand* l. c. Cap. 4, pag. 270, voc. ead. *Meliſſantes* l. c. Cap. 4, voc. ead. pag. 396; Dn. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1411.

Piſana, in Agro Toſcano, *à Benedicto X*, P. R. An. 1339. *Bucholzer*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. m. 372; *Kœrber* l. c. pag. 26. *Hübner* l. c. voc. *Piſa*, pag. 1401. quamvis Fundatorem *Henricum VII* Imp. vocet, idem docentibus *Wigande* cit. *Staats-Geographie*, Cap. VII, voc. ead. pag. 512; & *Meliſſante*, Cap. IX, voc. ead. pag. 1057. Aſt hoc caſu, minus benè congruit An. 1339, cum *Henricus VII* jam anno 1313 deceſſerit; celebrato autem *Henrico VII* Fundatore, verior erit ſententia *Leandri Alberti*, in cit. *Deſcriptione totius Italiæ*, Tit. de *Thuſcia*, pag. 43, dicentis: *Gymnaſium* (Piſa) *habet omnium diſciplinarum, anno, poſt Chriſtum Natum, M.CCC.IX, inſtitutum.* An. 1472, *à Laurentio de Medicis*, cogn. *Magnifico*, magno Literatorum Patrono, *Leonis X*, P. R. Patre, eam fuiſſe reſtitutam, docet *Hubner* l. c. Celebritatem ejus prædicat etiam *Buno*, ad *Cluverium*, lib. 3, Cap. 37, §. 3, pag. 311.

Pontamouſſon. Vid. *Muſſipontana*.

Pragenſis; *à Carolo IV*. Vid. præced. §. 8, lit. b.

Regiomontana (Königsberg) in Pruſſia, ab *Alberto I*, Marchione Brandenburgico, An. 1544. vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 236. Conf. *Bœcler*, de *Rebus Seculi XVI*, An. 1544, pag. 72.

Rhemènſis (Rheims) in Campania Galliæ, *à Carolo* Lotharingo, Cardinale & Archi-Epiſcopo loci, ſub auſpiciis *Henrici II*, Regis Galliæ, accedenteque *Pauli III* P. R. auctoritate. Vid. *Paſquier*, *des Recherches de la France*, Lib. 3, Cap. X, fol. 125: *Charles, Cardinal de Lorraine, Archevêque de Rheims, pour immortaliſer ſa memoire, en un tres-noble ſubject, voulut fonder une Univerſité dedans la Ville de Rheims, avec pluſieurs beaux Privileges; choſe qui luy fut permiſe, par le Roy Henry II, & en outre par le Pape Paul III, en ce qui concernoit le ſpirituel &c.* Conf. *Renatus Choppinus*, de *Domanio Franciæ*, lib. 3, Tit. 27, §. 18, pag. m. 394; *Ranchinus deſcription de L'Europe*, T. 2. Tit. *Royaume de France*, pag. 123. add. omninò *Thuanus*, lib. 6 *Hiſtor.* *Limnæus*, *Not. Franc.* Lib. V, Cap. 18, pag. 487; & lib. VI, Cap. 30, pag. 618. *Wigand* l. c. Cap. 4, voc. *Reims*, pag. 306. *Meliſſantes* l. c. Cap. 4, p. 456, Annum fundationis conſtituens 1560.

RINTELANA, in Comitatu Schaumburgico, ab *Erneſto* Comite Holſatiæ & Schaumburgi, 1620, & 1621, vid. præced. lib. 3, Tit. 2, p. 240 &c. Conf. *Paullini*, *Annal. Iſenacenſ.* ad An. 1618, §. 217, p. 232.

Romana, de cujus initiis vid. *Conring*, cit. Diſſ. I, de *Antiquit. Acad.* pag. 11 & 12, & Diſſ. 3, pag. 62. Conſtitutio *Bonifacii VIII*, P. R. de An. 1303, cum Privilegiis pro Doctoribus & Scholaribus,

bus, habetur apud *Cherubinum* Tom. I, *Magni Bullarii Romani*, p. 205.

ROSTOCHIENSIS, *à Johanne & Alberto*, Ducibus Megapolitanis, Senatuque Oppidano, An. 1415. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 233.

Salamanticenſis (Salamanca) in Hiſpanico Regno Legionenſi, *à Ferdinando III*, Rege, An. 1239 & 1240. Vid. *Kœrber* l. c. pag. 25. *Dicelius* l. c. voc. *Salamanque*. Conf. *Conring* l. c. Diſſ. 1, pag. 48; & Diſſert. V, pag 155, ad 158. *Seyfried*, *Peliolog.* voc. *Salamanca*, pag. 386. *Wigand* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 188. *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 243, ubi, ejus memor. *An. 1239, hat Sie* Ferdinandus III *geſtifftet, und von* Valentia *überbracht - - - bey ſelbiger ſind gemeiniglich* 75 Profeſſores *von verſchiedenen* Facultäten - - - *die Hohe Schul ſoll An. 1334, einen rechten Anfang genommen haben, da ſie dann An. 1415 völlig beſtätiget, nachdem Sie vorhero, durch Pabſt* Alexander IV *1255. vor die Vierte Allgemeine* Univerſität *der Welt, auf Begehren Königs* Ferdinandi III, *erklären, und ſolches Vorrecht, von* Martino V, *An. 1423, und folglich vom Pabſt* Eugenio, *1442. beſtättiget worden. Der* Rector Magnificus *iſt allezeit in hohem* æſtim, *und nimt den Rang gleich nach dem Könige, wenn Er zugegen iſt &c.* Dn. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1624, refert ejus fundationem in An. 1464.

Salernitana (Salerno) in Regno Neapolitano, vetuſtate *Bononienſi* non cedens. Multum debet *Rogerio* Regi. Vid. *Conring* l. c. Diſſ. I, pag. 46; & Diſſ. 3, pag. 98. *Hübner* l. c. voc. *Salerno*, pag. 1626;

Salmurienſis (Saumur) in Gallia, ab *Henrico III*, Rege, hodiè deſtructa. Vid. *Meliſſantes* l. c. Cap. 4, voc. *Saumur*, pag. 393. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1678.

Sevilliana, ſeu *Hiſpalenſis*, in Andaluſia. Vid. *Wigand* l. c. Cap. 3, voc. *Sevilla*, pag. 193; *Seyfrid* l. c. voc. ead. pag. 400; *Hübner* l. c. voc. ead. pag 1750. *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 256, Fundatorem ejus nominans *Rodericum à S. Aëlia*, An. 990.

Sienenſis (Siena) in Agro Florentino, circa finem Seculi XIV. vid. *Körber* l. c. pag. 26. *Dicelius* l. c. voc. *Siene*. *Wigand*, *Staats*-Geographie, Cap. VII, voc. ead. pag. 516. *Seyfrid* l. c. voc. ead. pag. 400. *Meliſſantes* l. c. voc. ead. pag. 1060; *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1760. De ſplendore ejus, inquit *Leander Alberti*, cit. deſcriptione totius Italiæ, Tit. de *Thuſcia*, pag. m. 87: *Eſt Sena quoque Gymnaſium omnium diſciplinarum, quamobrem Excellentes Viri hic plurimi extitere, qui non modo Patriam, ſed univerſam Italiam illuſtrarunt &c.*

Sorana, (Sora in Seelandia) à *Friderico II* Rege Daniæ, An. 1585; Vid. *Bœcler*, de Rebus Seculi XVI, pag. 693. Dicenda verò potius Academia, in favorem educandorum Nobilium, fundata. Vid. *Buno* ad *Cluverium* Lib. 3, Cap. XIX, pag. 275. *Meliſſantes* l. c. Cap. XII, pag. 1472. *Wigand* l. c. Cap. XII, voc. *Sora*, p. 1087. *Dicelius* l. c. voc. ead. *Hübner* l. c. voc. ead. p. 1787.

Tarraconenſis in Catalonia, à *Gaſpare Cervantes*, Cardinale, & loci Archi-Epiſcopo, An. 1572. vid. *Bœcler* l. c. pag. 580. *Atlas Minor* P. 2, pag. 170, *Seyfrid* l. c. voc. *Tarragona*, pag. 417; *Wigand* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 222. *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. ead. pag. 316.

Tholoſana (Thoulouſe, in Languedocia) à *Raymundo*, Comite Tholoſano, privilegia impertiente *Gregorio IX*, P. R. An. 1228. Vid. *Vulſon*, de *la Puiſſance du Pape, & des Libertés de l'Egliſe Gallicane* Lib. 3, Cap. 18, §. 11. Reſtaurationem ejus vindicat *Bret*, *de la ſouveraineté du Roy*, Cap. 12, pag. 663, *Ludovico Sancto*, Regi, Conf. *Limnæus*, *Notit. Franc.* lib. V, Cap. XIX, pag. 488 & 489. *Conringius* l. c. pag. 47, refert ejus initia in Seculum XIV; *Meliſſantes* vero l. c. Cap. 4, voc. *Thouloſe*, pag. 508, & Dn. *Hübner* l. c. voc. *Toulouſe*, pag. 1916, planè ad tempora *Caroli Magni*. De ejus celebritate vid. *Seyfrid* l. c. voc. *Toloſe* pag. 421, & *Wigand*. l. c. Cap. 4, voc. *Thouleuſe*, pag. 288.

Tigurina (Zürch) in Helvetia. Vid. *Seyfrid* l. c. voc. *Zürch*, pag 474. *Meliſſantes* l. c. Cap. 8, voc. *Zürich*, pag. 876. *Wigand* l. c. voc. *Zürch*, pag. 579. Aſt *Joſias Simler*, *vom Regiment der Eydgnoſſchafft*, lib. 2, pag. m. 404 (Edict. Tigur. 1645) inquit: *Zu Zürch, iſt kein Hohe Schul, jedoch lehrt man da fleiſſig die Sprachen, und guten Künſt, und fürnemlich hat man ſich biſſher begeben auf wahre und gründliche Außlegung, heiliger und Göttlicher Geſchrifft, umb welches willen, dieſe Schuhl bey denen, die ſich auf die H. Gottliche Geſchriffe begeben, verrühmt iſt &c.* Conf. idem, pag. 348: *Es hat auch gute und verrühmte Schulen, heut diſs Tags, zu Zurch und Bern &c.*

Toletana, (Toleto, in Caſtilia Nova) vid. *Wigand* l. c. cap. 3, voc. *Toleto*, pag. 179. *Meliſſantes* l. c. Cap. 3, voc. *Toledo*, pag. 223, (eam fundatam docens, à *Franciſco Alvaro*, An. 1518.) *Seyfrid* l. c. voc. *Toleto*, pag. 421; Dn. *Hübner* l. e. voc. ead. pag. 1905.

Tor-

Torpatenſis. Vid. *Dorpatenſis.*

Tortoſana (Tortoſa, in Catalonia) *Seyfrid* l. c. voc. *Tortoſa*, pag. 424. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 1912.

TREVIRENSIS, ad inſtantiam *Jacobi de Sirck*, Archi-Epiſcopi, à *Nicolao V*, P. R. An. 1454, quarto Non. Febr. Diploma fundationis ſiſtente Dn. *Lunigio*, in *Spicilegio Eccleſiaſtico, des Teutſchen Reichs-Archivs.* Contin. I, Cap. 2, Tit. 2, *von Trier*, §. 50, pag. 221, ubi, inter alia: Autoritate Apoſtolica, tenore præſentium, *in eadem Civitate* (Trevirenſi) *Studium Generale erigimus, ac ſtatuimus, & ordinamus, ut illud inibi, perpetuis temporibus, vigeat, tam in Theologia, & Jure Canonico ac Civili, quam in quavis alia licita Facultate, quodque Legentes & Studentes ibidem omnibus & ſingulis Privilegiis, libertatibus, honoribus, exemtionibus & immunitatibus, Magiſtris, Doctoribus, ac Studentibus, commorantibus in Studio Generali Colonienſi competentibus, uti & gaudere poſſint. Promotiones fiant etiam juxta conſuetudines in Studio Colonienſi ſervari ſolitas, & de Promotorum Jure dicendi, legendi & regendi ubicunque &c.* Conf. Dn. *Hübner* l. e. voc. *Trier*, p. 1933.

TUBINGENSIS, ab *Eberhardo*, Duce Würtenbergico, An. 1477. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, p. 234.

Turinenſis, vid. ſupra voc. *Auguſta Taurinorum.*

Valentiana (Valence, in Delphinatu) *à Ludovico* Delphino, fil. *Caroli VII*, Regis, An. 1452; confirmataque ab Eodem, An. 1475, qua ipſo Rege. Vid. *Ranthin. Deſcription de l'Europe*, T. 2. Tit. *Royaume de France*, pag. 123. *Limnæus*, *Notit. Franc.* lib. V, Cap. 20, pag. 489. *Dicel.* l. c. voc. *Valence. Hübner* l. e. voc. ead. pag. 1952, fundatam tamen eam demum An. 1651. cenſens. Conf. *Meliſſantes* l. e. Cap. 4, voc. ead. p. 491. *Wigand* l. e. Cap. 4, voc. ead. p. 302.

Valentiana (Valentia) in Hiſpania; ab *Alexandro VI*, P. R. qui ſedit ab An. 1492, uſque ad An. 1503. Vid. *Spondanus* Tom. 2 *Contin. Annal. Eccleſ. Baronii*, An. 1492, §. XXI, pag. 207, & An. 1503, §. V, pag. 252. Meminit ejus Bulla *Sixti V.* an. 1585, 3 Kal. Nov. in ipſius favorem edita, apud *Cherubinum*, Tom. 2, *Magni Bullarii Romani*, §. XI, pag. 503, verb. *Univerſitas vere Studii Generalis Valentin. à fel. rec. Alexandro, Papa VI, Prædeceſſore noſtro, ad quarumcunque perſonarum, tam Eccleſiaſticarum quam Secularium, in Theologia, Utriuſque Juris Prudentia, Medicina & Artibus Liberalibus, ac quibuſvis aliis licitis Facultatibus, inſtructionem & profectum, inſtituta &c.* Conf. de eadem *Wigand* l. e. Cap. 3, voc. *Valentia*, pag. 202. *Meliſſantes* l. e. Cap. 3, voc. ead. pag. 280. *Seyfrid*, *Poliologia*, voc. ead. pag. 433. *Buno*, ad *Cluverium*, lib. 2, Cap. VI, §. 4, pag. 107, ſcribens: *Illuſtris eſt* (Urbs Valentia) *frequenti Nobilitate, & Academia, origine Ludovici Vivis & duorum Pontificum, Calixti III & Alexandri VI &c.* Dn. *Hübner* l. c. voc. *Valentia*, p. 1953.

Veſontina (Beſançon, in Comitatu Burgundiæ,) à *Ferdinando I* Imp. *Wigand* l. e. Cap. VI, voc. *Beſançon*, pag. 427, verb. *Es iſt daſelbſt eine* Academie, *welche der Kayſer* Ferdinandus I *geſtifftet &c.* Idem docet *Buno* ad *Cluverium*, Lib. 2, Cap. XVI, §. 2, pag. 158. Juxta *Bæclerum*, de *Rebus Seculi XVI*, pag. 580, cœpit demum an. 1572, proinde ſub auſpiciis *Maximiliani II* Imp. Ejuſdem meminit *Meliſſantes* l. e. Cap. V, §. XXI, voc. *Beſançon*, pag. 559, & Dn. *Hübner* l. e. voc. ead. pag. 237, & *Dicel* l. e. voc. ead. Jam Romanorum temporibus, celebrem ibi fuiſſe Scholam, probavit Dn. *Cellarius*, Lib. 2 *Geographiæ Antiquæ*, Cap. 3, Tit. *Sequani*, pag. 184. Jung. *Renatus Choppinus*, de *Domanio Franciæ*, lib. 3, Tit. 27, §. 17, pag. m. 394.

VIENNENSIS Auſtriæ, An. 1365, à *Rudolpho IV*, & *Alberto III*, Fratribus, Auſtriæ Ducibus, annuente Fratre *Leopoldo*. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 230. Nec tamen confundenda eſt Academia hæc cum Schola Cathedralis Eccleſiæ *S. Stephani*, à *Friderico II* Imp. An. 1237 fundata, cujuſque *Choppinus* l. e. §. 22, pag. 395, ex *Lazio* meminit; vid. ſupr. l. e. p. 232.

Vilnenſis, in Lithuania, à *Valeriano*, Urbis Epiſcopo, Collegii Preſbyterorum Societatis Jeſu ibidem fundatore, Academica Privilegia impertiente *Gregorio XIII*, P. R. An. 1579, 3 Kal. Nov. apud *Cherubinum*, Tom. 2 *Magni Bullarii Romani*, §. 102, pag. 489 &c. *Stephani* tamen, Regis Poloniæ, auctoritatem non minus interveniſſe, docet Dn. *Hübner* l. e. voc. *Wilna*, pag. 2109. Eandem celebrat *Wigand* l. e. Cap. 14, voc. *Wildau*, pag. 1147.

Ultrajectenſis (Utrecht) à Fœderatis Belgii Ordinibus, An. 1634. vid. *Zeiler*, *Topogr. Belgii*, p. 156; *Korber Tabb. Chronol. Schraderi*, pag. 30; *Handlung der Welt Alter*, pag. m. 452. Inauguratio tamen demum 1636 proceſſit. Vid. *Benthemii Holländiſcher Kirchen-Staat*, P. 2, pag. 37. *Me-*

Meliſſantes l. c. Cap. VII, §. LX, pag. 820; *Wigand* l. c. Cap. IX, voc. *Utrecht*, pag. 687. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 2017.

Upſalienſis, in Suecia, An. 1476, à *Sixto IV.* P. R. vid. *Conring de Antiquit. Academ.* Diſſ. I, pag. 48. De eadem inquit *Joh. Loccenius*, lib. V *Hiſt. Suecanæ*, ad An. 1477, pag. 160: *Academia Upſaliæ, curâ Jacobi Ulphonis, Archi-Epiſcopi, auſpiciis & munificentia Stenonis Sture, ſurrexit, & iiſdem Privilegiis, quibus Academia Bononienſis, à Sixto IV Pontifice, donata eſt &c.* Prima illius auſpicia jam ad Seculi XIV. initia refert *Joh. Schefferus*, in Chronico Archi-Epiſcopor. Upſalienſ. pag. 128; eam tamen anno demum 1540. florere cœpiſſe, ex *Swertii Athenis Belg.* pag. 84, docet *Bœcler* de *Rebus Seculi XVI*, pag. m. 419, voc. *Upſalienſis.* Conf. *Bertius*, de *Urbibus Germaniæ*, Cap. 2, pag. 22, voc. ead. Viciſſitudines ejus annotavit *Meliſſantes* l. c. Cap. XIII, voc. *Upſal*, pag. 1488; primam ejus fundationem inſcribens An. 1235, quod & *Seyfridus* l. c. voc. ead. pag. 445. facit, verb. *Die Hohe Schul allhier iſt ſchon An. 1235, in Zeiten Erici Balbi, angerichtet worden &c.* An. 1592. eam *Upſaliâ* Holmiam transferri juſſam, paulo poſt autem in integrum fuiſſe reſtitutam, ex *Loccenio* l. c. lib. VII, ad h. a. pag. 415, diſcimus.

Vratislavienſis (*Breslau*) in Sileſia, à Senatu Oppidano, cum conſenſu *Vladislai*, Regis Bohemiæ, An. 1505; Vid. *Bertius* l. c. pag. 22, voc. *Vratislavienſis.* Author *des Staats von Schleſien*, Part. 2, Cap. 9. p. 514, ait, rem ſucceſſu caruiſſe, ibi: *Die in Teutſchland* florirende *Hohe Schulen muntertten auch die zu Breslau dermaßen auf, daß Sie, auf Einrathen ihres vornehmſten Herrn des Raths*, Johan Haunolds, *von einer* Univerſität deliberirten, *und auch deßwegen*, anno 1505. *von Kœnig* Uladislao, *mit ſchweren Unkoſten*, Conſens *und Freyheit erkaufften. Weil auch Kœnig* Uladislaus aſſignationes *auf die Stiffts Güter zum H. Creutz ertheilte, von deren* Intraden *die* Profeſſores *kœnten beſoldet werden, hielten es die meiſten ſchon vor eine außgemachte Sache, doch brachte es die Cracauiſche* Univerſität, *und die Geiſtlichkeit, bey dem Pabſt*, Julio II, *ſo weit, daß Selbiger denen Breslauern, ohneracht Sie Ihm* 3000 *Ducaten boten, die benœthigte* Privilegia *zu ertheilen verwegerte. Als alſo dieſes* Deſſein, *welches biß auf Unſere Zeiten verſpahret worden, rückſtellig gemacht &c.* Fundavi enim Imperator *Leopoldus*, An. 1702, Academiam, ipſius nomine, *Leopoldinam* nominatam. Vid. *Wigand* l. c. Cap. XI, voc. *Breslau*, pag. 1050. *Meliſſantes* l. c. Cap. XI, voc. ead. pag. 1457. *Hübner* l. c. voc. ead. pag. 298.

Urbinenſis (Urbino) in Italia, à *Clemente X.* P. R. An. 1671. Vid. *Cherubini Magnum Bullarium Romanum*, Tom. V. p. 632.

WITTEBERGENSIS, à *Friderico III*, Electore Saxoniæ, An. 1502. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, pag. 234 &c.

(9) Academiæ vel ſunt ſolenniores, vel minus ſolennes.

(10) *Illæ, ſunt collegium docentium & diſcentium artes liberales, privilegio ſummi Principis, certis juribus gaudens, & in quo præmia, & tituli, gradusque literarii, merentibus, honore & jure, ubique valituro, decernuntur.* (a)

NOTA.

(a) DECERNUNTUR &c. Vid. *Schütz*, Vol. 2. *Jur. Publ.* Exercit. 1, §. 8, p. 9.

(11) *Minus ſolennes, ſunt collegium docentium & diſcentium artes liberales, privilegio ſummi Principis, certis juribus gaudens, absque collatione titulorum honoris*, cujusmodi fuerunt antiquæ iſtæ & primæ Academiæ, *de quibus dictum.* Vide etiam, quæ traduntur à nonnullis, quando agunt de differentia, *inter Academias*, & Univerſitates, *Limn. lib. 8. c. 1. n. 37. Joh. Giſenium de vita Academica diſp. 4. §. 26. Lanſium in commentatione de Academ.*

(12) Jus erigendi Academias habet is, qui *habet Majeſtatem;* Eſt enim jus annexum Juri circa ſacra. *alleg. Auth.*

(13) An Vicarii (*a*) Imperii hoc Jus habeant? ex iis, quæ ſupra à Nobis dicta ſunt, decidi poteſt. Vid. etiam *Limn. in Addit. ad Lib. 8, Cap. I.*

NOTA.

(*a*) VICARII &c. Vid. præced. Lib. 3, Tit. VII, §. 10, lit. e, v. 5, pag. 633 &c. Argumenta pro, & contra, collegit *Joh. Giſenius*, de *Vita Academica*, Diſp. V, §. 17 &c. Conf. *Bæcler, Notit. Imper.* lib. 23, C. I, p. m. 290.

(14) Item, an Status alii in Imperio hoc poſſint? (*a*) item Perſonas (*b*) & res, (*c*) ad Academiam pertinentes, omniaque Jura (*d*) ipſis conceſſa, vid. apud eundem.

NOTÆ.

(*a*) POSSINT &c. Vid. præced. Lib. 3, Tit. 2, §. 55, lit. b, p. 227 &c.

(*b*) PERSONAS &c. Quo titulo intelligendi: (1) *Cancellarius*, cujus deſcriptionem, ex *Joachimo Camerario*, in *vita Philippi Melanchthonis*, exhibet *Bæclerus, Notit. Imper.* lib. 23, Cap. 2, pag. 292. Conf. *Limnæus*, lib. VIII. *Jur. Publ.* Cap. 2, pag. 23. (2) *Rector*, de quo vid. *Limnæus* l. c. Cap. V, pag. 45 &c. (3) *Profeſſores*, de quibus vid. *Limnæus* l. c. Cap. 3, pag. 26 & ſeqq. (4) *Decani Facultatum*, quos idem depingit, l. c. Cap. 4, pag. 36 &c. (5) *Studioſi*, de quibus, eorumque officio, vid. idem, l. c. Cap. 6, pag. 56 &c. ibique *Fritſchius*, in Addit. (6) Magiſtri Exercitiorum corporis, Pedelli, Typographi, Bibliopolæ &c. Vid. *Limnæus* l. c. Cap. X. p. 150 &c. ibique Tom. I. Addit. ad hunc locum, p. 396 &c.

(*c*) RES &c. De Sumptibus in ſtudia factis vid. *Limnæus* l. c. Cap. VII, p. 83 &c. ibique in Addit. Tom. I, p. 384 &c.

(*d*) JURA &c. Primam libertatem Academias debere Authenticæ *Friderici I, Habita*, Cod. *Ne Filius pro Patre* (Lib. 4. Tit. 13.) fuſius oſtendit *Conringius*, de *Antiquitat. Academ.* Diſſ. V, pag. 142, 143, 147, 148, 149, 151, 157; Studioſorum *Privilegia* ſiſtit *Limnæus* l. c. Cap. IX, pag. 133, ibique in Addit. Tom. I, pag. 394 &c. diverſitatem *immunitatum* annotavit *Conring.* l. c. pag. 178 & 179. de *Juriſdictione* vid. idem, l. c. p. 157 & 158; add. *Bæclerus* l. c. Cap. 2, p. 291, præprimis *Scharſchmidius* ad *Schützium*, cit. Vol. 2, Diſſ. I, §. 7 & 8, p. 12 &c. *Gradus* & *Titulos honoris Academicos*, exponit *Limnæus* l. c. Cap. 8, pag. 95 &c. & in Addit. Tom. I, ad h. l. p. 385 &c.

TIT.

TIT. XI.

DE

BONIS ET MALIS IMPERII.

NOTA.

Vid. *Bœcler*, *Notit. Imper.* lib. 24; Cap. 1 & 2; de *Bonis & Malis Imperii*, ſententiam ſuam prodens. Sic de *Vitiis Imperii*, agit *Lampadius*, P. 3. de *Republica*, Cap. 21. Pertinet huc in genere Doctrina de *Ratione Status*, ſeu de Studio, componendi cuncta prudenter ad ſuum Intereſſe. Vulgatiſſimum eſt Scriptum *Hippoliti, à Lapide*, de *Ratione Status Imperii Romano-Germanici*, An. 1640, in 4to & rurſus, An. 1647, *Freiſtadii*, in 12mo editum. Nominant quidam ejus Authorem: *Bogislaum Philippum Chemnitium*; alii verò *Jacobum* de *Steinberg*, Nob. Brunſuic. qui tamen operâ *Joh. Nicodemi Lilienſtrohm*, Regiminis Pomeraniæ Præſidis, uſus fuerit. Vid. Dn. *Menckenius*, *im vollſtändigen Verzeichnüß der vornehmſten Geſchicht-Schreiber*, de An. 1718, Cap. 37. pag. m. 113. & Dn. *Struvius*, *in Bibliotheca Juris Selecta*, Cap. XI, §. XII, pag. m. 412. *Johannis Henrici Bœcleri*, Annotationes in *Hippolitum*, prodiere Argentorati, An. 1674. in 4to. Contra idem ſcriptum, jam prius, Hamburgi, An. 1653, in 12mo vulgaverat *Animadverſiones*, *Johannes Sluterus*, & poſt eum, *Fridericus Chriſtianus Bruggemannus*, de *Statu & Scopo Reipublicæ Germanicæ*, Jenæ, 1657, 4to. vide tamen Dn. *Struvius* l. c. Extat inſuper *Henrici Voß*, Eq. Ravensbergici, Diſſ. de *Ratione Status*, Helmſtadii, Præſide *Hermanno Conringo* An. 1651, 26 Mart. publicè propoſita; pariter ac *Ludovici Sepralii* Diſp. de *Ratione Status*, Hamburg. 8. 1659; nec non: *Sever. Chriſt. Olpii*, Diſp. de *Ratione Status*, Jen. fol. 1663; ut & *Joh. Boteri*, Libri X. de *Ratione Status*, quos An. 1666, *Ludovicus Georgius Ludenius*, Hanoveranus, recudi curavit. Add. *Joh. Wolfgangus Textor*, de *Ratione Status*, Altdorf. 1667. 4to. Illuſtr. Dn. *Gothofredus de Jena*, olim *Carolo Ludovico* El. Palat. à Conſiliis, & Anteceſſor Heidelbergæ; poſtea, *Friderico Wilhelmo*, El. Brandenb. Ejusque filio, *Friderico*, Pruſſiæ Regi, à Conſiliis intimioribus, &, per multos annos, Cancellarius Mindenſis, in *Fragmentis*, de *Ratione Status*, *diu deſideratis*, & XXIV. Diſſertationibus comprehenſis, (Vid. Præfat. in Editionem hujus Libri An. 1692. Francof. & Hallis, ſumptibus *Joh. Friderici Zeitleri*, impreſſi,) *Johannes Chriſtianus Tentzelius*, Francohuſa-Thuringus, Diſſ. Inaug. de *Ratione Status legali*, Altorf. 1673; *Arnoldus Mauritius Holtermannus*, de *Ratione Status*, Marpurg. 1677, 4to. Cum omni ævo, tam vera, quam falſa Status Ratio, mentes hominum captivas tenuerit, palam eſt, cum Bonis, multa ſimul mala in Reſpublicas omnes, conſequenter & in Imperium Romano-Germanicum, irrepſiſſe; malo ad finem etiam mundi duraturo.

TAndem ergò videndum, quid faciat imprimis ad Reipublicæ noſtræ conſervationem, famam & dignitatem, & quid his omnibus obſtet? De Bonis, primo dicendum.

(1) Primum Inſigne eſt: *Imperatoriæ Dignitatis*, quæ in Noſtram Rempublicam tranſlata eſt, *axioma*. De quo ſupra (*a*) egimus.

NOTA.

(*a*) SUPRA &c. Vid. Lib. I. Tit. 4 & 5.

(2) II. Fama Potentiæ, (*a*) ad ipſius conſervationem & dignitatem, plurimum confert. *Vid. Thuanus, Lib. 2. Hiſtoriarum*, ubi elegantem Germaniæ Deſcriptionem exhibet, &, inter cætera, de Imperio Noſtro ita loquitur: *Mirum verò, tot potentes Populos, non vicinorum metu, aut ulla neceſſitate, adductos, in hanc Status formam conſenſiſſe, & ſemel acceptam, per tot Sæcula, tam conſtanter retinuiſſe: ut nullum robuſtius Corpus, licet ex debilibus membris plerumque conflatum, ſi ſingulos ſpectes, aut hodie ſit, aut olim fuiſſe, homines meminerint.*

NOTA.

(*a*) POTENTIÆ &c. Quæ vel olim magna erat. *Jacobus Wymphelingus*, in Epitoma *Germanicarum Rerum*, *Thema Wolphio*, Pontificii Juris Interpreti, transmiſſa, Cap. 61, apud *Schardium*, T. 1. *Scriptor. Rer. German.* pag. m. 196, Conſtantinopolitanæ Civitatis, à Turcis occupatæ, memor, ait: *Cum ex quinquaginta, & eo amplius, Germanorum Gentibus, quinque duntaxat: Bavari, Suevi, Lepontii,* (Rheti & Helveti). *Saxones & Cymbri, quoscunque hoſtes, quodvis Regnum, ipſos etiam immaniſſimos Turcos & Sarracenos, auſpicante Deo, aggredi & ſuperare poſſent; ideoque mirum &c.* Sic *Fraxineus*, Orator Gallicus, in Oratione ad Germaniæ Proceres, in Comitiis congregatos, habita, cum *Henricus II* Rex Urbe *Metenſi* potiretur, apud eundem *Schardium* l. c. Tom. 2, pag. m. 550, laudata neceſſitudine, quæ Germanos Galloſque conjungeret, inquit: *Cum eſſet ad Germanos delatum Imperium, Saxones, alioſque Cæſares, quod è Francorum Regibus originem haberent, perpetuam coluiſſe cum Gallis amicitiam, ita quidem, ut Franciæ Rex, Philippus Auguſtus, antiquum illud fœdus, quod vetuſtate propemodum erat obſoletum, aureis deſcribi litteris, & ſanctiori loco reponi juberet; nec immeritò quidem: nam, ea durante conjunctione, florentem in primis utriuſque Populi fuiſſe Rempublicam, & Germaniæ quidem tantum extitiſſe robur, ut non modò Pannoniis, Bohemis, Polonis atque Dacis, verum Italis etiam, Leges præſcriberet &c.* Non immeritò hinc Sereniſſ. Princeps, *Franciſcus Carolus, Franciſci II.* Ducis Lauenburgici, filius, in Oratione *pro Germania*, apud *Thomam Lanſium*, in *Conſultatione de Principatu inter Provincias Europæ*, pag. m. 109: *Licet ex Germania vel ducenta Militum millia --- foras emittantur, Demi nihilominus illa viribus ſuis tuta eſt, nec publicè hominum infrequentia ſentitur &c.* Qui hodie de Germanorum viribus rectè judicare avet, intuetur modò Auguſtiſſimi Imperatoris numeroſas Legiones; Potentiſſimorum Regum Poloniæ; (*Friderici Auguſti*) Pruſſiæ; (*Friderici Wilhelmi*) Magnæque Britanniæ, (*Georgii Auguſti*) qua S. R. I. Electorum Saxoniæ, Brandenburgenſis, & Brunſuico-Luneburgenſis, cohortes exercitatiſſimas; Sereniſſimorum Electoris Bavariæ, Ducis Brunſuicenſis, Landgravii Haſſo-Caſſellani, aliorumque Imperii Statuum, militem ſelectum. Ea duntaxat harum virium infelicitas eſt, ut etiam ad ipſorummet, qui eas componunt, invidiam uſque, ſubinde excreſcant, & multiplicentur; ne dicam, infauſtis certaminibus, invicem ſe conterant.

(3) III. Quod Nationibus, libertatem amantibus, ea moderatæ, & optimis rationibus temperatæ Monarchiæ forma contigit, quæ libertatis fructus conſervat; (*a*) Membraque Imperii ſingula Juribus eminentibus, (*b*) donat. *Vide ea, quæ ſupra, de Capitulatione, de forma Imperii noſtri, diximus.* (*c*) Item, *Boecleri Notitia Imperii Lib. XXII, Cap. 3.* ubi quatuor iſtas opiniones: An ſit Monarchia? Ariſtocratia? an Mixta ex Monarchia & Ariſtocratia? an Reſpublica fœderata ſit? examinat. (*d*)

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(a) CONSERVAT &c. Quo maximè facit Art. VIII, Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, 1648, §. 2, *Gaudeant &c.*

(b) EMINENTIBUS &c. Pertinet huc Doctrina de *Superioritate Territoriali*, præced. Lib. 3, Tit. XV, pag. 1052 &c. & XVI, p. 1143 &c. & XVII, pag. 1144 &c. & XVIII, pag. 1346 &c. & XIX, hoc ipſo Tom. IV, p. 1 &c.

(c) DIXIMUS &c. Lib. I, Tit. VII.

(d) EXAMINAT &c. Nihil tamen decidit, laudans ſaltem ſummopere Illuſtr. Dn. *Hugonis* Diſſertationem Inauguralem *de Statu Regionum Germaniæ*, quam, Præſide *Henrico Binnio* JCto. Helmſtadii, An. 1661, 20 Aug. publicè examinandam propoſuit, verb. *Supereſt Dn. Ludolphi Hugonis ſententia, qui, in hac Quæſtione* (Quænam ſit forma Reipublicæ noſtræ?) *cautè, ſobriè, eruditeque inceſſit, conſcripto Nobili Commentario: de Statu Regionum Germaniæ, & Regimine Principum, ſummæ Imperii Reipublicæ æmulo. Iterari & augeri Editionem, è Republica crediderim. Hic diſtincta videbis, quæ vulgò confunduntur: explicata, quæ intricantur. Ita autem ſe comparaſſe videtur, ut, ſive, in Republica Imperii, Monarchiam, declarare, ſive Mixtum ex Monarchia & Ariſtocratia Statum, probare velit, non ſit habiturus eum adverſarium &c.*

(4) IV. Quod Legibus (*a*) forma Reipublicæ ſit deſcripta, & Imperatori, & Statibus, id, quod ſuum eſt, adjudicetur.

NOTA.

(a) LEGIBUS &c. Scil. Imperii fundamentalibus, quarum præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 8, & ſeqq. pag. 49 &c. facta mentio.

(5) V. Quod Electio (*a*) ad pauciores (*b*) ſit redacta.

NOTÆ.

(a) ELECTIO &c. Tam Imperatoris, quam, occurrente neceſſitatis caſu, Romanorum Regis.

(b) PAUCIORES &c. Scil. Electores, de quorum Auguſtiſſimo Collegio vid. ſupr. Lib. 3, Tit. VIII, pag. 636 &c. Conf. ibid. Lib. I, Tit. VI, §. 4 & ſeqq. p. 800 &c.

(6) VI. An è re Imperii ſit, per Deputationes, quædam (*a*) in Comitiis Imperii deliberari? an verò melius ſit, negotia in communi publicè expediri? An utile ſit Regimentum Imperii (*b*) denuò inſtitui? Dn. *Boeclerus*, *in Notitia*, *Lib. 24*, *Cap. I*, non definit. Deputationes tamen interdum è re Imperii eſſe, dubio caret, ſi conſideremus ea, propter quæ introductas fuiſſe, ſupra diximus.

NOTÆ.

(a) QUÆDAM &c. Vid. præced. Tit. 2, hujus Libri IV, §. 14, lit. b. ſumma profectò Imperii negotia quandoque paucis ſaltem Perſonis terminanda committuntur v. g. Belli, Pacis, Fœderum, vel tot Pacificationum Inſtrumentis teſtibus, quidni & ſimilia alia? vid. præced. Lib. 3, Tit. 3, §. 20 & ſeqq. p. 394 &c.

(b) IMPERII &c. Quod optimis ex rationibus dudum abrogatum. Vid. præc. Tit. 4 hujus

Libri IV, §. 17 & ſeqq. Idque eo minus hodie ſuadendum, cum ne quidem Imperialis Camera condignè, ex mente ſcil. Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, Art. V, §. 53, de qua præced. Tit. VI, §. XI, lit. b. & c, evolvatur, ſuſtentetur, vel querelarum farraginis, quæ deſuper in Comitiis etiam univerſalibus ſæpiſſimè proponuntur, documento.

(7) VII. Vel maximè huc referendum eſt, quod multis gravaminibus, quæ vel Imperator, contra Status, habuit, vel Status contra Imperatorem, vel Status contra ſe invicem, in Inſtrumento Pacis (*a*) ſit ſatisfactum. (*b*) *Vid. Inſtr. Pac. Art. V.*

NOTÆ.

(*a*) PACIS &c. Cui addi poſſunt Inſtrumenta Pacificationum poſteriorum, veluti *Noviomagenſis*, *Ryſwicenſis*, *Badenſis &c.*

(*b*) SATISFACTUM &c. Quamvis multa adhuc ſub lite maneant; quo trahenda v. g. de *Jure Vicariatus*, inter domum Bavaricam, & domum Palatinam, ſuſcitata controverſia; ſimiliter Quæſtio: *Num non alius quam Romano-Catholicus Princeps, in Imperatorem eligi queat?* nec non illa: *Num Imperialis Cameræ Judex neceſſariò eandem Religionem Romano-Catholicam ſectari teneatur?* Vid. præced. Tit. VI, hujus Libri IV, §. 10, lit. d. *Num Elector uno plures Electoratus ſimul poſſidere valeat?* vid. præced. Lib. 3, Tit. VIII, §. 25, p. 664 &c. *Num, à ſententia Camerali, recurſus detur ad Cæſarem, aut ad Comitia?* vid. præced. Tit. VI, hujus Libri IV, §. 35, lit. a. Gravamen *non obſervatæ paritatis numeri Aſſeſſorum ſummi Judicii Aulici, quoad Religionem Romano-Catholicam, & Proteſtantium.* Vid. præced. Tit. VII, §. 14. *Num ſit è re Imperii, Ordinationem Judicii Aulici Cæſareo-Imperialis, à ſolo Cæſare, inconſultis Imperii Statibus, præſcribi?* vid. ibid. §. 29. *Num ſupplicatio, (latâ in laudato Conſilio ſententiâ,) hodie Effectum habeat ſuſpenſivum, an devolutivum?* Vid. ibid. §. 36. Sexcenta negotia alia, quæ, uti apparet, ſub finem Seculi demum terminabuntur, ſilentio ut præteream.

(8) Mala Imperii plurima ſunt: inter quæ referuntur:

I. Avulſio membrorum Imperii. (*a*)

II. Fines non ſatis muniti. (*b*)

III. Defectus ærarii perpetui. (*c*)

IV. Defectus Impenſarum, quibus Cæſar ſuſtentari poſſit. (*d*)

V. Defectus perpetui Militis. (*e*)

VI. Prætenſiones Papæ, & Concordata (*f*) Nationis Germanicæ.

VII. Item, quod, pro mixto Statu, vincula concordiæ non ſatis adſtricta, (*g*) aut laxata ſint.

VIII. Quod, in Collegiis Statuum, perpetuæ ſint æmulationes & diſputationes.

IX. Item, quod Conſultationes Imperii ſint tardæ, (*h*) & propterea in ludibrium Exterarum Nationum trahantur, ſecundum illud vulgatum: (*i*)

Proteſtando convenimus,
Conveniendo competimus,

Com-

Competendo conſulimus,
In confuſione concludimus,
Concluſa rejicimus,
Et ſalutem Patriæ conſideramus,
Per conſilia lenta, violenta, vinolenta.

X. Et quod nullæ ſint Executiones *(k)* Imperii.

XI. Quod Comitiorum defectus nondum ſint ſublati. *(l)*

XII. Quod ea, de quibus Inſtrumentum Pacis, *Art. 8*, in proximis Comitiis deliberari voluit, ſcil. de Electione Romanorum Regis: Certa conſtantique Cæſarea Capitulatione concipienda: de modo & ordine, in declarando uno vel altero Statu Imperii in Bannum, præter iſtum, qui hactenus receptus eſt: Redintegrandis Circulis: Renovanda Matricula &c. nondum ſint emendata. *(m)*

XIII. Item, quod vel plurimum (primum) erat: quod Imperatoris authoritas *(n)* ſit collapſa &c. *Vid. Boecleri Notit. Imperii, Lib. XXIV, Cap. 2.*

NOTÆ.

(*a*) IMPERII &c. De Avulſione hac, actum præced. Lib. 2, Tit. I, §. 8, pag. 923 &c. Tit. 4, §. 2, pag. 990 &c. & §. 3, pag. 992 &c. lit. a & b. & pag. 995, lit. c. & pag. 998 &c. lit. d. & Tit. 5, §. 1. pag. 1017 & ſeqq.

(*b*) MUNITI &c. Neque reſpectu Gallorum: Quid enim Caſtrum *Philipsburg?* quid Fortalitium *Kehl?* quid *Vetus Briſacum? &c.* neque reſpectu Polonorum &c.

(*c*) PERPETUI &c. Reliquis benè ſe habentibus, huic malo conſuli quadamenus poteſt, cum ſingulis membris, vaſtum Corpus Germanicum componentibus, &, pro rata, ad communia onera conferentibus, peculiare ſit ærarium, unde deſumendum, quod ſingulis, occurrente neceſſitudine communi, ſolvendum incumbit.

(*b*) POSSIT &c. Dubitatur, num ejuſmodi Reditus, Imperii ſalutem promoturi magis forent, quam impedituri? Electione Imperatoris, hac ratione, non minoribus obnoxia futura rixis & altercationibus, quam apud Polonos Regia.

(*e*) MILITIS &c. Modò Reſpublica Romano-Germanica ſemper Unita maneat, ſat potentiæ adeſt adverſus hoſtes extraneos abigendos. Vid. præced. §. 2, lit. a.

(*f*) CONCORDATA &c. De quibus vid. præced. Lib. I Tit. XV, §. 23, lit. a, p. 1397 &c.

(*g*) ADSTRICTA &c. Tam reſpectu æmulationis mutuæ Capitis & Membrorum, quam ſolorum Membrorum, Religionis Zelo invicem diviſorum, ac proinde diverſa principia, pro re nata, ſectantium.

(*h*) TARDÆ &c. Quo maximè pertinent Querelæ contra Directorium Moguntinum, haud ſemel motæ. Vid. præced. Lib. 3, Tit. X, §. 3, lit. a. p. 705 &c.

(*i*) VULGATUM &c. Quod extat apud *Pellerum*, in *Politico ſcelerato*, pag. 134. Vid. *Gottfardi* Diſſ. de *Regno Arelatenſi*, Præſide, *Joh Strauchio*, An. 1674, Jenæ habita, Cap. 2, §. 10. Huc faciunt vel ipſa Reſcripta bina Cæſarea An. 1685, apud *Fabrum* T. I *der Staats-Cantzley*, Cap. I §. 1 & 2, p. 1 ad 7.

(*k*) EXECUTIONES &c. Minimum, non ad guſtum Imperii Statuum. Vid. præced. Tit. VI, §. 51, in Nota.

(*l*) SUBLATI &c. Nec ſpes eſt, eos unquam ſublatum iri; ob diverſa invicem altercantium principia.

(*m*) EMENDATA &c. Plenè. Emendationem enim quandam revera contigiſſe, ex dictis præced.

præced. Lib. I, Tit. VII, §. 2, lit. b. pag. 841 ad 862; & Lib. 3, Tit. 4, §. 8, lit. a, pag. 551 &c. cognoſcendum.

(n) AUTHORITAS &c. Mutato ſcilicet Reipublicæ Statu, multum diverſo à Veteri.

(9) Hic finem imponimus Inſtitutionibus noſtris Juris Publici. Deus & noſtris *(a)* & legentium Studiis, benedicat, ut, in Sui Nominis gloriam, & Studentium utilitatem, cedant, *(b)* pro conceſſo Spiritus Sancti auxilio, gratias Ei, ex corde agimus, Ejuſque ductui ſtudia noſtra impoſterum humillimè commendamus. *(c)*

NOTÆ.

(a) NOSTRIS &c. Idem precor, pro meis.

(b) CEDANT &c. Et hoc meum Votum, ex intimo corde fluens.

(c) COMMENDAMUS &c. Pariter ac ego, totum Chriſtianum Orbem miſericordiæ divinæ commendo, efflagitans in ſpecie Sanctiſſimum Numen, ignoſcere velit iis, præſertim, qui falſis dogmatibus imbuti, cæco errore, Verbo divino unicè inhærentes, variis artibus, perſequuntur, ſpiritu Pacis eos ita afflando, ut aliquando reſipiſcant, & ad ſaniorem mentem revertantur.

DE

Digitized by Google

36. *Wir wollen auch die Römiſ. Kayſerl. Cron fürderlichſt empfangen, und bey allem demſelben das thun, ſo ſich deshalben gebühret, auch was zwiſchen beeden Chur-Fürſten zu Mayntz und Cölln, wegen der unter ihnen, der Crönung halber, entſtandener Irrungen, bey letzterem Wahl-Tag* Anno 1657. *gütlich beygelegt und verglichen worden, ebenfals* confirmirt *und beſtätigt haben; Vor diesmal aber den Crönungs-*Actum *in der Stadt Augspurg, zumalen die Stadt Aachen wegen jetziger Kriegs-Zeiten darzu der Zeit ohnbequem iſt,* celebriren, *und verrichten laſſen, auch Unſer Königl. und Kayſerl.* Reſidenz, *Anweſung und Hofhaltung, im Heil. Röm. Reich Teutſcher* Nation, *es fordere dann der Zuſtand zu Zeiten ein anders, allen Gliedern, Ständen und Unterthanen deſſelben zu Nutzen, Ehr und Guten, beſtändig haben und halten.*

37. *Wir wollen und ſollen auch in dieſer Unſerer Zuſag der Wahl-* Capitulation, *der güldenen Bull, der Reichs-Ordnung, oder wie dieſelbe ins künfftig geandert und verbeſſert werden möchte, dem obangeregten Frieden, in* Religion-*und* Profan-*Sachen, auch dem Land-Frieden, ſamt Handhabung deſſelben, wie auch der* in Anno 1555. *aufgerichten Cammergerichts- neben des Reichs* Executions-*Ordnung, auch mehrermeldtem Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedenſchluß, und deme zu Nürnberg* Anno 1650. *aufgerichten* Executions-Receſs, *auch andern Geſetz-und Ordnungen, ſo jetzo gemacht, oder künfftiglich durch Uns, mit der Churfürſten, Fürſten, und andern Standen des Reichs, Rath und Zuthuung, mœchten aufgerichtet werden, zu wider, kein* Reſcript, Mandat, *oder* Commiſſion *ausgeben laſſen, oder zu geſchehen geſtatten, in einige Weiß oder Weg; Dergleichen auch für Uns ſelbſten wider ſolche güldene Bull, und des Reichs Freyheit, den Frieden in* Religion-*und* Profan-*Sachen, auch Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedenſchluß und Land-Frieden, ſamt Handhabung deſſelben, von niemand nichts erlangen, noch auch, ob Uns etwas dergleichen aus eigener Bewegnüs gegeben ware, oder würde,*

 nicht

Digitized by Google

nicht gebrauchen, in keine Weiß, Da aber dieſen und andern vorgemeldten Articuln *und* Punčten *einiges zuwider erlangt, oder ausgeben würde, das alles ſoll kraftlos, tod und ab ſeyn, Inmaſſen Wir es auch jetzt als dann, und dann als jetzt, hiermit* caſſiren, *tödten und abthun, und wo noth, denen beſchwerten Partheyen derhalben nothdürfftige Urkund, und brieflichen Schein zu geben, und wiederfahren zu laſſen, ſchuldig ſeyn ſollen, Argeliſt und Gefährde hierinnen ausgeſchieden.*

38. *Wir wollen und ſollen auch allen des Heil Reichs Chur Fürſten und Ständen, ſo wol ihren Bottſchafften und Geſandten, die von der gefreyten Reichs Ritterſchafft mit begriffen, jederzeit ſchleunige* Audienz *und* Expedition *ertheilen, denenſelben, und dem Reichs-Adel ihre* Confirmationes Privilegiorum, *auch Leben und Leben-Brieff, nach dem vorigen* Tenor, *unweigerlich, und aller* Contradiction *(als welche zum rechtlichen Austrag zu verweiſen) ohngehindert wiederfahren, dabey auch dieſelbe über die* Edition *der alten* Pactorum familiæ, *mit* Exhibition *neuer, ein oder ander Hauß allein* concernirender *und von dem Lehenthum kein* Dependenz *habender, nicht beſchweren, vielweniger die Reichs-Belehnungen, wegen erſtgedachter* Edition *der* pactorum familiæ, *die ſeyen neu oder alt, aufhalten laſſen. Wir ſollen und wollen auch in wichtigen Sachen, ſo das Reich betreffen, und von hohen* Præjudiz, *und weitem Ausſehen ſeynd, bald anfangs, der Chur-Fürſten, als Unſerer innerſten Räthen, Gedanken vernehmen, auch nach Gelegenheit der Sachen, Fürſten und Standen Rathsbedenckens Uns gebrauchen, und ohne dieſelbe hierinn nichts vornehmen.*

39. *Wir wollen auch künfftig bey Antretung Unſer Kayſerl. Regierung Unſern Geheimen Rath, wie auch Unſern Reichs Hof- und Kriegs Rath, wann nemlich Wir, des H. Reichs wegen, in Krieg begriffen, mit Fürſten, Grafen, Herren, von Adel und andern ehrlichen Leuten, vermæg* Inſtrumenti Pacis, *und nicht allein aus Unſern Unterſaſſen, Unterthanen und Vaſallen, ſondern mehrentheils aus denen, ſo im Reich Teutſcher Nation anderer Orten gebohren und erzogen, darinn nach Standsgebühr angeſeſſen und begütert, der Reichs-Satzungen wohl erfahren, gutes Namens und Herkommens, und niemanden, dann Uns, und ſonſten keinem Chur-Fürſten, Fürſten oder Stand des Reichs, noch ausländiſchen Potentaten, mit abſonderlichen Dienſt Pflichten verwand ſeynd: Ingleichen Unſere Kayſerl. und des Reichs Aempter am Hof, und die Wir ſonſten inn- oder auſſerhalb Teutſchlandes zu begeben und zu beſetzen haben, als da ſeynd* Protectio Germaniæ *und dergleichen, mit keiner andern Nation, dann gebohrnen Teutſchen, die nicht niedern Stands noch Weſens, ſondern nahmhaffte Perſonen, und mehrentheils von Reichs-Fürſten, Grafen, Herren, und von Adel, oder ſonſten guten tapffern Herkommens, beſetzen und verſehen, auch obgemeldte Aempter, bey ihren Ehren, Würden, Gefällen, Recht und Gerechtigkeiten bleiben, und denſelben nichts entgehen oder entziehen laſſen, ſodann verfügen, daß in Unſern Reichs-Hof-Kriegs-und andern Räthen, auf den Ritter-Bäncken, zwiſchen denen vom Ritter-Stand, welche zu Schild und Helm, Ritter-und Stifftmäſſig, gebohren, und denen Grafen und Herren, ſo in denen Reichs-*Collegiis *keine* Seſſion *oder Stimme haben, oder von ſolchen Häuſern entſproſſen und gebohren ſeyn, in der Raths-*Seſſion, *dem alten Herkommen gemäß, kein Unterſchied gehalten, ſondern ein Jeder nach Ordnung der angetretenen Raths-Dienſten, ohne einigen von Stands wegen unter denſelben ſuchenden Vorzug, verbleibe, Wollen auch in Beſtell-und Anſetzungen Unſerer Reichs-Hof-Cantzley, ſo wol mit des Reichs Vice-Cantzlers, als der* Secretarien, Protocolliſten *und aller andern zu der Reichs-Hof-Cantzley gehöriger Perſonen, Unſerm lieben Neven, dem Chur-Fürſten zu Mayntz, als Ertz-Cantzlern durch Germanien, in der ihme allein diſfals zuſtehenden* Diſpoſition, *unter was Vorwand es ſeye, keine Eingriff oder Verhinderuüß thun, darinn einigen Ziel oder Maß geben. Soll auch, was hiebevor darwieder vorgangen ſeyn mag, zu keiner* Conſequenz *gezogen, und wann ins künfftig et-*

Digitized by Google

was darwider gethan oder verordnet werden möchte, vor ungultig gehalten werden. Und damit hinführo an Unſerm Königl. oder Kayſerl. Hof, des Reichs Ständen und andern zum Reich gehörenden, unpartheyiſch und ſchleunig Recht deſto mehrers wiederfahren und adminiſtrirt *werden möge: So wollen Wir bey benanntem Reichs-Hof-Rath keinen zum* Præſidenten, *oder* Vice-Præſidenten *beſtellen, oder verordnen, es ſeye dann derſelbe ein Teutſcher Reichs Fürſt, Graf oder Herr, in demſelben ohnmittel- oder mittelbahr geſeſſen, oder begütert.*

40. *Wir wollen auch die neu aufgeſetzte, und von Unſern Vorfahren glorwürdigſten Andenckens* approbirte *Reichs-Hof-Raths-Ordnung (es ſeye dann, daß beym Reichs-Tag ein anders verordnet werde) feſt halten laſſen, unterdeſſen aber, neben vorgedachtem* Præſidenten, *wie auch von Chur-Maynz anſetzendem Reichs-*Vice-*Cantzler, und* Vice-Præſidenten, *Unſerm Reichs-Hof-Rath, nach Beſag vermeldter Reichs-Hof-Raths-Ordnung und Frieden-Schluß, von Fürſten, Grafen, Herren, von Adel und andern der Reichs-Satzungen wohlerfahrnen geſchickten Leuthen, obbedeuter maſſen, nicht allein aus Unſern Unterſaſſen, ſondern groſſern Theils, ſo im Reich Teutſcher* Nation *gebohren, darinnen nach Stands Gebühr angeſeſſen, und begütert, anſetzen, Was auch hierinfals der* Religion *halber* in Inſtrumento Pacis Artic. 5. §. ac proinde 54. *verſehen, in Obacht nehmen, ingleichen die ohnverlängte gewiſſe Verorduung thun, damit ſo wohl aus Unſerer Hof-Cammer, als denen bey dem Reich eingehenden Mitteln, vor allen andern Ausgaben, den würcklich beſtellten* Præſidenten, *Reichs-*Vice-*Cantzlern, als zugleich würcklichen Reichs-Hof-Rath,* Vice-Præſidenten, *und andern Reichs-Hof-Räthen, ihre Reichs-Hof-Raths Beſoldung, richtig und ohne Abgang, bezahlt, auch wegen der Reichs-Hof-Raths-Stelle,* Præcedenz *und* Reſpect, *deme nachgelebt werde, was in jüngſter Reichs-Hof-Raths-Ordnung deshalben verſehen, und derſelben Stand gemäß iſt. Wie ſie dann auch wegen der Zöll, Steuer und andern Beſchwehrden Befreyung, unſern und des Reichs Cammer-Gerichts* Aſſeſſoren *gleich gehalten werden ſollen. Und ſie ſo wol als der Ständen* Agenten *von der Land- und anderer Gerichten und Beamten* Jurisdiction, *auch ſo viel die* Obſignation, *Sperrung, Invetirung,* Edition *der Teſtamenten, Verſorgung der Kinder und dergleichen betrifft, weniger nicht von allen* Perſonal-Oneribus, *allerdings befreyet ſeyn, auch diejenige, ſo ſich anderswohin begeben wolten, keines wegs aufgehalten, ſondern frey, ſicher und ohngehindert, auch ohne Abzug und andern Entgelt, oder Vorenthalt ihrer Güter, fort gelaſſen, und ihnen zu dem End, auf Begehren, gehörige Paß-Briefe ertheilt werden ſollen.*

41. *Auch ſollen und wollen Wir keines wegs dargegen ſeyn, daß der Reichs-Hof-Rath, durch den Chur-Fürſten zu Maynz, nach Beſag des Frieden-Schluß,* viſitirt *werde, auch nicht geſtatten, verhengen oder zugehen, daß Unſer Geheimes Raths-*Collegium, *ſämtlich oder ſonderlich, der Reichs-Sachen, welche vor den Reichs-Hof-Rath gehören, ſich anmaſſe, darinn ſich einmiſche, oder auf einigerley Weiß dem Reichs-Hof-Rath eingreiffe, vielweniger mit Befelchen oder* Decreten, *wodurch die im Reichs-Hof-Rath geſchloſſene Sachen aufgehoben, oder* irritirt *werden, beſchwehre oder irre: Was auch einmahl in erſtgemeldtem Unſerm Reichs-Hof-Rath,* in judicio contradictorio, cum debitâ cauſæ cognitione, *ordentlicher Weiſe abgehandelt und geſchloſſen iſt, darbey ſol es fürders allerdings verbleiben, und nirgends anders, es ſeye dann durch den ordentlichen Weg der in offt ermeldtem Frieden-Schluß beliebter* Reviſion *(welche jederzeit,* quoad Proceſſum, *nach Beſag erſtgedachten Frieden-Schluß, durch unpartheyiſche Reichs-Hof-Räthe, ſo nicht bey Verfaſſung der vorigen Urthel, vielweniger* Referenten, *oder* Correferenten *geweſen, ausgefertiget werden ſoll) von neuen in* Cognition *gezogen, noch deſſen* Execution *gehindert, die am Kayſerl. Cammer-Gericht aber anhängig gemachte, und noch in ohn erörterten Rechten ſchwebende Sachen, von*

dar ab- und an Unſern Reichs-Hof-Rath, nicht abgefordert, noch von Uns aufgehoben, und dagegen inhibirt, auch was dagegen vorgenommen, als null und unkräfftig, vom Cammer-Gericht gehalten, auch obgemeldtem Unſerm lieben Neven, dem Chur-Fürſten zu Mayntz, eine und andere Sachen der klagenden Ständen (wann ſchon dieſelbe Unſere Geheime- und Reichs-Hof-Räthe betreffen) in den Churfürſtlichen oder die geſamte Reichs-Räthe, ihrer Art und Eigenſchafft nach zu bringen, zu proponiren, und zur Deliberation zu ſtellen, kein Einhalt gethan, noch ſonſt in dero Ertz-Cancellariat oder Reichs-Directorio, Ziel und Maß gegeben, auch kein Stand des Reichs, in Sachen, ſo præviam cauſæ cognitionem erfordern, mit Kayſerl. Decretis, aus dem geheimen Rath beſchwert, noch dieſelbe in Judicio angezogen werden ſollen.

42. Wir wollen auch in Schrifften und Handlungen des Reichs, keine andere Zungen oder Sprach gebrauchen laſſen, dann die Teutſche oder Lateiniſche Zungen, es wäre dann an Orten, auſſerhalb des Reichs, da gemeiniglich eine andere Sprach in Ubung wäre, und in Gebrauch ſtünde, jedoch in alle Weg an Unſern Reichs-Hofrath und Cammer-Gericht der Teutſchen und Lateiniſchen Sprach ohnabbrüchig.

43. Wir ſollen und wollen auch in fleiſſige Obacht nehmen, und verſchaffen, daß alle die Expeditiones, ſo in Gnaden- und andern Sachen; inſonderheit aber die Diplomata über den Fürſten- Grafen- und Herren-Stand, auch Nobilitationes, Palatinaten und Kayſerl. Raths-Titul, ſamt andern Reichs-Freyheiten und Privilegien, welche Wir unter dem Titul und Namen eines Römiſ. Königs oder Kayſers, ertheilen werden, bey keiner andern als des Reichs Cantzley, wie ſolches von alters herkommen, auch Unſerer und des Heil. Röm. Reichs Hoheit gemäß iſt, geſchehen, Wie dann Krafft dieſes alle diejenige Diplomata, ſo bey einer andern als der Reichs-Cantzley, unter Unſerm Kayſerl. Titul und Namen, Zeit währender Unſerer Kayſerl. Regierung, expedirt werden, hiermit null und nichtig ſeyn, und die Impetranten, ehe und bevor ſie aus der Reichs-Cantzley, gegen gebührende Tax-Erlegung, confirmirt und legitimirt, dafür im Reich nicht geachtet, noch ihnen das Prædicat oder Titul gegeben werden ſolle; Was aber für Gnaden-Brief, Stands-Erhöhungen, und andere Privilegien in Unſerer Reichs-Cantzley ausgefertiget, und von daraus andern Cantzleyen, und ſonſten wohin intimirt werden, dieſelben ſollen hiemit ſchuldig und gehalten ſeyn, gedachte Intimationes, nicht allein ohne allen Entgelt oder Abfordirung einiger neuen Tax oder Cantzley Jurium, wie die Namen haben mögen, anzunehmen, ſondern auch denen Impetranten, dem erhaltenen Stand und Privilegio gemäß, das verwilligte Prædicat und Titul in denen Expeditionibus daſelbſten, ohnweigerlich zu geben, und bey Straff deren darin geſetzten Pœn nicht zu entziehen; Dahingegen auch diejenige Diplomata, welche Wir als Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Krafft deren bey Unſerm Ertz-Hauß hergebrachten Privilegien, wegen Stands-Erhöhung, und ſonſten, ertheilen werden (die Wir doch nicht nomine Cæſareo, ſondern Archiducali ausfertigen laſſen wollen) in Unſerer Reichs-Cantzley, auch ſonſten allenthalben im Reich, auf deren vorgegangene gebührende Intimation, ohne einigen Entgelt angenommen, und erkent werden ſollen. Und wollen Wir, wie dieſe und übrige bisherige Irrungen zwiſchen beeden Unſern Reichs und Oeſterreichiſchen Hof-Cantzleyen, abgethan und eingerichtet werden ſollen, Uns mit Unſerm lieben Neven des Churfürſten zu Mayntz Ld. noch weiters vorſtehen, und vergleichen. Desgleichen wollen Wir bey Unſerer Königl. und Kayſerl. Regierung, bey Collation Fürſtlicher und Gräflicher, auch anderer Dignitäten und Prædicaten, vornemlich dahin ſehen, damit auf allen Fall dieſelbe allein denen von Uns ertheilt werden, die es vor andern wohl meritirt, im Reich geſeſſen, und die Mittel haben, den affectirenden Stand pro dignitate auszuführen, niemand aber von den neu erhöheten Fürſten, Grafen und Herren, dem Fürſtlichen Collegio, es ſeye gleich auf ſelbiger, oder der Grafen

Ban-

Digitized by Google

Bæncken, ad ſeſſionem & votum, *wider deroſelben Willen aufdringen, ſie haben ſich dann darzu mit Fürſtmæſſigen und Gräflichen Reichs-Gütern, vorhero gnugſam* qualificiret, *und zu einer Standswürdigen Steuer in einen gewiſſen Creyß eingelaſſen, und verbunden, und über ſolches alles, neben dem Churfürſtlichen, auch das jenige* Collegium *oder Banck, darin ſie aufgenommen werden ſollen, vorhero gnugſam gehört worden. Wollen auch, zu* Præjudiz *oder Schmælerung eines höhern Stands alten Hauſes, oder Geſchlechts, deſſelben* Dignitæt, *Stands und üblichen* Tituls *keinem, wer der auch ſeye, mit neuen* Prædicaten, *höhern oder gleichen* Titul, *oder Wappen-Briefen begaben; damit nicht hierinnen die geringere Stände mit den hæhern* parificirt *würden; ſol auch durch einer oder andern unter Chur-Fürſten und Ständen des Reichs geſeſſenen und begüterten zu höherer Stands-Erhebung, dem* Juri Territoriali *nicht nachtheilig ſeyn, und die ihme zugehörige, und in ſolchen Landen gelegenen Güter, einen als den andern Weg, unter voriger Lands-Fürſtlicher* Jurisdiction *verbleiben.*

44. *Weilen auch der Reichs-Cantzley Tax-Ampt und deren Bedienten nothwendiger Unterhalt, durch die Nachlaß und* Moderation *der Taxgefäll, ſodann daß über die Kayſerl.* Conceſſiones *der* Privilegien, *Stands-Erhæbungen, und anderer Gnaden, die gewæhnliche* Diplomata, *der Gebühr nicht ausgelæſet werden, in groſſe Schmælerung und Abgang, und dahero in tieffe Schulden-Laſt gerathen; Als wollen Wir, zu deſſen weiterer Verhütung, neben des Herrn Churfürſten zu Maynz Ld. die allein als Ertz-Cantzlar disfals nachlaſſen, und* Moderation *zu thun berechtigt ſeyn, an den üblichen Reichs-Cantzley,* Juribus, *und Taxen, nichts mehr nachgelaſſen un*moderirt *werde. Wir gereden auch, daß denen, ſo von Uns dergleichen Kayſerl. Begnadigungen ins künfftig erlangen, und inner halb drey Monat Zeit hernach darüber ihre* Diplomata, *bey der Reichs-Cantzley nicht* redimiren, *und erheben, ſich der verwilligten Gnaden und* Conceſſionen *zu rühmen, oder deren würcklich zu gebrauchen, von Uns keines wegs zugegeben oder verſtatten werden; ſondern Unſere Kayſerl. Begnadigungen ſolchen falls, nach erwehntem* Termin, ipſo facto *hinwieder gefallen,* caſſirt *und aufgehoben, und Unſer Kayſerl. Reichs-*Fiſcal, *wieder alle, welche ohne Unſere Kayſerl. Verwilligung, oder Unſerer verordneten* Palatinen *einiger Stands-Erhæbungen,* Nobilitationen, *Raths-*Titulen *oder* Prædicaten, *und* Denominationen *ſich anrühmen, oder ſelbſt eigene Wappen, mit offenen, oder zugethanen Helm,* formiren, *der Gebühr zu verfahren, und dieſelbe, nach Geſtalt des Verbrechens, und der Perſonen, zu gehæriger Straff zu ziehen, ſchuldig und gehalten ſeyn ſolle.*

45. *Dieweiln Uns auch ſonderlich gebührt des Heil. Reichs Chur-Fürſten, als Unſere innerſte Glieder, und Haupt-Seulen des Reichs, vor männiglichen, in ſonderbarer hoher* Conſideration *zu halten, ſo wollen Wir die Verfügung thun, wann deroſelben Ampts-Verweſer, und Erb-Aempter, bey Unſerm Kayſerl. Hof begriffen, daß dieſelbe jederzeit, und inſonderheit, wann, und ſo offt Wir auf Reichs-Wahl- und andern dergleichen Tagen, Unſern Kayſerl. Hof begehen, oder Sachen vorfallen, darzu die Erb-Aempter zu gebrauchen ſeynd, in gebührendem* Reſpect *halten, und ihnen von Unſern Hof-Aemptern keines wegs vor- oder eingreiffen; oder da je wegen Abweſenheit ihrer Stellen mit berührten Unſern Hof-Aemptern jeweilen erſetzt werden ſolten, wollen Wir doch, daß ihnen den Churfürſtl. Ampts-Verweſern, und Erb-Aemptern, einen Weg als den andern, die von ſolchen Verrichtungen fallende Nutzbarkeiten, wenigers nicht, als ob ſie dieſelbe ſelbſten verrichtet und bedienet, ohnverweigerlich gefolget und gelaſſen, und nicht, wie bis anhero geſchehen, von denen Hof-Aemptern entzogen, auch Unſern Hof-Marſchall in ſeinem zukommenden, und von dem Ertz-Marſchall-Ampt* dependirenden *Ampts-Verrichtungen, durch Unſere Lands Regierung oder andere, kein Eintrag oder Hinderung gemacht werden.*

46. *Damit auch Unſere Geheime ſo wol, als Reichs-*

Digitized by Google

Reichs-Hof-Räthe, wie auch Unſer Kayſerl. Cammer-Gericht, dieſer Capitulation *gebührende Wiſſenſchafft haben, und in ihren Rathſchlägen,* Expeditionen, *und ſonſten ſich darnach richten, wollen Wir ihnen dieſelbe nicht allein vorhalten, ſondern auch bey Leiſtung ihres Amts und Dienſt-Pflicht, ernſtlich einbinden, dieſelbe ſo viel einem jeden gebührt, jederzeit vor Augen zu haben, und darwider weder zu thun, noch zu rathen, ſolches auch ihren Dienſten-Eyden, mit ausdrücklichen Worten einverleiben laſſen.*

47. *Wir ſollen und wollen Uns auch zu keiner Regierung oder* Adminiſtration *im Heil. Römiſ. Reich, ſo lang Ihre Kayſerl. Majeſt. im Leben, oder nach dero Tod (welchen Gott lange verhüten wolle) zu* Præjudiz *der Reichs-*Vicarien, *welche immittels die Reichs-*Adminiſtration *führen, die* Expedition *aber in Unſerm Namen verfügen ſollen, unterziehen, bis Wir das achtzehende Jahr Unſers Alters erreicht und angefangen haben; Alsdann Wir Uns durch einen* Revers *gegen die Churfürſten, nach Inhalt Unſers nach der Wahl gethanen Eyds, anders nicht als wann Wir denſelben von neuem wiederum abgeſchworen hätten, zu Veſthaltung dieſer* Capitulation, *nochmals verbinden, und die Regierung ehender anzutreten nicht befugt ſeyn ſollen, noch wollen.*

Solches alles und jedes, wie obſtehet, haben Wir obgedachter Röm. König, den gedachten Chur-Fürſten, vor ſich und im Nahmen des Heil. Röm. Reichs, geredt, verſprochen, und bey Unſern Königl. Ehren, Würden und Worten, im Namen der Warheit, zugeſagt, Thun daſſelbe auch hiemit, und in Krafft dieſes Brieffs; in maſſen Wir dann das mit einem leiblichen Eyd, zu GOtt und dem heiligen Evangelio, geſchworen, daſſelbe ſtets, feſt und ohnverbrochen, zu halten, deme treulich nachzukommen, darwieder nicht zu ſeyn, zu thun, noch zu ſchaffen, daß es gethan werde, in einige Weiß oder Weg, wie die möchten erdacht werden; Uns auch darwieder einiger Behelff, oder Aunahm, Diſpenſationes, Abſolutiones, *geiſt- oder weltliche Rechten, wie das Namen haben mag, nicht zu ſtatten kommen ſollen. Deſſen zu wahrer Urkundt, auch wegen Unſers geringen Alters, zu mehrer Beveſtigung, haben Ihre Kayſerl. Majeſtät, auf Unſer und geſammter Chur-Fürſten gehorſames Erſuchen, ſo dann Wir, dieſen Brieff eigenhändig unterſchrieben, und Unſere groſſe Inſiegel anhängen, auch deren ſieben gleichförmige* Exemplaria *machen und fertigen laſſen; Geben in Unſerer und des Heil. Röm. Reichs Stadt Augſpurg, den 24ſten Monats-Tag* Januarii, *nach* Chriſti *unſers lieben HErrn und Seeligmachers Geburt, im Sechzehen hundert und Neunzigſten, Unſerer Reiche, des Römiſchen im erſten, und des Hungariſchen im dritten, Jahre.*

IN-

Digitized by Google

II.

INSTRUMENTUM PACIS CÆSAREM ET IMPERIUM INTER ET GALLIAM

Concluſæ in Palatio Riſwicenſi in Hollandia 30. Octobris 1697.

In Nomine Sacro-Sanctæ Trinitatis, Amen.

NOtum ſit omnibus & ſingulis, quorum intereſt: cum ab aliquot jam annis ferale bellum cum multa ſanguinis Chriſtiani effuſione & plurimarum Provinciarum deſolatione geſtum eſſet inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem & Dominum, Dominum Leopoldum, electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Regem, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Würtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & inferioris Luſatiæ, Dominum Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Sacrumque Romanum Imperium ab una: & Sereniſſimum atque Potentiſſimum Principem & Dominum, Dominum Ludovicum XIV. Franciæ & Navarræ Regem Chriſtianiſſimum ab altera parte, Suâ Sacra Cæſarea Majeſtas verò & Sua Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima ad finienda quantocyus hæc mala in perniciem rei Chriſtianæ indies augeſcentia animum ſeriò advertiſſent, factum Divinâ Bonitate eſſe, ut annitente Sereniſſimo & Potentiſſimo Principe & Domino, Domino Carolo XI. Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Rege, Magno Principe Finlandiæ, Duce Scaniæ, Eſthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiæ & Vandaliæ, Principe Rugiæ, Domino Ingriæ & Wiſmariæ, nec non Comite Palatino Rheni, Bavariæ, Juliaci, Cliviæ & Montium Duce, &c. inclytæ memoriæ, qui mox ab exortorum motuum initio pacem inter Chriſtianos Principes ſolicitè ſuadere non deſtitit, atque dein Mediator univerſim receptus illam quamprimùm conciliare, ad mortem usque glorioſè allaboravit, ſolennes ea de cauſa Tractatus in Palatio Riſwicenſi in Hollandia inſtituti, poſt ejus autem è vivis deceſſum pari ſtudio ſuccedentis in paternas pro tranquillitate publica curas Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis & Domini, Domini Caroli XII. Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regis, Magni Principis Finlandiæ, Ducis Scaniæ, Eſthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiæ & Vandaliæ, Principis Rugiæ, Domini Ingriæ & Wiſmariæ, nec non Comitis Palatini Rheni, Bavariæ, Juliaci Cliviæ & Montium Ducis, &c. ad finem perducti fuerint. Comparentes quippe dicto loco utrinque legitimè conſtituti Legati extraordinarii & Plenipotentiarii, nomine quidem

Sacræ Cæſareæ Majeſtatis illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, Dominus Dominicus Andreas S.R.I. Comes à Kaunitz, hæreditarius Dominus in Auſterlitz, Hungariſchbrod. Mähriſchbruſs & majoris Orzechan, Eques aurei Velleris, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Status intimus, Camerarius & Sacri Imperii Pre-Cancellarius: Dominus Henricus Joannes. S. R. I. Comes à Stratman & Peürbach, Dominus in Orth, Schmiding, Spatenbrun & Carlsberg, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Imperialis Aulicus & Camerarius: & Dominus Joannes Fridericus liber & Nobilis Baro à Seillern &c. Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Imperialis Aulicus & in Imperii Comitiis Concommiſſarius Plenipotentiarius: nomine verò Sacræ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, Dominus Nicolaus Auguſtus de Harlay Eques, Dominus de Bonneüil, Comes de Cely, Regiæ ſuæ Majeſtatis Conſiliarius in Conſilio Status ordinarius: Dominus Ludovicus Verjus Eques, Conſiliarius Regis ordinarius in Conſilio Status, Comes de Crecy, Marchio de Freon, Baro de Couvay, Dominus in Boullay, duarum Eccleſiarum in Fortille, & in aliis locis: & Dominus Franciſcus de Callieres, Eques, Dominus de Callieres, Rupiſbella & Gigny, interventu & operâ Illuſtriſſimorum & Excellentiſſimorum Dominorum, Domini Caroli Bonde, Comitis in Biörnöö, Domini in Heſſeby, Tyreſio, Toſtaholm, Gräfſteen, Cuſtafsberg & Rezitza, Sacræ Regiæ Majeſtatis Sueciæ Senatoris & ſupremi Dicaſterii Dorpatenſis in Livonia Præſidis, & Domini Nicolai liberi Baronis de Lilleroot, Sacræ Regiæ Majeſtatis Sueciæ Secretarii Status, atque ad Celſos & Præpotentes Dominos Ordines Generales fœderati Belgii Legati exrtaordinarii, amborum ad pacem univerſalem reſtabiliendam Legatorum extraordinariorum & Plenipotentiariorum, qui munere Mediatorio integrè, ſedulo & prudenter perfuncti ſunt, præſentibus, ſuffragantibus & conſentientibus Sacri Romani Imperii, Electorum Principum & Statuum Deputatorum Plenipotentiariis, poſt invocatam æterni Numinis opem & commutatas ritè Mandatorum formulas, ad Divini nominis gloriam & Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, inmutuas pacis & concordiæ leges convenerunt tenore ſequenti.

I.

Pax ſit Chriſtiana, Univerſalis & perpetua, veraque amicitia inter Sacram Cæſaream Majeſtatem ejusque Succeſſores, totum Sacrum Romanum imperium Regnaque & ditiones hæreditarias, Clientes & ſubditos ab una: & Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam, ejusque Succeſſores, Clientes & ſubditos ab altera parte: eaque ità ſincerè ſervetur & colatur, ut neutra pars in alterius perniciem vel detrimentum ſub quolibet colore quicquam moliatur, aut molientibus, ſeu quodvis damnum inferre volentibus ullum auxilium quotunque nomine veniat, præſtare, alteriusve ſubditos Rebelles, ſeu refractarios recipere protegere, aut juvare quavis ratione poſſit aut debeat, ſed potius utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum ſerio promoveat, non obſtantibus, ſed annullatis omnibus in contrarium facientibus promiſſionibus, tractatibus & fœderibus quomodocunque factis aut faciendis.

II.

Sit perpetua utrinque Amneſtia & oblivio omnium eorum, quæ quocunque loco, modove, ultro citroque hoſtiliter facta ſunt, ità ut nec eorum, nec ullius alterius rei causâ vel prætextu alter alteri quicquam inimicitiæ, aut moleſtiæ, directè vel indirectè, ſpecie juris aut viâ facti uſpiam inferat, aut inferri patiatur, ſed omnes & ſingulæ hinc inde verbis, ſcriptis, aut factis illata injuria & violentia absque omni perſonarum rerumve reſpectu ità penitus abolita ſint, ut quicquid eo nomine alter adverſus alterum prætendere poſſit, perpetuâ ſit oblivione ſepultum. Gaudeant etiam hac amneſtiâ ejusque beneficio & effectu omnes & ſinguli utriusque partis Vaſalli ac ſubditi ita ut nemini eorum noxæ aut præjudicio ſit, has vel illas partes ſecutum eſſe, quo minùs priſtino, in quo ante bellum immediatè fuit, ſtatui, quoad honores & bona, plenè reſtituatur, ſervatis tamen iis, quæ ratione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, mobilium & fructuum articulis ſequentibus ſpeciatim definita ſunt.

III. *Pa-*

Digitized by Google

III.

Pacis hujus baſis & fundamentum ſit pax Weſtphalica & Neomagenſis, eaque ſtatim à commutatis Ratificationum formulis in Sacris & profanis plenè executioni mandentur, & poſthac ſarta tecta conſerventur, niſi quatenus nunc aliter expreſsè conventum fuerit.

IV.

Reſtituentur inprimis Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Imperio, ejusque ſtatibus & membris, à S. R. Majeſtate Chriſtianiſsima quævis tam durante bello & viâ facti, quàm unionum ſeu reunionum nomine occupata loca & jura, quæ extra Alſatiam ſita, aut indice reunionum à legatione Gallica exhibito expreſſa ſunt, caſſatis, quæ ea de cauſa à Cameris Metenſi, & Veſontinâ, ut & Conſilio Briſacenſi, edita ſunt, decretis, arreſtis & declarationibus, omniaque in eum ſtatum reponentur, quo ante illas occupationes, uniones, ſeu reuniones fuerunt, nullo deinceps tempore amplius turbanda ſeu inquietanda Religione tamen Catholicâ Romanâ in locis ſic reſtitutis, in ſtatu quo nunc eſt, remanente.

V.

Et quamvis ex generalibus hiſce regulis facilè dijudicari queat, qui & quatenus reſtituendi ſint, nihilominus ad aliquorum inſtantiam accedentibus peculiaribus rationibus, de quibusdam cauſis ſpecialem menſionem fieri placuit, ità tamen, ut expreſsè non nominati pro omiſſis non habeantur, ſed pari omnino cum nominatis loco ſint, & eodem jure fruantur.

VI.

Nominatim reſtituendus Dominus Elector Trevirenſis & Epiſcopus Spirenſis in Urbem Trevirenſem, in ſtatu, quo nunc eſt, absque ulteriore demolitione, ullave ædificiorum publicorum aut privatorum deterioratione, cum tormentis bellicis, quæ ibidem tempore poſtremæ occupationis reperta fuerunt. Omnia quoque de occupationibus, unionibus & reunionibus jam præcedenti articulo quarto ſtatuta, in commodum Eccleſiarum Trevirenſis & Spirenſis ſpeciatim repetita cenſeri debent.

VII.

Fruetur etiam omnibus emolumentis pacis hujus, ejusque aſſertione pleniſſimè comprehendetur Dominus Elector Brandeburgicus, cum omnibus ditionibus, poſſesſionibus, ſubditis & juribus, nominatim iis, quæ ipſi ex tractatu 29. menſis Junii anni 1679. inito competunt, ac ſi ſingula ſpeciatim relata eſſent.

VIII.

Reſtituentur à Rege Chriſtianiſsimo Domino Electori Palatino occupatæ omnes ditiones, ſive ad illam ſolùm pertineant, ſive cum aliis communes ſint, quocunque nomine veniant, ſpeciatim verò Civitas & Præfectum Germersheimenſis, illâque comprehenſa præpoſituræ & ſubpræfecturæ, cum omnibus arcibus, Urbibus, oppidis, pagis, Villis, fundis, feudis & juribus, prout per pacem Weſtphalicam reſtitutæ fuerunt, omnibus etiam documentis literariis ex Archivo, Cancellaria, Curia feudali, Camerâ rationum, Præfecturis, aliisque officiis Palatinis ablatis, nullo loco, re, jure, aut documento exceptis. De juribus verò ſeu prætenſionibus Dominæ Duciſſæ Aurelianenſis convenit, ut præviâ reſtitutione ſupradictâ res ſecundùm formulam compromiſsi à Sacra Cæſarea Majeſtate & Sacra Regia Majeſtate Chriſtianiſsima tanquam Arbitris juxta leges & conſtitutiones Imperii decidatur: illis vero in ſententiâ diſcordibus, Papa tanquam ſuper-arbitro decidenda deferatur. Non minùs tamen intereà amicabilis compoſitio inter partes tentetur, & donec res finem accipiat, annua ſumma ducentarum millium librarum Turonenſium ſeu centenorum millium florenorum Rhenenſium à Domino Electore Dominæ Duciſſæ Aurelianenſi eâ ratione & conditione ſolvatur, prout peculiari articulo, ejusdem cum pace hac vigoris, expresſum eſt, utriusque partis tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, uti & Imperii jure undiquaque integro.

IX.

Reſtituatur Sereniſsimo Sueciæ Regi, ut Comiti Palatino Rheni, Comiti Sponheimii & Veldentiæ, avitus Ducatus Bipontinus liber & integer cum appertinentiis & dependentiis, iisque juribus, quibus Sacra Regiæ Majeſtatis prædeceſſores

Comites Palatini & Duces Bipontini gaviſi ſunt, aut gaudere potuerunt, ad normam pacis Weſtphalicæ: ità ut omnia ſub quocunque titulo à Corona Galliæ hactenus ex toto, vel parte iſtius Ducatûs prætenſa, occupata & reunita pleno jure ad Sacram Regiam Majeſtatem Sueciæ ejusque hæredes Comites Palatinos Rheni redeant. Reddantur quoque documenta literaria, ad dictum Ducatum ſpectantia, unà cum tormentis bellicis, quæ tempore occupationis ibidem exſtiterunt, cunctaque alia, de quibus in favorem reſtituendorum, præcedentibus articulis conventum eſt.

X.

Quantum ad Principatum Veldentiæ & quæ ſub nomine dicti Principatus aut Lautereccenſis defunctus Princeps Leopoldus Ludovicus Comes Palatinus Rheni poſſederat, reſtituentur juxta §. quartum & indicem à Legatione Gallica exhibitum, ſalvis cujuscunque prætendentium tam in poſſeſſorio quam petitorio juribus.

XI.

Magno Ordinis Teutonici Magiſtro & Epiſcopo Wormatienſi, Domino Principi Franciſco Ludovico Palatino reddentur plenè ablata à Gallia inclito Ordini antiquitus ditata ſeu poſſeſſa Commenda, loca, reditus, & jura, fruturque dictus Ordo ratione Commendarum & bonorum ſub Dominio Gallico ſitorum tam circa collationem, quàm adminiſtrationem iisdem uſibus, privilegiis & immunitatibus, quibus antehac juxta ſtatuta & regulas ſuas gaviſus eſt, & Ordo Sancti Joannis Hieroſolymitani gaudere conſuevit. Locum etiam habebunt ratione Epiſcopatûs Wormatienſis reliquarumque Domini Principis Eccleſiarum, quæcunque pace hac de reſtitutione locorum, contributionibus, aliáſve conventa ſunt.

XII.

Reddetur Domino Electori Colonienſi tanquam Epiſcopo & Principi Leodenſi Caſtrum & oppidum Dinantenſe in ſtatu, quo tempore occupationis fuit, cum omnibus juribus & dependentiis, tormentis quoque bellicis & documentis ibi tum repertis. Omnia porro de occupationibus, unionibus & reunionibus ſupra articulo quarto ſtatuta in commodum Eccleſiarum Colonienſis & Leodienſis ſpeciatim repetita haberi debent.

XIII.

Reſtituatur Domus Würtenbergica & nominatim Dominus Dux Georgius pro ſe & ſucceſſoribus ratione Principatûs ſeu Comitatûs Mompelgardenſis in eum ſtatum, jura, prærogativas, ac in ſpecie in eam immedietatem erga Sacrum Romanum Imperium, quâ anteà gaviſus eſt, & quâ cæteri Imperii Principes gaudent, vel gaudere debent, annullatâ penitus Vaſallagii recognitione, Coronæ Galliæ anno 1681. factâ. Fruanturque deinceps dicti Principes liberè omnibus eodem pertinentibus reditibus, tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis, quibus ante pacem Neomagenſem fruebantur non minùs ac feudis, quæ tempore detentionis Gallicæ vel aliàs iis aperta, nec ab ipſiſmet aliis conceſſa ſunt, excepto Pago Baldenhaim cum appertinentiis, quem Rex Chriſtianiſſimus Commendatori de Chamlay Regiorum Caſtrorum Metatori Generali contulit, quodque ratum manere debet, ità tamen, ut Domino Duci Würtenbèrgico, velut Domino directo, ejusque ſucceſſoribus homagium præſtare, ab eoque feudi hujus renovationem petere teneatur. Reſtituantur quoque in plenariam & liberam poſſeſſionem, tam feudorum ſuorum Burgundicorum, Clereval & Paſſavant, quàm Dynaſtiarum Granges, Hericourt, Blamont, Chatelot & Clemont, cæterarumque in Comitatu Burgundiæ & Principatu Mompelgardenſi ſitarum cum omnibus juribus & reditibus eo planè modo, prout ante pacem Neomagenſem poſſederant, abolitis penitus iis, quæ quocunque titulo, tempore ac modo in contrarium facta vel prætenſa fuerunt.

XIV.

Gaudeat etiam Domus Marchica Badenſis omni jure & beneficio pacis hujus, adeoque etiam Weſtphalicæ & Neomagenſis, inprimis verò articulorum 4. & 51. hujus tractatûs.

XV.

Reſtituantur eodem modo Principes & Comites Naſſovienſes, Hanovienſes, & Leiningenſes omnesque cæteri Sacri Romani Imperii Status, qui per articulum quartum hujus tractatûs aliosve reſtituendi veniunt, in omnes & ſingulas ſuas ditio-

Digitized by Google

ditiones, eoque pertinentes proventus & reditus, aliaque omnia jura & beneficia, quocunque nomine inſignita ſint.

XVI.

Cùm verò pacis meliùs ſtabiliendæ ergò, placuerit loca quædam hinc inde permutari, Sacra Cæſarea Majeſtas & Imperium cedunt Sacræ Regiæ Majeſtati Chriſtianiſſimæ ejusque in regno ſucceſſoribus Urbem Argentinenſem & quidquid ad illam civitatem, in ſiniſtra Rheni parte pertinet, cum omni jure, proprietate & ſupremo Dominio, quod ſibi & Romano Imperio hactenus in ea competiit, aut competere poterat, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum ejusque ſucceſſores transferùnt, ità ut dicta Urbs cum omnibus ſuis appertinentiis & dependentiis in ſiniſtra parte Rheni ſitis, absque ulla reſervatione cum omnimodâ jurisdictione & ſuperioritate, ſupremoque Dominio à modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum ejusque ſucceſſores pertineat & Coronæ Galliæ incorporata intelligatur, absque Cæſaris, Imperii vel cujuscunque alterius contradictione. Ad cujus ceſſionis alienationisve majorem validitatem, Imperator & Imperium vigore præſentis transactionis expreſsè derogant omnibus & ſingulis prædeceſſorum Imperatorum Sacrique Romani Imperii Decretis, conſtitutionibus, ſtatutis & conſuetudinibus etiam juramento firmatis aut inpoſterum firmandis, nominatimque capitulationi Cæſareæ, quatenus alienatio omnimoda bonorum & jurium Imperii probibetur quibus omnibus expreſsè renuntiant, dictamque Urbem unà cum Magiſtratibus, Officialibus, Civibus & Subditis omnibus, à vinculis & ſacramentis, quibus huc usque Imperatoribus & Imperio obſtricta fuerat, exſolvunt, eamque ad ſubjectionem, obedientiam & fidelitatem Regi Chriſtianiſſimo ejusque ſucceſſoribus præſtandam remittunt, atque ita Regem Chriſtianiſſimum in plena juſtaque proprietate poſſesſione & ſuperioritate conſtituunt, omnibusque in ea juribus ac prætenſionibus ex nunc in perpetuum renunciant; inque hunc finem dictam Urbem Argentinenſem ab Imperii Matricula expungi placet.

XVII.

Liberum tamen maneat omnibus & ſingulis ejus urbis & appertinentiarum incolis, cujuscunque conditionis ſint, qui emigrare voluerint, inde domicilium alio, quocunque libuerit, unà cum mobilibus bonis, ſinè ullo impedimento, detractione aut exactione, intra annum à ratihabitâ Pace, poſt quinquennium verò præſtitis præſtandis ſecundùm conditiones in ejusmodi caſibus illic olim uſitatas transferre, immobilia verò aut vendere, aut retinere, & per ſe, vel per alios adminiſtrare. Eadem quoque facultas retinendi & per ſe, vel alios adminiſtrandi aut alienandi omnibus aliis Imperii membris aut ſubditis mediatis vel immediatis maneat, qui bona, reditus, debitas actiones, vel jura in dicta urbe, ejusque appertinentiis habent, ſive ſemper retinuerint, ſive durante bello, aut ante illud confiſcata ſeu adempta aliisque conceſſa fuerint, per conventionem hanc reſtituenda, quocunque nomine veniant, aut ubicunque degant. Salva etiam ſit jurisdictio Eccleſiaſtica iis, ad quos antiquitùs ſpectavit, nec eam, ejusve exercitium impedire unquàm liceat.

XVIII.

Viciſſim Sacra Regia Majeſtas Chriſtianisſima reſtituet cum omnibus juribus & dependentiis intrà 30. dies à commutatis Ratificationum formulis Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Imperio munimentum Kehl à ſe exſtructum in dextra Rheni parte ſitum integrum. Munimentum verò de la Pile cæteraque in ipſo Rheno ſeu Rheni inſulis exſtructa intra menſem ſequentem aut citiùs, ſi fieri poterit, ſumptibus Regis Chriſtianisſimi ſolo planè æquabuntur, à neutra parte poſthac readificanda. Fluminis autem navigatio, aliusve uſus utriusque partis ſubditis, aut qui aliàs illâc commeare, navigare aut merces transvehere volent, æquè patebit: nec quicquam ab alterutra parte illic aut alibi unquam fiet, quo flumen divertatur, aut ejus curſus ſeu navigatio aliusve uſus difficilior quavis ratione reddatur, multo minùs nova telonia portoria aut pedagia exigentur, aut vetera augebuntur, navesve, quæ transeunt, ad unam magis quàm alteram ripam appellere, aut onera ſeu merces exponere, vel recipere cogentur, ſed id libero cujusque arbitrio relinqui ſemper debebit.

XIX.

Cedit quoque Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ Urbem & Arcem Friburgenſem, nec non fortalitium S. Petri, fortalitium item Stellæ nuncupatum, & quæcunque alia munimenta ibidem aut alibi per Sylvam Hercyniam vel reliquum Briſgoviæ diſtrictum noviter erecta, aut reſtaurata, in ſtatu, quo nunc ſunt, abſque ulla demolitione aut deterioratione cum Villis Leben, Metzhauſen, & Kirchzarth, cumque omni jure, prout ſuæ Regiæ Majeſtati per Pacem Neomagenſem ceſſa aut ab illa poſſeſſa & exercitia fuerunt, uti & archivo, omnibusque ſcripturis ſeu documentis literariis tempore occupationis illic repertis, ſive ibi adhuc exſtent, ſive aliorſum tranſlata ſint, jure diœceſano aliisque juribus & reditibus Epiſcopatus Conſtantienſis ſemper ſalvis.

XX.

Transfert ſimiliter in Sacram Cæſaream Majeſtatem & Domum Auſtriacam Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima Briſacum integrum in moderno ſtatu, cum Granariis, armamentariis, munimentis, Vallis, muris, Turribus, aliisque ædificiis publicis ac privatis, atque omnibus dependentiis in dextra parte Rheni ſitis: iis, quæ in ſiniſtra Rheni parte ſunt, interque ea fortalitio le Mortier dicto, Regi Chriſtianiſſimo relictis. Urbs tamen, quæ nova dicitur, in eadem ſiniſtra Rheni parte ſita, uti & pons, ac munimentum inſulæ Rheni inædificatum omnino deſtruetur & ſolo æquabitur à neutra parte ullo tempore reædificanda. Cæterùm eadem libertas Briſaco migrandi hic repetita cenſebitur, quâ ratione urbis Argentinæ conventa eſt.

XXI.

Præfata loca, Urbes, Caſtra & Fortalitia cum omni diſtrictu, appertinentiis & dependentiis Sacræ Cæſareæ Majeſtati à Sacra Regia Majeſtate Chriſtianiſſima retroceſſa reſtituantur & tradantur abſque omni reſervatione, exceptione aut retentione bonâ fide & ſine ulla dilatione, impedimento vel prætextu iis, qui poſt ratihabitas pacis tabulas à Sacra Cæſarea Majeſtate ad id conſtituti & ſpecialiter deputati fuerint, eàque de re locorum evacuandorum Præfectis, Gubernatoribus aut Officialibus Gallicis fidem fecerint, ità ut dictæ Urbes, Arces, Fortalitia & loca cum omnibus prærogativis, utilitatibus, proventibus & emolumentis ac quibuscunque ibidem comprehenſis, in jus, poſſeſſionem actualem & omnimodam poteſtatem ac ſuperioritatem Sacr. Cæſ. Maj. & Domûs Auſtriacæ redeant, & apud eandem perpetuis temporibus permaneant, quemadmodum, antehac ad eam ſpectârunt, & à Sacra Regia Majeſtate Chriſtianiſſima hactenus poſſeſſa fuêre, nihilque omnino juris aut prætenſionis in loca præfata & eorum diſtrictus Coronæ Galliæ remanſiſſe, aut reſervatum fuiſſe, intelligatur. Nec quicquam porro exigatur pro ſumptibus & expenſis in Muuimenta aut alia ædificia publica vel privata inſumptis, nec aliâ quacunque de cauſa redardetur reſtitutio plenaria intra triginta dies à pace ratihabita executioni demandanda, adeo ut præſidia Gallica inde protinus abducantur, abſque omni moleſtia, damno vel gravamine, civibus, & incolis, aut aliis quibuscunque ſubditis Auſtriacis titulo debitorum aut prætenſionum quarumlibet inferendo. Neque fas ſit militiæ Gallicæ in locis evacuandis, aut aliis quibusvis ad Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam non ſpectantibus diutiùs commorari, hyberna, vel ſtationes figere ſed in proprias Coronæ Galliæ ditiones illico commigrare teneantur.

XXII.

Eâdem ratione redditur Sacræ Cæſareæ Majeſtati, Sacroque Romano Imperio Philippiburgum illæſum cum munimentis ei in dextra parte Rheni junctis, omnibusque tormentis bellicis, quæ tempore ultimæ occupationis ibidem exſtiterunt, Epiſcopatûs Spirenſis jure undiquàque reſervato, atque eo nomine articulus quartus Inſtrumenti Pacis Neomagenſis expreſsè repetitus habebitur. Munimentum verò, quod in ſiniſtra ripa ædificatum eſt unà cum ponte à Rege Chriſtianiſſimo poſt occupationem facto, deſtruetur.

XXIII.

Curabit Rex Chriſtianiſſimus ſuis impenſis ſolo æquari munimenta è regione Huningæ in dextra

Digitized by Google

tra ripa & in Inſula Rheni exſtructa, fundo cum ædificiis Domui Badenſi reddendo: Pons quoque illic Rheno ſuperſtructus deſtruetur.

XXIV.

Deſtruendum ſimiliter Munimentum, quod in dextra parte Rheni ædificatum eſt, è regione fortalitii, Fort-Loüis nuncupati, ipſo fortalitio & Inſula penes Regem Chriſtianiſſimum remanentibus, ſolum verò Munimenti deſtructi Domino Marchioni Badenſi cum ædificiis reſtituendum. Deſtruetur etiam ea pontis pars, quæ illuc ab Inſula pertingit, à neutra parte deinceps reparanda.

XXV.

Demolenda præterea à Rege Chriſtianiſſimo Munimenta poſt pacem Neomagenſem Caſtro Trarbacenſi addita, nec non Fortalitium Montroyal ad Moſellam, à nullo poſthac reædificanda, relictâ tamen in priſtino ſtatu arce Trarbacenſi & unà cum Urbe & appertinentiis prioribus poſſeſſoribus plenariè reſtituendâ.

XXVI.

Eadem quoque demoliendi ratio obtineat in Munimentis arci Kirburgenſi à Rege Chriſtianiſſimo additis: poſt quæ deſtructa, arx hæc cum integrâ relicta Urbe Kirn non minùs ac reliqua ad Principem Salmenſem ejuſque Agnatos, Rheingravios & Wildgravios ſpectantia bona, nominatim etiam Principatu Salmenſis, cæteraque illis, redduntur, eodem omnino modo & jure poſſidenda, quo ea ante deſtitutionem poſſederunt, & pace hac conventum eſt.

XXVII.

Idem etiam de deſtruendis novis Munimentis arci Eberenburgenſi à Rege Chriſtianiſſimo adjectis, eâque Baronibus de Sickingen cum reliquis ad illos ſpectantibus bonis ab utraque parte reddendis cautum eſto.

XXVIII.

Cùm Dominus Dux Lotharingiæ hoc in bello cum Sacrâ Cæſarea Majeſtate conjunctus ſit & præſenti tractatu comprehendi voluerit, reſtituetur pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis in liberam & plinariam poſſeſſionem eorum Statuum, locorum & bonorum, quæ Patruus ejus Dux Carolus anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo (cùm à Chriſtianiſſimi Regis armis occupata fuerunt) poſſidebat, exceptis tamen mutationibus, articulis ſequentibus explanandis.

XXIX.

Reſtituet inprimis Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima Domino Duci Urbem veterem & novam Nancei, cum omnibus appertinentiis, cumque tormentis bellicis, quæ in Urbe veteri tempore occupationis reperta fuerunt, eâ tamen conditione, ut integris relictis omnibus Vallis & Propugnaculis Urbis veteris, uti & portis Urbis novæ, hujus Valla & Propugnacula non minùs ac omnia utriuſque Munimenta exteriora, impenſis Sacræ Regiæ Majeſtatis ſolo planè æquentur, nullo deinceps tempore reparanda, niſi quòd Dominus Dux ejuſve ſucceſſores Urbem novam ſimplici & æquali muro abſque angulis claudere poſſint, quandocunque libuerit.

XXX.

Evacuabit quoque S. R. M. Chriſtianiſſima caſtrum Bitſch cum omnibus appertinentiis, uti & caſtrum Homburg, deſtructis priùs Munimentis ampliùs non reparandis, ità tamen, ut ipſis caſtri & quæ illis juncta ſunt, oppidis nullum damnum inferatur, ſed ea omnino illæſa conſerventur.

XXXI.

Suffragabuntur porrò Domino Duci omnia de unionibus ſeu reunionibus articulo quarto ſtatuta, ac ſi hìc verbotenus repetita eſſent, ubicunque aut quomodocunque facta ſeu decreta fuerint.

XXXII.

Reſervat ſibi verò S. R. M. Chriſtianiſſima Fortalitium Saarloüis cum dimidiâ leucâ in circuitu à Commiſſariis Regiis & Lotharingicis deſignandâ, cumque omni ſuperioritatis & ſupremi Dominii jure perpetuo poſſidendum.

XXXIII.

Urbs quoque & Præfectura Longowicenſis una cum ſuis pertinentiis & dependentiis cum omni ſuperioritate, ſupremo Dominio & proprietate maneat in perpetuum penes Dominum Regem Chriſtianiſſimum ejuſque hæredes & ſucceſſores; nihilque juris impoſterum in iis prætendere

dere

Digitized by Google

dere poſſit Dominus Dux ejusque hæredes & ſucceſſores: ſed in prædictæ urbis & præfecturæ permutationem Sacra Regia Majeſtas Chriſtianisſima, aliam Domino Duci cedet, in uno ex tribus Epiſcopatibus ejusdem amplitudinis & valoris præfecturam, de quâ bonâ fide inter eosdem Commiſſarios conveniet: eâque ſic ceſſâ, & in Dominum Ducem à Rege Chriſtianiſſimo translatâ, tam ipſe Dux, quàm ipſius hæredes & ſucceſſores fruentur in perpetuùm cum omnimodis ſuperioritatis, ſupremi Domini & proprietatis juribus.

XXXIV.

Pateat ſemper Regio militi ad loca limitanea pergenti aut inde redeunti ſine obſtaculo aut impedimento tranſitus innoxius per ditionem Domini Ducis, præviâ tamen ſemper notificatione tempeſtivâ, & ut tranſiens miles non evagetur, nec diverticula quærat, ſed viâ ordinariâ & breviſſimâ utatur & iter absque morâ debitè acceleret, nullam vim nullumque damnum locis vel ſubditis Ducis inferat, annonamque ac alia neceſſaria à Commiſſariis Lotharingicis ſubminiſtranda paratâ pecuniâ ſolvat, abolitis viciſſim & in poteſtatem Domini Ducis ſine exceptione plenè redeuntibus viis & locis quæ Sacra Regia Majeſtati Chriſtianisſimæ per pacem Neomagenſem reſervata fuerunt.

XXXV.

Beneficia Eccleſiaſtica usque ad diem præſentis tractatûs à Rege Chriſtianisſimo collata, penes modernos poſſeſſores, qui ea à S.M.R. conſecuti ſunt, quieta relinquantur.

XXXVI.

Sancitum præterea fuit, ut omnes Proceſſus, Sententiæ atque Decreta lata per Conſilium, Judices aut alios Regiæ Majeſtatis Chriſtianisſimæ Officiales in controverſiis & actionibus ad finem perductis, tam inter ſubditos Ducatûs Lotharingiæ & Barri quam alios, tempore, quo Rex Chriſtianisſimus hosce Status poſſedit, locum habeant, atque plenum integrumque ſuum ſortiantur effectum, non ſecus ac ſi S.R. Majeſtas eorum poſſeſſor manſiſſet, neque dictas Sententias & Decreta in dubium vocare, annullare, aut executionem illorum retardare aut impedire integrum erit. Partibus quidem licitum erit, juxta ordinem & diſpoſitionem Legum atque Conſtitutionum confugere ad Reviſionem Actorum, interim tamen Sententiæ ſuo in robore & vigore maneant.

XXXVII.

Reſtituentur mox à ratihabitâ pace Domino Duci, archiva & Documenta literaria, quæ in Gazophylacio Nanceano & Barrenſi, atque in utrâque Camera Computorum ſive alibi locorum habeantur & ablata fuerunt.

XXXVIII.

Poterit ſtatim à ratihabitâ pace Dominus Dux in Ducatus Lotharingiæ & Barri Commiſſarios mittere, qui rebus illius attendant, juſtitiam adminiſtrent, Teloniorum Salinarum, aliorumque jurium curam gerant, curſum publicum diſponant, cæteraque agant, quæ ad Regimen à Domino Duce eodem tempore plenè ſuſcipiendum pertinere queant.

XXXIX.

Reſtituet pariter Sac. Cæſ. Majeſtati & Imperio Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima munimentum Kehl à ſe exſtructum in dextra Rheni parte ad pontem Argentinenſem ſitum, integrum cum omnibus Juribus & dependentiis, Munimentum verò de la Pile, cæteraque in ipſo Rheno ſeu Rheni Inſulis propè Argentinam jacentibus exſtructa ſumptibus Regis Chriſtianiſſimi ſolo planè æquabuntur, à neutra Parte poſthac reædificanda; quæ conventæ Reſtitutiones locorum & munimentorum ſupradictorum poſt Ratificationem hujus tractatus termino Articulis ſequentibus expreſſo executioni dabuntur.

Fluminis autem navigatio, aliusve uſus utriusque Partis ſubditis, aut qui aliàs illac commeare, navigare aut merces transvehere volent, æquè patebit, nec quicquam ab Alterutra Parte illic aut alibi unquam fiet, quo flumen divertatur, aut ejus curſus ſeu navigatio, aliusve uſus difficilior quavis ratione reddatur, multò minus nova telonia, portoria aut pedagia exigentur, aut vetera augebuntur, navesque quæ tranſeunt ad unam magis quàm alteram ripam appellere vel recipere cogentur, ſed id libero cujusque arbitrio relinqui ſemper debebit.

Articulus VII.

Nominata loca urbes, caſtra & fortalitia, Briſacum, Friburgum & Kehl reddentur Sac. Cæſ. Majeſtati & Imperio cum omni diſtrictu, Jurisdictione, appertinentiis & dependentiis, cum omnibus item, tempore poſtremæ occupationis, ibi repertis tormentis, apparatu & ammunitionibus bellicis, quæ ex Inventariis exhibendis apparebunt, absque omni reſervatione, exceptione aut retentione, bonâ fide, & ſine dilatione, impedimento vel prætextu iis, qui poſt commutatas Ratihabitionum tabulas à Sacra Cæſarea Majeſtate ſola, vel pro differentia locorum à Cæſarea Majeſtate & Imperio ad id conſtituti & ſpecialiter deputati fuerint, eaque de re locorum evacuandorum Præfectis, Gubernatoribus, aut Officialibus Gallicis fidem fecerint, ita ut dictæ urbes, arces, fortalitia & loca cum omnibus prærogativis, utilitatibus, proventibus & emolumentis, ac quibuscunque ibidem comprehenſis in Jus, poſſeſſionem actualem & omnimodam poteſtatem ac ſuperioritatem Sac. Cæſ. Majeſtatis, Imperii & Domus Auſtriacæ redeant, quemadmodum antehac ad Ipſos ſpectârunt & à Regia Majeſtate Chriſtianiſſima hactenus poſſeſſa fuêre, nihilque omninò Juris aut prætenſionis in loca præfata aut eorum diſtrictus Sac. Reg. Majeſtati Chriſtianiſſimæ Coronæque Galliæ remanſiſſe, aut reſervatum fuiſſe intelligatur;

Nec quicquam porrò exigatur pro ſumptibus & impenſis in munimenta, aut alia ædificia publica vel privata inſumptis, nec alia quacunque de cauſa retardetur reſtitutio plenaria inter triginta dies à commutatis pacis Ratihabitionibus executioni demandanda, adeò ut præſidia Gallica indè protinus abducantur absque omni moleſtia, damno vel gravamine civibus & incolis aut aliis quibuscunque Sac. Cæſ. Majeſtatis & Imperii ſubditis ex cauſa debitorum aut quarumlibet prætenſionum inferendo.

Neque fas ſit militiæ Gallicæ in locis evacuandis aut aliis quibusvis ad Sacram Regiam

VI. Termino articulis ſequentibus expreſſo] *nehmlich* Articulo X. *und* XI. *unten.*

giam Majeſtatem Chriſtianiſſimam non ſpectantibus ultra terminos infra præſcriptos commorari, hyberna vel ſtationes figere, ſed in proprias Coronæ Gallicæ Ditiones illicò abire teneantur.

Articulus VIII.

Curabit Rex Chriſtianiſſimus ſuis impenſis ſolo æquari munimenta è regione Huningæ in dextra ripa & Inſula Rheni extructa; ſimiliter & qui illic eſt, pontem Rheni, fundo cum ædificiis Domui Badenſi reddendo.

Deſtruentur eadem ratione munimenta cùm Sellingenſe tùm alia in Inſulis inter illud & fortalitium Ludovicianum ſitis facta, uti & pontis pars, quæ ducit à Sellingenſi ad Ludovicianum, & quod è regione Ludoviciani in dextra Rheni ripa conſtructum eſt, à Neutra Parte deinceps reparanda; fundo pariter cum ædificiis Domui Badenſi reſtituendo. Fortalitium Ludovicianum verò & Inſula penes Regem Chriſtianiſſimum permanebit.

Generaliter Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima ſuis expenſis deſtrui faciet omnia cujuſcunque generis fortalitia, munimenta, foſſas, propugnacula, valla & pontes, ſive eô fine in Tractatu Ryſwicenſi expreſſa, ſive poſt illum à Regia Sua. Majeſt. Chriſtianiſſima ad ripam Rheni, vel in ipſo Rheno, aut alibi in Imperio, ſeu terris ac ditionibus ad Imperium quomodolibet ſpectantibus exſtructa, quæ reparari non poterunt.

Articulus IX.

Evacuabit quoque Sacra Regia Maj. Chriſtianiſſima caſtrum Bitſch cum omnibus pertinentiis, uti & caſtrum Homburg, deſtructis prius munimentis ampliùs non reparandis, ita tamen ut ipſis caſtris, & quæ illis juncta ſint, oppidis nullum damnum inferatur, ſed omnia illæſa conſerventur.

Articulus X.

Triginta dierum ſpatiô poſt commutatas hujus tractatus Ratificationum tabulas tàm civitates & loca munita, quàm univerſim omnia alia loca, quæ ſecundùm hunc & Raſtadienſem adeoque Ryswicenſem tractatum, cujus omnes & ſinguli Articuli pro inſertis in hoc tractatu habentur, & perinde effectui dabuntur, ac ſi eorum tenor de verbo ad verbum repetitus fuiſſet, reddi debent, extradentur iis, qui ad hunc effectum à Sacra Cæſ. Maj. & Imperio, aut Principibus particularibus, aliiſve, qui ea ſecundùm dictam pacem Ryſwicenſem poſſidere debent, plenâ poteſtate muniti erunt, abſque demolitione munimentorum & fortificationum, aut deſtructione ædificiorum publicorum & particularium, & abſque deteriorratione ſtatus, in quo nunc ſunt, nec quicquam pro impenſis in ea, aut eorum occaſione factis, petetur.

Eodem pariter tempore reddentur omnia Archiva & literarum Documenta, quæ vel ad Sacram Cæſaream Majeſtatem, vel ad Imperii Principes & Status, aut Civitates & loca, quæ Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima reſtituere promittit, pertinent.

Articulus XI.

Cum Sac. Reg. Majeſtatis Chriſtianiſſimæ mens ſit atque intentio adimplere tractatum hunc quantocius id fieri poterit, ſua Regia Majeſtas promittit, munimenta & loca à ſe demolienda majoris momenti ad ſummum ſpatiô duorum menſium, minoris verò momenti ſpatiô unius menſis, utroque poſt commutatas ratificationum tabulas computando Regiæ ſuæ Majeſtatis impenſis eo quô condictum eſt, modô deſtructum ſoloque æquatum iri.

Articulus XII.

Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima promittit non minùs Sacræ Cæſar. Majeſtati & Imperio, ſeſe reſtituturam omnibus Imperii Membris, Clientibus & Vaſallis, Eccleſiaſticis

cis & ſecularibus, nominatim Domino Electori Trevirenſi, Domino Electori Palatlno, Domino Ordinis Teutonici magno Magiſtro & Epiſcopo Wormatienſi atque Inclyto Ordini, Domino Epiſcopo Spirenſi, Domui Wirtembergicæ, & ſigillatim Domino Duci Mompelgardenſi, utrique Domui Badenſi & generaliter omnibus Pace Ryswicenſi comprehenſis, licet hic ſpeciatim expreſſi non fuerint, quæcunque territoria, civitates loca & bona, quæ proximè præteritô bellô aut ejus occaſione ſive armis, ſive confiſcatione, aut aliô quocunque modô Paci Ryswicenſi contrariô occupaverit, quamvis hoc tractatu nominata non ſint, uti & plenariè & accuratè executuram omnes conditiones & clauſulas Pacis Ryswicenſis, quibus per præſentem tractatum expreſſè derogatum non eſt, ſi quæ poſt concluſam dictam Pacem Ryswicenſem executione caruerint, vel poſtea mutata fuerint.

Spondet eadem ratione Sacra Majeſtas Chriſtianiſſima, quantocyus bona fide executioni mandaturam omnes & ſingulos Pacis Ryswicenſis Articulos, Dominum Ducem Lotharingiæ, concernentes, quibus hic plenarium robur ſuum confirmatur.

Viciſſim Sacra Cæſarea Majeſtas & Imperium promittunt, omnes conditiones & clauſulas Pacis Ryswicenſis, quæ ad iſtas reſtitutiones ex eadem pace faciendas, nominatim ad Dominum Cardinalem de Rohan, ratione Epiſcopatus Argentoratenſis, ſpectant, impletum iri.

Articulus XIII.

Collatam quoque à Sacra Cæſarea Majeſtate cum Sacri Imperii Romani conſenſu Domui Brunſwico-Hanoveranæ Electoralem Dignitatem Rex Chriſtianiſſimus & per præcedentem tractatum agnovit & impoſterum agnoſcet.

Articulus XIV.

Viciſſim Sacra Cæſarea Majeſtas atque Imperium teſtari cupientes pronum ſuum erga Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam, colendæque cum illa impoſterum amicitiæ concordiæque ſinceræ atque ſemper duraturæ affectum, ut & vigore pacis Ryswicenſis hoc in tractatu reſtauratæ, conſentiunt, ut Landavia Urbs cum ſuis dependentiis, quæ in pagis Nusdorff, Danheim, & Queicheim, eorumque bannis conſiſtunt, prout iis Rex Chriſtianiſſimus ante bellum fruitus fuit, munita penes Sacram Majeſtatem Chriſtianiſſimam maneat.

Articulus. XV.

Domum Bavaricam quod concernit, tranquillitatis publicæ univerſim reſtabiliendæ gratiâ, annuit Sacra Cæſarea Majeſtas & Imperium, ut virtute hujus pacis Dominus JOSEPHUS CLEMENS Archi-Epiſcopus Colonienſis, & Dominus MAXIMILIANUS EMANUEL à Bavaria generaliter & integrè reſtituantur in ômnes Ditiones, gradus honorum, prærogativas, regalia, bona, dignitates Electorales, aliasque, ut & in omnia Jura, quibus ante præteritum bellum

XII. nominatim &c.] *Dieſes* Articuls *Innhalt iſt oben im Raſtädtiſchen Frieden nur überhaupt und unausgeführt enthalten, hier aber, wie eben* reſervi-ret *iſt, behörig* extendirt, *und welchen das abgenommene wieder zu geben ſey, inſonderheit gemeldet werden.*

Electori Trevirenſi] *Siehe deſſelben* Demandes ſpecifiques Merc. Hiſtor. Mois de Mars 1712. pag. 334.

Electori Palatino] *Siehe eben daſelbſt* pag. 335. *Wegen Ober-Pfaltz aber können die geſchehenen* Proteſtationen *nachgeſehen werden. Z. E. in der Staats-Cantzley* XXIV. *Theil* p. 671, ſeqq.

Duci Mompelgardenſi]. *Siehe im* Merc. Hiſtor. *am* citirten *Ort* pag. 337. 338.

XIII. Collatam quoque] *Im Raſtädtiſchen Friedens-*Inſtrumente *ſtehen dieſe beyde* Articuln *der* XIII. *und* XIV. *in anderer Ordnung. Der* XIII *das Hauß Hannover betreffend, iſt dort der* XIV. *und der* XIV, *von Landau dort der* XIII.

fruiti ſunt, vel frui potuerunt, & quæ ad eundem Archi-Epiſcopatum Colonienſem, cæteraſque Eccleſias mox nominandas, aut Domum Bavaricam mediatè vel immediatè pertinuerunt.

Reddentur quoque utriſque bonâ fide Archiva, documenta literaria, omnia ſupellectilia, gallicè, meubles, lapides pretioſi, gemmæ, aliæque cujuscunque generis res, ſicut & tormenta, apparatus & ammunitiones bellicæ in Inventariis fide dignis utrinque producendis enumeratæ; illæ omnes nimirùm, quæ ex Illorum palatiis, arcibus, urbibus, munimentis & quibuscunque aliis locis reſtituendis, poſt Bavariæ occupationem Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Ejusque Inclytæ memoriæ Anteceſſorum mandatò ablatæ fuerunt, exceptis illis machinis bellicis, quæ ad Vicinos ſtatus aut urbes pertinebant, iisque reſtitutæ ſunt; utque pro deficientibus, vel in aliam formam commutatis, aut difficulter conquirendis cæteris rebus ſic ablatis, quæ aliàs reſtituendæ forent, æquum pretium paratâ pecuniâ ſolvatur, aut de iis aliter conveniatur.

Reſtituetur quoque Dominus Archi-Epiſcopus Colonienſis in ſuum Archi-Epiſcopatum Colonienſem, Epiſcopatus Ratisbonenſem, Leodienſem, & in Præpoſituram Berchtolsgadenſem; Capiet etiam ſpeciatim poſſeſſionem Epiſcopatus Hildeſienſis cum omnibus prærogativis, Juribus & bonis ad dictum Epiſcopatum & Eccleſiam ſpectantibus, uti ea ante præteritum bellum Epiſcopi ſui Prædeceſſores & Eccleſia poſſederunt, aut poſſidere debuerunt, ita ut nulla litis aut prætenſionis ratio à quocunque mota aut movenda integram ejus reſtitutionem impedire poſſit, ſalvô tamen manente Jure, quod aliis competere poterit viâ Judiciariâ in competentibus Imperii tribunalibus perſequendum, poſtquam ambo Electores actu reſtituti fuerint; Salvis etiam & illæſis manentibus Capitulorum & Statuum Archi-Epiſcopatus Colonienſis & reliquarum Eccleſiarum Privilegiis, uti per uniones, tractatus & Conſtitutiones ſtabilita ſunt.

Præterea ratione urbis Bonnæ conventum eſt ut tempore pacis nullum illi præſidium militare imponatur, ſed ejus cuſtodia ſolis civibus committatur: de neceſſario verò militum prætorianorum ad cuſtodiam corporis & palatii Archi-Epiſcopalis deſtinandorum numerô cum Sacra Cæſarea Majeſtate & Imperio tranſigatur: tempore verò belli aut ingruente ejus periculo, integrum ſit. Sac. Cæſar. Majeſtati & Imperio, Urbi huic tantum præſidii imponere quantum ratio belli requiſiverit, idque ſecundùm Leges & Conſtitutiones Imperii.

Per hanc plenariam reſtitutionem præfati duo Domini fratres è Domo Bavarica oriundi renunciare tenebuntur in perpetuum omnibus prætenſionibus, Satisfactionibus & quorumlibet damnorum reparationibus, quas propter hoc ultimum bellum à Sacra Cæſarea Majeſtate, Imperio & Domo Auſtriaca petere vellent; eæque adeò univerſæ & ſingulæ jam nunc pro abolitis haberi debent, caſſæque, inanes & nullæ ſunt & ſemper manebunt, qua nihilominus renuntiatione nullô modô derogatum erit antiquis prætenſionibus vel Juribus, quæ ante hoc ultimum bellum habere potuerunt, eaque per Juris tramitem in Imperio receptum perſequi fas erit, ita tamen, ut illis nullum Jus

XV. Utque pro deficientibus &c. æquum pretium paratâ pecuniâ &c.] *Dieſe* Clauſul *iſt nachgehends eingerückt, und im Raſtädtiſchen Friedens*-Inſtrument *noch nicht zu finden. Wiewohl ſichs ohne hin verſtunde, daß auch gar nicht mehr, oder doch* per ſpecificationem *nur* ſub alia ſpecie *annoch vorhandene* meubles *unter den* reſtituendis *begriffen ſeyen, und* hoc caſu reſtitutio per æquipollens *geſchehen müſſe.*

ambo Electores] Tanquam jam reſtituti. *Siehe was oben in den Raſtädtiſchen Friedens*-Inſtrument *und den* Projecten hoc Loco *angemerckt iſt.*

Jus novum adverſus quemcunque per hanc integram reſtitutionem tribuatur.

Similiter etiam contra dictos Dominos JOSEPHUM CLEMENTEM Archi-Epiſcopum Colonienſem & MAXIMILIANUM-EMANUELEM ceſſabunt & abolebuntur, ac pro jam abolitis, caſſis & nullis putabuntur, nullæque, inanes & caſſæ erunt, ac ſunt omnes prætenſiones, ſatisfactiones & indemnitatis petitiones, propter hoc bellum contra Domum Bavaricam, & ſupra nominatos Archi-Epiſcopatum, Epiſcopatus & Præpoſituram à quibuscunque motæ aut movendæ. Vi hujus totalis reſtitutionis præfati Domini JOSEPHUS CLEMENS, Archi-Epiſcopus Colonienſis & MAXIMILIANUS EMANUEL à Bavaria obedientiam præſtabunt Sacræ Cæſareæ Majeſtati uti cæteri Imperii Electores ac Principes, & in fidelitate perſeverabunt, tenebunturque petere & accipere renovationem Inveſtiturarum ſuorum Electoratuum, Principatuum, feudorum, titulorum & Jurium, modô, tempore, per Imperii leges præſcriptis, omniaque, quæ durante hoc bellô hinc inde contigerunt, æternâ manebunt oblivione extincta.

Articulus XVI.

Miniſtri & Officiales, tàm Eccleſiaſtici quàm militares, politici & civiles, cujuslibet conditionis ſint, qui uni alterive parti ſervierunt, etiam illi, qui ſubditi & Vaſalli Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Imperii & Domus Auſtriacæ ſunt, omnes quoque Domus Bavaricæ & Domini Archi-Epiſcopi Colonienſis Domeſtici reſtituentur ſimiliter in poſſeſſionem omnium bonorum, officiorum, honorum & dignitatum, quibus ante bellum gaviſi ſunt, fruenturque generali amneſtiâ omnium illorum, quæ belli occaſione patrata ſunt, ſub ea expreſſè conditione, ut ejusdem amneſtiæ fructus, ſicut eſſe debet reciprocus, ad illos etiam pertineat Bavariæ & Domini Archi-Epiſcopi ſubditos, Vaſallos, Miniſtros aut Domeſticos, qui hoc bello partes Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Imperii & Domus Auſtriacæ ſecuti ſunt, nec ea de cauſa illis quicquam moleſtiæ aut incommodi unquam inferatur.

Articulus XVII.

Temporis ratione intra quod reſtitutio integra præcedenribus duobus Articulis contenta fieri debebit, iidem ſtatuti triginta dies ſunt poſt commutatas Ratihabitiones proximi, qui de locis Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Imperio à Sacra Regia Majeſtate Chriſtianiſſima reſtituendis ſupra definiti fuerunt, ita ut ambæ utrinque reſtitutiones, ſicut & reſtitutio partis, quam Domus Bavarica nunc in Belgio poſſidet, & Sacræ Cæſareæ Majeſtati reddere tenetur, eodem pariter tempore perficiantur.

Articulus XVIII.

Si Domus Bavarica à ſua integra reſtitutione aliquam ſtatuum ſuorum cum aliis permutationem rebus ſuis convenire auturnaret, & tùm Sac. Reg. Maj. Chriſtianiſſima nihil obſtaculi injiciet.

Articulus XIX.

Cum Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima Statibus Generalibus Fœderati Belgii locô & in commodum Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ poſſidendum conceſſiſſet, ſeu concedi feciſſet, quidquid Sacra Regia Majeſtas Ipſiusve Fœderati adhuc poſſidebant in Belgio vulgo Hiſpanico appellato, prout id quondam Rex Carolus II poſſederat, vel virtute pacis Ryswicenſis poſſidere poterat, Eadem Sacra Regia Majeſtas conſentit, ut Sacra Cæſar. Majeſtas poſſeſſionem ingrediatur hujus Belgii Hiſpanici, eo deinceps & in perpetuum plenè & quietè fruitura Ipſa illiusve Hæredes & Succeſſores juxta Succeſſionis ordinem in Domo Auſtriaca receptum.

Salvâ, quam Imperator cum iisdem Statibus Generalibus de eorum repagulo, vulgo

[m] 2 Bar-

Barriere, dictorumque Locorum redditione initurus eſt conventione. Retinebit nihilominùs Rex Boruſſiæ ex ſuperiori Tetrarchia Geldriæ, quidquid illic actu poſſidet, nimirùm urbem Geldram, præfecturamque, Balliviam, & Balliviam inferiorem Geldrenſem cum omnibus pertinentiis & dependentiis, uti & urbes, præfecturas & Dynaſtias Stralam, Wachtendoncam, Midelaram, Walbecam, Aertſeniam, Afferdeniam & Welam, pariter quoque Raciim, & minorem Kevelaaram cum omnibus pertinentiis & dependentiis: tradetur præterea dicto Boruſſiæ Regi præfectura pagana, vulgo Ammania Krickenbeana cum omnibus, quæ eò pertinent indèque dependent: præfectura item ſeu ditio Caſtellenſis ſive Keſelana, ſimiliter cum pertinentiis & dependentiis, generaliter omnia dictâ præfecturâ & diſtrictu contenta ſine ulla exceptione, niſi ſolius CivitatisHerculanæ ſeu Erckelæ cum pertinentiis, & dependentiis, ita ut omnia pertineant ad dictum Regem Principesque utriusque ſexus Ipſius hæredes & Succeſſores cum omnibus Juribus, prærogativis, proventibus & commodis cujuscunque generis aut nominis, eadem qualitate & ratione, qua Domus Auſtriaca & præſertim Rex quondam Hiſpaniarum CAROLUS ſecundus ea poſſedit, cum oneribus tamen & hypothecis, conſervandâque perpetuò juxta eum, qui ſub eodem Rege Carolo fuerat, ſtatum Religione Catholicâ Apoſtolicâ Romanâ & privilegiis Statuum illæſis.

Articulus XX.

Cumque præter provincias, urbes, loca & munimenta poſſeſſa à quondàm Hiſpaniarum Rege Carolo ſecundo ſui deceſſûs tempore, Rex Chriſtianiſſimus pro ſe & Principibus ſuis hæredibus & ſucceſſoribus natis & naſcituris ceſſerit Statibus Generalibus vice & in utilitatem Domus Auſtriacæ omne Jus, quod habuit aut habere poſſet in & ſuper urbem Menenam ſeu Meninam cum omnibus munimentis & præfectura, aliàs Verge appellata, præterea ſuper & in urbem & arcem Tornacenſem cum omni ditione Tornacenſi, nullo ſuper eam ullasve dependentias, pertinentias, annexa, territoria & incluſa, Jure reſervatô, Sacra Majeſtas Chriſtianiſſima conſentit, ut Status Generales unitarum Provinciarum reddant dictas urbes, loca, territoria, dependentias, annexa & incluſa Sacræ Cæſareæ Majeſtati, ſtatim atque Illa cum Statibus Generalibus, uti Articulo præcedenti decimo nono dictum eſt, convenerit, fruituræ Ipſi Illiusque hæredibus & ſucceſſoribus plenè, pacatè & perpetuò non ſecus ac Belgio Hiſpanico, quod ad quondam Hiſpaniarum Regem Carolum ſecundum die obitus ſui ſpectavit, eâ tamen mente, ut iſthæc redditio Belgii Hiſpanici, urbiumque, locorum & munimentorum à Rege Chriſtianiſſimo ceſſorum à Statibus Generalibus non ante fieri poſſit, quàm Ratihabitiones pacis inter Sacram Cæſaream Majeſtatem, Imperium & Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam commutata fuerint.

Eo præterea ſenſu ut fanum Divi Amandi cum ſuis dependentiis & Mortania ſine dependentiis penes Sacram Majeſtatem Chriſtianiſſimam permaneant, ſub ea nihilominus conditione, ne illic loci aliquod cujuscunque generis munimentum aut cataractam ſeu obicem conſtruere ullatenus fas aut permiſſum ſit.

Articulus XXI.

Confirmat pariter Rex Chriſtianiſſimus in commodum Sac. Cæſ. Majeſt. & Domus Auſtriacæ ceſſionem, quam eodem modô & fine fecit Statibus Generalibus pro ſe & Principibus ſuis hæredibus & Succeſſoribus natis & naſcituris omnium Jurium in & ſuper

per Furnas & præfecturam Furnenſem, communiter Furnambacht dictam, comprehenſis octo parochiis & fortalitiô Knockiano; in & ſuper Loam & Dixmudam cum dependentiis; in & ſuper urbem Ipras & Caſtellaniam Iprenſem, comprehenſa Roſſelariâ, & cum reliquis dependentiis, quæ impoſterùm erunt Popperinga, Waſtena flandrice Varneton, Comminum, Viroviacum, patriâ linguâ Warwick, quatenus ſcilicet hæc tria loca ſita ſunt ex latere Lyſæ verſùs Ipras ſpectante, & quidquid à locis ſupra expreſſis dependet, ex quibus Juribus ſic Sacræ Cæſareæ Majeſtati Ejusque hæredibus & ſucceſſoribus ceſſis Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima nihil ſibi reſervat Juris neque in ſeu ſuper dictas urbes, loca, munimenta & provincias, neque in ſeu ſuper earum pertinentias, dependentias, annexa aut incluſa, conſentiens, ut Status Generales ea omnia redhibeant Domui Auſtriacæ fruituræ deinceps irrevocabiliter & in perpetuum illicò, poſtquam ratione repaguli ſui, vulgò Barriere, cum Sacra Cæſarea Majeſtate convenerint, & Ratihabitiones pacis inter Ipſam, Imperium & Sacram Majeſtatem Chriſtianiſſimam commutatæ fuerint.

Articulus XXII.

Navigatio Liſæ ab oſtio Diliæ adverſô flumine libera manebit, nec ullum illic vectigal aut aliud quid oneris imponere licitum erit.

Articulus XXIII.

Quæ Articulô ſecundo hujus tractatus de Amneſtia in genere cauta ſunt, hic ſpeciatim repetita cenſeantur, atque adeò reciprocè oblivioni dentur omnes injuriæ & offenſiones verbis & factis præterito bellô quocunque modô per ſubditos Belgii Hiſpanici, & Civitatum ac locorum reſtitutorum aut ceſſorum, alioſque Sacræ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ ſubditos viciſſim illatæ, ita ut nemo eam ob cauſam conveniri, aut quavis aliâ ratione inquietari poſſit aut debeat.

Articulus XXIV.

Hujus pacis vigore poterunt utrinque Majeſtatis Chriſtianiſſimæ ac provinciarum Belgii, locorumque per Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam ceſſorum ſubditi, obſervatis regionum ſeu locorum legibus, conſuetudinibus & uſibus, ire, venire, manere, redire, tractare & commercari juſtô Mercatorum more, porrò & vendere, permutare, alienare, aut alio modô adminiſtrare bona, res mobiles & immobiles, quas apud alterutram partem habent aut habebunt, omneſque ſive ſubditi ſint, ſive alii ea emere poterunt, nullo alio privilegiô aut permiſſu, præter præſentem tractatum, requiſitô: Subditis etiam locorum ac territoriorum hinc indè ceſſorum aut reſtitutorum uti & ſubditis dicti Belgii Hiſpanici non minus liberum erit, intra unius anni ſpatium habitationem transferre, quocunque ipſis viſum fuerit, plenâ facultate conceſſâ vendendi, quibuscunque placuerit, bona ſua mobilia, & immobilia, aut aliter de iis diſponendi ante & poſt ipſorum diſceſſum abſque ullo impedimento directo vel indirecto.

Poſtremò pro confirmatis ſingulariter habebuntur, & perpetuò obſervabuntur quæcunque de abolito, viciſſim ratione Gallicorum & Belgicorum ſubditorum, Albinii ſeu Albinagii Jure prioribus pacificationibus,

[m] 3 Re-

XXI. præfecturam Furnenſem, communiter Furnambacht] *Gantz recht, denn Ambacht bedeutet nichts anders, als unſer Hochdeutſches Ambt.* *Siehe* Voſſium de vitiis Sermonis Libro I. cap. II. pag. 9.

Regiisque Decretis ſeu Edictis ſtatuta, & jugi utrinque uſu hactenùs recepta fuerunt, non ſecus, ac ſi expreſſè integra hic relata eſſent.

Articulus XXV.

Iidem quoque utriusque Partis Vaſalli & ſubditi, Eccleſiaſtici & Seculares, Corpora, Communitates, Univerſitates, & Collegia honoribus, dignitatibus & beneficiis, quibus ante bellum gaudebant, uti & in omnia & ſingula Jura, bona mobilia & immobilia, cenſus quoque ſeu reditus tempore & occaſione præteriti belli occupatos ſeu detentos unà cum Juribus, actionibus & ſucceſſionibus, quæ ipſis durante bellô evenerint, hinc indè ubique reſtituentur, ita tamen, ut nihil ratione fructuum ſeu proventuum perceptorum, & tempore præteriti belli usque ad diem publicationis tractatus Raſtadienſis ceſſorum petere poſſint; Non obſtantibus ullis donationibus, conceſſionibus, declarationibus, confiſcationibus, ſententiis in contumaciam latis, partibus non auditis, quæ nullæ erunt, & perindè habebuntur, ac ſi Judicatæ aut pronunciatæ non eſſent, plenâ libertate & integrâ manente iis omnibus in patriam regionesve redeundi, è quibus occaſione belli exierunt, utque bonis & reditibus ſuis ſecundùm regionum, locorum & ſtatuum leges & conſuetudines vel ipſi vel per procuratores frui poſſint. Reſtitutiones hæ ad eos quoque extendentur, qui hoc bello vel ejus occaſione ad unas vel alteras nunc Paciſcentium Partes converſi Easque ſecuti fuêre: aliæ nihilominùs ſententiæ resque in Summis Tribunalibus vulgò Parlements, Dicaſteriis & aliis Curiis ſuperioribus vel inferioribus Judicatæ, quibus per præſentem tractatum expreſſè derogatum non eſt, locum habebunt, plenumque effectum ſortientur; illi quoque, qui virtute dictarum ſententiarum rerumque Judicatarum in poſſeſſione terrarum, Dominiorum aliorumque bonorum erunt, in iis manutenebuntur, absque præjudicio tamen eorum, qui per dictas ſententias & res Judicatas ſe læſos credunt, qui per viam ordinariam & coram Judice competente perſpicere ſibi poterunt.

Articulus XXVI.

De reditibus ſeu cenſibus à tota aliqua Belgii Provincia penſitandis, quæ deinceps partim à Majeſtate Cæſarea, partim à Majeſtate Chriſtianiſſima aut aliis poſſidebitur, convenit, ut quælibet Pars ſuam ratam portionem ſolvat, utque ad eam determinandam juxta & ad quascunque alias controverſias ſeu difficultates tollendas, quæ circa loca Belgica utrinque poſſidenda, eorumve limites vel jam ortæ ſunt, vel in executione hujus pacis qualibet ratione oriri poſſunt, ab utraque parte Commiſſarii in Urbem, de qua convenerit, intra duos, poſt tractatus hujus Concluſionem, menſes delegentur, omnem ei fini quàm primùm aſſequendo diligentiam absque intermiſſione adhibituri.

Articulus XXVII.

Cùm in territoriis, Civitatibus & locis Belgii, quæ Rex Chriſtianiſſimus Imperatori cedit, plura beneficia Eccleſiaſtica à Sacra Majeſtate Chriſtianiſſima collata fuerint perſonis capacibus, ea modernis poſſeſſoribus relinquentur, ſicut & omnia, quæ Religionem Catholicam Apoſtolicam Romanam concernunt, in ſtatu, quo ante bellum fuerant, immutata cuſtodientur. Magiſtratus etiam nonniſi Catholici eſſe poterunt, & ut antea fuêre, permanebunt; Epiſcopi imprimis & Capitula, Monaſteria, bona Ordinis Melitenſis, & generaliter univerſus Clerus

XXVI. De reditibus] *zum Verſtande dieſes Articuls würde nützlich konnen nachgeſehen werden, im Barriere Tractat Art. XVIII. gegen das Ende wie auch* Art. XXII. XXIII.

Clerus conſervabuntur in omnibus Eccleſiis, Libertatibus, Immunitatibus, Juribus, prærogativis & honoribus, quæ ſub præcedentibus Regibus Romano Catholicis habuêre, &, ſi quavis ratione deſtituti fuerint, in ea reſtituentur: omnes deniquè & ſinguli dictorum Clericorum bona Eccleſiaſtica, Commendas, Canonicatus, Perſonatus, Præpoſituras, & alia beneficia qualiacunque poſſidentes ea retinebunt; nec iis privari poterunt, percipientque reditus indè provenientes cum facultate ea adminiſtrandi, & illis, ut ante præteritum bellum, fruendi: fruentur æque Penſionarii, ſicut antea fruiti ſunt, penſionibus ſibi ſuper beneficia aſſignatis, ſive in curia Romana obtentæ, vel per Breve ante præteritum bellum expeditæ fuerint, ita ut iis ſub nulla cauſa vel prætextu privari poſſint.

Articulus XXVIII.

Communitates & Incolæ omnium Civitatum, locorum & regionum, quæ Sacra Majeſtas Chriſtianiſſima in Belgio per præſentem tractatum ceſſit, conſervabuntur & defendentur in poſſeſſione omnium privilegiorum, prærogativarum, conſuetudinum, exemptionum, Jurium, Conceſſionum communium & particularium, munerum & officiorum hæreditariorum cum omni honore, ſtipendiis, emolumentis & exemptionibus, quæ ſub Dominatione Majeſtatis ſuæ Chriſtianiſſimæ habuerunt. Hoc tamen ſolùm intelligi debet de Communitatibus & incolis locorum, civitatum & territoriorum, quæ Majeſtas ſua immediatè poſt concluſionem tractatus Ryswicenſis poſſedit, & non de locis, civitatibus & territoriis, quæ quondam Rex CAROLUS Secundus Hiſpaniarum, tempore obitûs ſui tenuit, quorum Communitates & Incolæ in poſſeſſione privilegiorum, prærogativarum, conſuetudinum, exemptionum, Jurium, Conceſſionum communium & particularium, munerum & officiorum hæreditariorum permanebunt, ut ea tempore mortis dicti Hiſpaniarum Regis habuêre.

Articulus XXIX.

Similiter ſi extra Belgii loca à Sacra Regia Majeſtate Chriſtianiſſima ceſſa, de quibus ſupra Articulô vigeſimo ſeptimo cautum eſt, aliqua beneficia Eccleſiaſtica mediata vel immediata durante hoc bellô ab una alterave parte in terris ſeu locis ſibi tunc ſubjectis juxta primævæ Inſtitutionis, ac generalium vel particularium de iis factorum ſtatutorum legitimorum normam, aut aliam quamvis à Summo Pontifice, aut alio modô Canonicè factam diſpoſitionem & proviſionem Capacibus collata fuerint, ea non minus atque illa beneficia Eccleſiaſtica, quæ ante præteritum bellum in locis ex hac parte reſtituendis tali modo collata fuerunt, præſentibus poſſeſſoribus relinquantur, ita ut nec in illorum poſſeſſione vel legitima adminiſtratione, nec in fructuum perceptione à quocunque turbari aut impediri, vel eorum nomine ſeu cauſâ præterita aut præſenti in Jus vocari, conveniri, aut quavis ratione inquietari ſeu moleſtari unquam poſſint aut debeant, ut tamen ea præſtent, quæ ſibi ratione illorum beneficiorum incumbunt.

Articulus XXX.

Sacra Cæſarea Majeſtas & Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima non poterunt ex quacunque cauſa pacem per præſentem tractatum firmatam impoſterùm interrumpere, arma reſumere, ullumve actum hoſtilitatis ſub quocunque prætextu committere, omni ſtudio potius & bonâ fide ut Veri Amici, mutuam hanc Amicitiam & Concordiam rei Chriſtianæ adeò neceſſariam firmiorem reddere allaborabunt, & cùm Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima Sacræ Cæſareæ Majeſtati ſincerè reconciliata nolit Ipſam ullatenus turbare, aut Illi quodlibet præjudicium creare. Majeſtas ſua Chriſtianiſ-

ſtianiſſima promittit & ſeſe obſtringit, quod Suam Cæſaream Majeſtatem relinquet in tranquilla & pacifica poſſeſſione omnium ſtatuum & locorum, quæ in Italia modò tenet, & quæ anteà à Regibus Domus Auſtriacæ poſſeſſa erant, videlicet Regni Neapolitani, ut id Sacra Cæſarea Majeſtas poſſidet. Ducatus ſimiliter Mediolanenſis, ut eum Majeſtas ſua Cæſarea actu poſſidet, Regni inſuper & Inſulæ Sardiniæ, nec non portuum ac locorum ad Hetruriæ littora ſitorum, quæ Majeſtas Cæſarea nunc poſſidet, & quæ antea per Reges Hiſpaniæ Domus Auſtriacæ poſſeſſa fuerunt, cum omni Jure, quod dictis Statibus Italiæ à Sacra Cæſarea Majeſtate poſſeſſis adhæret, quodque Reges Hiſpaniæ à PHILIPPO Primo usque ad Regem ultimò defunctum exercuere; promittit etiam Sacra Majeſtas Chriſtianiſſima verbô Regiô, quod Imperatorem & Domum Auſtriacam in hac poſſeſſione neque directè neque indirectè unquam turbare, aut ſub quocunque prætextu, vel quocunque modô inquietare velit, nec poſſeſſionem, ullatenus impedire, quam Sua Sacra Cæſarea Majeſtas & Domus Auſtriaca habet, aut impoſterùm per negotiationem, tractatum, aut aliam viam legitimam & pacificam acquirere poterit; ita tamen, ut Neutralitas Italiæ non turbetur; Viciſſim Sacra Cæſarea Majeſtas verbô Cæſareo pollicetur, & ſeſe obſtringit, quod eandem Neutralitatem & quietem Italiæ turbare nolit, & conſequenter nec armorum viam pro quacunque occaſione adhibere, ſed è contrario religioſè implere promiſſa in tractatu Neutralitatis Trajecti ad Rhenum die decima quarta Martii Anno Milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio facta, qui tractatus hic pro repetito habebitur, & per Majeſtatem Suam Cæſaream exactè obſervabitur, dum & altera pars idem faciat, neque Sacram Cæſaream Majeſtatem aggrediatur: ad eundem finem recepit Sacra Cæſarea Majeſtas, quod relinquere velit omnes Principes in Italia in tranquilla poſſeſſione Statuum, quos modò poſſident, eâ ſemper intelligendâ neceſſariâ conditione, ne id Juribus cujuscunque obeſſe aut præjudicare quavis ratione poſſit.

Articulus XXXI.

Ut tantò magis Principes & Status Italiæ fructibus pacis Imperatorem inter & Regem Chriſtianiſſimum initæ gaudere poſſint, non ſolùm, ut Articulus præcedens complectitur, neutralitas exactè ibidem obſervabitur, ſed etiam à Sacra Cæſarea Majeſtate bona & prompta Juſtitia adminiſtrabitur Imperii Principibus & Vaſallis ob cæteras ditiones & loca Italiæ à Regibus Hiſpaniæ è Domo Auſtriaca oriundis non poſſeſſa, & in quæ dicti Principes legitimam quandam prætenſionem ſeu actionem habere poſſent, ſcilicet Duci Guaſtallæ, Pico Mirandolenſi & Principi Caſtiglionenſi, ſic tamen, ne hoc pacem & neutralitatem Italiæ labefactare, aut occaſionem novo bello dare poſſit.

Articulus XXXII.

Cùm Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Sacræ Regiæ Majeſtati Chriſtianiſſimæ nihil magis cordi ſit, quàm ut publica tranquillitas quantocyus ſtabiliatur, & ad finem tàm ſalutarem, qui omnem aliam rationem ſuperare debet, promptius aſſequendum, certum tractatui huic perficiendo terminum præfixiſſent, jam verò compertum ſit, quòd terminus iſte ad examinandas & complanandas res per Articulum trigeſimum ſecundum pacis Raſtadienſis ad hunc Congreſſum mutuò remiſſas nequaquam ſufficere poſſit, ulterius convenit, quod partibus in dicto Articulo nominatis fas erit, titulos, rationes Juraque ſua ante Sacram Cæſaream Majeſtatem & Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam ſuo quæque locô producere, Eæque denuò promittunt, illorum ſe rationem habituras eſſe, uti æquum fuerit, quæ tamen mora plenariam pacis executionem nec differre, vel immutare, aut ullius Juri

Juri quicquam præjudicii afferre poterit aut debebit.

Articulus XXXIII.

Quemadmodum vigore pacis Raſtadienſis cujuscunque generis hoſtilitates ac violentiæ à ſubſcriptæ pacis tempore, Contributiones verò & exactiones quæcunque tàm pecuniæ quàm pabuli à die commutatarum ejusdem pacis Ratificationum, non minus ac aliæ cujuscunque generis impoſitiones occaſione proximè præteriti belli cùm ex parte Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, tùm Sacræ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ factæ penitùs ceſſare debuere; ita etiam omnia ea impoſterùm non ſolùm ceſſent, & nulla ex cauſa vel prætextu quidquam exigatur, verum etiam quæcunque exactiones pecuniæ, pabuli aut alterius cujuscunque rei, ſub quocunque prætextu ab alterutrius partis ſubditis à die Ratihabitæ pacis Raſtadienſis contra ejusdem tractatus Articuli trigeſimi quinti expreſſum tenorem factæ fuère, ea omnia bonâ fide & absque mora iis, qui ſufficientibus documentis hac de re fidem fecerint, reſtituantur, obſidesque illa aut alia quacunque ex cauſa dati vel abducti absque ære protinùs reddantur, liberèque in patriam dimittantur. Quod verò de Contributionibus ab alterutra parte usque ad ſtatutum in tractatu Raſtadienſi tempus reſiduum debebitur, id intra ſpatium trium menſium à die commutatarum Ratificationum præſentis tractatus computandum exſolvetur, ita tamen, ut intra iſtud ſpatium fas non ſit contra moroſos Debitores viâ executionis uti, dummodò de ſolutione cautio ſufficiens data ſit.

Captivi quoque tàm militares quàm ſtatus præteritô bellô facti, qui necdum libertati reſtituti deprehendentur, aut judicabuntur, hinc inde quantocyus absque lytro dimittantur, libertate relictâ ſe, quocunque velint recipiendi. Copiæ militares quoque, quæ virtute præfati Articuli trigeſimi quinti quindecim dies poſt ratihabitam Raſtadii concluſam pacem è locis non munitis in utriusque Partis proprias Ditiones deduci debuere, ſi quædam præter ſpem necdum deductæ forent, protinus & absque ulteriori morâ abducantur, ut eò citius omnes & ſinguli utriusque Partis Incolæ fructibus pacis & quietis reapsè gaudere poſſint; quemadmodum & Sacra Cæſarea Majeſtas ac Imperium copias ſuas è locis non munitis Archi-Epiſcopatus Colonienſis & Bariæ educere debuerunt & ſi quæ forſan reſtarent, eas quantocyus educi curabunt; quarum provinciarum præterea & locorum reſtitutio juxta formam & tempus in Articulis decimo quinto, decimo ſexto, decimo ſeptimo & decimo octavo præſcriptum limitata maneto.

Articulus XXXIV.

Redeant quoque mox à ſubſcripta pace commercia inter Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Imperiique & Sac. Reg. Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Regnique Galliæ ſubditos durante bellô prohibita, in eam, quæ ante bellum fuit, libertatem, fruanturque utrinque omnes & ſinguli, nominatim Urbium Imperialium & Emporiorum Hanſeaticorum Cives & Incolæ terrâ marique pleniſſimâ ſecuritate, priſtinis Juribus, immunitatibus, privilegiis & emolumentis per ſolemnes tractatus, aut vetuſtam conſuetudinem obtentis, ulteriori conventione poſt ratihabitam pacem remiſſa.

Articulus XXXV.

Omnia per hanc pacem conventa valeant, ac perpetuâ firmitate nitantur, obſerventurque & executioni mandentur, non obſtantibus ſed abrogatis & caſſatis omnibus, quæ contraria credi, allegari aut excogitari unquam poſſint, etſi talia ſint, ut eorum ſpecialior ſeu amplior mentio fieri debeat, aut abrogatio ſeu annullatio nulla ſeu invalida dici poſſe videatur.

Articulus XXXVI.

Includentur huic paci omnes illi, qui poſt permutationem Ratihabitionum intra ſex menſes ab una vel altera Parte ex communi conſenſu nominabuntur.

Articulus XXXVII.

Pacem hoc modô concluſam promittunt utriusque Partis Legati Extraordinarii & Plenipotentiarii reſpectivè ab Imperatore & Imperio, & Rege Chriſtianiſſimo ad formam hic mutuò placitam ratihabitum iri, ſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolemnia Ratihabitionum Inſtrumenta intra ſpatium ſex ſeptimarum à die ſubſcriptionis computandum, aut citius, ſi id fieri poterit, hic reciprocè ritèque commutentur.

Articulus XXXVIII.

Et cùm Sacra Cæſarea Majeſtas ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, vigore Concluſi die vigeſimâ tertia Aprilis Anni currentis Legatis Gallicis ſub ſigillo Cancellariæ Moguntinæ extraditi decenter requiſita fuerit, ut dictorum Electorum, Principum & Statuum Imperii rem per ſuam Cæſaream Legationem in hoc Congreſſu agi curaret, tàm Cæſarei quàm Regii Legati nominibus ſupradictis præſens pacis Inſtrumentum in omnium & ſingulorum eô contentorum fidem majusque robur ſubſcriptionibus, ſigillisque propriis munierunt, & competentes Ratificationes, formulâ conventâ, terminô ſupra conſtitutô ſeſe extradituros polliciti ſunt, nec ulla contra hunc tractatum recipiatur aut valeat proteſtatio vel contradictio. Acta hæc ſunt Badæ-Ergoviæ die ſeptima menſis Septembris Annô Domini Milleſimô ſeptingenteſimo decimo quarto.

(L.S.) Eugenius à Sabaudia.	(L.S.) le Ml. Duc de Villars.
(L.S.) Petrus Comes de Goeſs.	(L.S.) le Comte Du Luc.
(L.S.) Joh. Fried. Comes à Seilern.	(L.S.) de Barberie de Saint Conteſt.

* * *

Articulus ſeparatus.

Cùm titulorum aliqui, quibus Sacra Cæſarea Majeſtas ſive in Plenipotentiis, ſive in proëmio tractatus hodiè ſubſcribendi, utitur, per Sacram Regiam Majeſtatem Chriſtianiſſimam agnoſci haud poſſint, per hunc Articulum ſeparatum & ante tractatum ſubſcriptum conventum eſt, ne tituli hoc aut Raſtadienſi tractatu adhibiti aut omiſſi ab una & altera parte ullum Jus tribuere, vel uni alterive Contrahentium Parti ullum præjudicium inferre unquam cenſeantur; hujusque Articuli idem vigor erit, ac ſi de verbo ad verbum pacis hujus tractatui inſertus foret. Actum eſt Bada-Ergoviæ die ſeptima Menſis Sept. An. Domini Milleſimo ſeptingenteſimo decimo quarto.

(L.S.) Eugenius à Sabaudia.	(L.S.) le Ml. Duc de Villars.
(L.S.) Petrus Comes de Goeſs.	(L.S.) le Comte Du Luc.
(L.S.) Joh. Fried. C. à Seilern.	(L.S.) de Barberie de Saint Conteſt.

Ple-

PLENIPOTENTIA CÆSAREA.

NOs CAROLUS *Sextus, Divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Caſtellæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ & Indiarum, ac terræ firmæ, Maris Oceani, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergæ, Superioris & Inferioris Sileſiæ, Calabriæ, Athenarum & Neopatriæ, Princeps Sueviæ, Catalauniæ & Aſturiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & Inferioris Luſatiæ, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ & Artheſiæ, Marchio Oriſthani, Comes Goziani, Namurci, Roſſilionis, & Ceritanniæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biſcaiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ. &c. &c.*

Notum teſtatumque facimus, quod, cùm pace Nos inter & Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem Dominum Ludovicum, Franciæ, Regem Chriſtianiſſimum, die ſextâ Martii Anni currentis Raſtadii concluſâ ſtatutum fuerit, modò dictæ Pacis conditiones, & quæ porrò eò pertinent, accedente Sacro Romano Imperio, & obſervato lingua Latinæ cæterorumque requiſitorum Imperialium uſu in Tractatum ſolemnem redigendas, eumque in finem Congreſſum in Helvetia inſtituendum eſſe, atque adeo poſtea de Civitate Badæ in Ergovia utrinque convenerit, & nunc etiam à Nobis Sacri Romani Imperii Electores, Principes, & Ordines decenter requiſiverint, ut noſtræ, quam miſſuri eſſemus Legationi, ſuam pariter vicem illis obeundam demandaremus: Nos tanti operis perfectionem enixè cupientes, plenèque confiſi fide, rerum uſu, & prudentiâ Illuſtriſſimi Eugenii Principis Sabaudiæ & Pedemontium, aurei Velleris Equitis, Cæſarei Noſtri Conſiliarii Status, Conſilii Aulico-Bellici Præſidis, Locumtenentis Generalis, Sacri Imperii Campi Mareſchalli, Conſanguinei & Principis Noſtri chariſſimi, nec non Illuſtrium & Magnificorum fidelium Nobis dilectorum. Petri Comitis de Goeſs in Carlsberg, actualis Noſtri Cæſarei Conſiliarii Arcani, Camerarii, & Carinthiæ Capitanei Provincialis, uti & Joannis Friderici, Comitis à Seilern & Aſpang, Conſiliarii Aulici, & Cancellariæ Noſtræ Auſtriacæ Aſſeſſoris, eos nominaverimus, elegerimus, & conſtituerimus, quemadmodum præſentibus nominamus, eligimus & conſtituimus Noſtros Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios, committentes iisdem, ut de Rebus omnibus, quæ ad prædictum Tractatum ſpectant, cum Sereniſſimi & Potentiſſimi Franciæ Regis Chriſtianiſſimi Legatis & Plenipotentiariis ſufficienti mandato munitis conferant & conveniant. Dantes quoque plenam & abſolutam poteſtatem cum omni authoritate & mandato ad id neceſſariis ſupranominatis Legatis Extraordinariis & Plenipotentiariis Noſtris ſive tribus conjunctim, ſive duobus ex illis tertio abſente, vel aliter impedito, aut etiam uni eorum ſoli & ſeorſim, duobus reliquis ſimiliter abſentibus vel impeditis, præfatum ſolemnem Tractatum pro Nobis & Imperio, Noſtroque & Ejusdem nomine ineundi & ſignandi, omnia quoque inſtrumenta, quæ in eum finem requiri poſſunt, conficiendi, expediendi, extradendi adeoque in univerſum agendi, promittendi, ſtipulandi, concludendi, & ſignandi acta, declarationes, pacta conventa commutandi, aliaque omnia, quæ ad memoratum Tractatum pertineant, faciendi, æquè liberè & amplè, ac Ipſi

præ-

præſentes id faceremus, vel facere poſſemus, quantumvis mandato adhuc ſpecialiori & expreſſiori, quàm quod præſentibus hiſce continetur, opus eſſe viſum fuerit: Promittentes præterea & declarantes verbo Noſtro Imperiali & Regio, Imperiique nomine, acceptum & gratum, firmum quoque & ratum Nos habituros, quodcunque per dictos Noſtros Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios, trinos conjunctim, vel binos ex illis tertio abſente vel aliter impedito, unum etiam Eorum ſolùm ſimiliter abſentibus vel impeditis duobus reliquis, actum, concluſum, ſignatum, extraditum & commutatum fuerit: ac denique nomine quo ſupra Nos obſtringentes hiſce præſentibus ad expediendum ratificationum noſtrarum Diplomata in decenti & ſolemni forma intraque tempus, prout conv. nerit. In quorum fidem roburque præſentes manu noſtrâ ſubſcriptas ſigillo noſtro Imperatorio firmari juſſimus. Quæ dabantur in civitate noſtra Vienna die vigeſima ſexta Menſis Aprilis Anno Domini Milleſimo ſeptingenteſimo decimo quarto, Regnorum noſtrorum Romani tertio, Hiſpanicorum undecimo, Hungarici & Bohemici verò quarto. Signatum

CAROLUS.

Et Inferius

Vt. FRID. CARL. Comes de SCHöNBORN.

in replicata cra.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſt. proprium.

PETRUS JOSEPHUS DOLBERG.

* * *

CONCLUSUM IMPERII, ſive *Reichs-Gutachten.*

Als der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät Unſers allergnädigſten Herrns, zu gegenwärtiger allgemeiner Reichs-Verſammlung gevollmächtigten höchſt-anſehnlichen Herrn Principal-Commiſſari, *Fürſt* Maximilian Carln *zu Löwenſtein-Wertheim &c. Hochfürſtl. Gnaden, unterm* 24 *und* 31 Martii *den* 9 April *dieſes Jahr ertheilt,* dictirt, *und durch ordentlichen Vortrag in behörige Berathſchlagung geſtellten Kayſerlichen* Commiſſions-Decretis, *und ihren Beylagen, hat man aus deren Innhalt, nebſt dem Hergang der den* 6 paſſati *zu Raſtadt unterzeichneten, und von Ihrer Kayſerl. Majeſtät vorläuffig* ratificirten *Friedens-Handlung, und anderen hauptſachlich vernommen, welcher geſtalten erſt allerhöchſt-gemeldte Ihro Kayſerl. Majeſtät von Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs den ihnen freygeſtellten Entſchluß allergnädigſt zu vernehmen verlangen, ob allerhöchſt Deroſelben von Reichs wegen zu denen bevorſtehenden Haupt-Friedens-*Tractaten *die Vollmacht zu geben, oder aber die bereits* Anno 1709. *vorgeweſene enge Reichs-*Deputation *vorgeben zu laſſen, wolle erwehlet werden? So iſt einhellig in allen dreyen Reichs-*Collegiis *das beſte zu ſeyn dafür gehalten, und geſchloſſen worden, Seiner Kayſerlichen Majeſtät nebſt vorgängig von Reichs-wegen hiermit erſtattendem allerunterthänigſten Danck für Dero zu Erretung deſſelben jederzeit bezeigten Reichs-Väterlichen Vorſorge, und recht Kayſerlicher Großmuth und Standhafftigkeit, als wodurch das werthe Vaterland bey ſeiner* Conſiſtenz, *Hoch- und Freyheit erhalten worden, allerunterthänigſt zu bitten, und gnugſam (wie hiermit beſchiehet) zu bevollmächtigen, bey der nächſt vorſeyenden* ſolennen *Friedens-Handlung auf die zu Raſtadt den* 6 Martii *jüngſthin zwiſchen Deroſelben und der*

der Cron Franckreich verglichene Conditionen, *den Frieden auch von wegen, und im Namen des geſamten Reichs zu* tractiren, *und zu ſchlieſſen, auch ſonſten alles dasjenige zu thun und zu beobachten, was zu des geſamten Römiſchen Reichs Wohlfart, und eines jeden Standes ins beſondere* Conſolation *und Sicherheit noch ferner zu erhalten möglich ſeyn wird, geſtalten dann zu mehr allerhöchſt gemeldt Ihrer Kayſerl. Majeſtät, Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs das beſtändige allerunterthänigſte Vertrauen ſetzen, daß Dieſelbe Ihres allerhöchſten Orts daran nichts werden erwinden laſſen. Womit höchſtgedachten Kayſerlichen Herren* Principal-Commiſſarii *Hochfürſtl. Gnaden der Churfürſten, Fürſten und Stände anweſende Räthe, Bottſchafften und Geſandte ſich beſten Fleiſſes und geziemende empfehlen.* Signatum *Augſpurg den* 23 Aprilis Anno 1714.

(L.S.)

Chur-Fürſtl Mayntziſche Cantzley.

* * * * *

PLENIPOTENTIA REGIS CHRISTIANISSIMI.

provinciæ à Sua Majeſtate Cæſarea-Regio-Catholica in præſens poſſeſſæ ac deinceps poſſidendæ perpetuis retrò temporibus indiviſibiliter ac inſeparabiliter inter ſe penes unum eundemque heredem, juxta ſucceſſionis ordinem ſtabilitum, unitæ permaneant ordinationibus, inſtitutis ac diſpoſitionibus præfatis, præſertim verò declarationi allegatæ & Nobis unà cum reliquis productæ de die 19 Aprilis anni 1713. uti ſupra promulgatæ inhærentes, ac de re de qua agitur, ritè plenèque edoctæ, de conſilio, voluntate & aſſenſu prædicti Sereniſſimi Principis Regii Electoralis Dilectiſſimi Sponſi Noſtri, annuente quoque & conſentiente Sereniſſimô & Potentiſſimô Dominô Rege & Electore, Ejusdem Genitore, (prout ex Inſtrumento eorum ratificationis, tum ex mandato procuratorio diffuſius conſtat) ex certa noſtra ſcientia animôque benè deliberatô omnibus Juribus, prætenſionibus, actionibus & rationibus, quæ Nobis ſive Jure ſanguinis & nativitatis, ſive ex uſu & obſervantia olim in Auguſta Domo uſitata, ſive etiam ex pacto præallegato de die 12. Septembris anni 1703. ſive alio quocunque demum nomine, aut excogitabili titulo in Regna, Principatus, Ditiones & Provincias, quæ ab altè fata Majeſtate Sua Cæſarea, colendiſſimo Domino noſtro patruo actu in præſens poſſidentur aut poſſideri de Jure poſſent ac deberent, competunt aut competere poſſent, ſpontè, liberrimâ voluntate, nullâ vi aut coactione, callidâve perſuaſione aut metu, etiam reverentiali inductæ pro Nobis noſtrisque; Poſteris omnibus heredibus tam maſculini quam feminini ſexus ceſſerimus & renuntiaverimus, pro ut iisdem vigore præſentium de conſenſu uti ſupra in optima & ampliſſima Juris forma, animô deliberatô ac ſpontaneô ultrò cedimus, renuntiamus & abdicamus: Idque non ſolùm in favorem, commodum & prælationem Poſteritatis & Heredum maſculorum, quos numeroſos Majeſtati Suæ à Deo precamur, verùm & feminarum Archi-Duciſſarum à Majeſtate Sua jam progenitarum & deinceps naſciturarum, omniumque earum poſterorum, Heredum & Succeſſorum, utriusque ſexus ex legitimo thorò procreatorum & non legitimatorum, adeò ut quamdiu ex his Majeſtatis Suæ deſcendentibus Proles aliqua ſive maſculina ſive feminina, quocunque demùm gradu ſupervixerit, neque Nos neque Filii, Poſteri & Heredes noſtri neque quisquam alius eorum nomine ullam unquam ſucceſſionem aut ſuccedendi Jus in dicta Regna, Principatus, Ditiones & Provincias, vel etiam aliquam illorum, illarumve partem licet minimam, utpote lineæ Cæſareæ Regiæ Carolinæ nunc regnatrici & in ea deſcendentibus maribus & feminis Jure Primogenituræ in infinitum inſeparabiliter & indiviſibiliter affectas, prætendere velimus, poſſimus aut debeamus, declarantes ac ſeriò profitentes quod Nos prælibatum in Auguſta Domo receptum, avitâque providentiâ ſtabilitum & per ſupra citatam declarationem obfirmatum magisque dilucidatum Primogenituræ Jus, nec non præſcriptum in ea cùm maribus tùm feminis ſuccedendi ordinem linealem, ſeu normam & legem fundamentalem Ejusdem pro Nobis noſtrisque poſteris & heredibus utriusque ſexus reſpicere, tenere, obſervare eique firmiter inhærere, nec ut contra ejusdem tenorem & diſpoſitionem à Nobis vel ab Heredibus & Poſteris noſtris cujuscunque; ſexûs ſint, aut à quovis alio noſtro aut illorum nomine, quibuscunque; demùm de cauſis, quas omnes & ſingulas irritas, vanas, invalidas & injuſtas ex nunc pro tunc pronuntiamus, agatur, committere unquam aut pati velimus: Quin potius obteſtamur atque; etiam ſacroſanctè pollicemur, quod ſi unquam (quod abſit) aliquam vel aliquod ex dictis ditionibus, regnis, principatibus aut provinciis in totum vel in partem ultrò à Nobis deferri aut Nos ad aliquam ſeu eorum aliquod à quocunque, qualicunque demum

ſub

ſub prætextu aut colore vocari aut ſolicitari contingeret, Nos non tantùm ejusmodi damnabiles conatus pernitioſaque conſilia ac molimina, perpetuò conſtanterque rejecturas, ne dum illis aures, aſſenſum, opem, vel auxilium ullum præbituras, aut, ut id ab alio quocunque tandem fiat, paſſuras, ſed ut potius in debita legitimo ſucceſſori unius alteriusve ſexûs fide & obedientiâ perſeverent, omnes vires eſſe impenſuras, atque adeò eâ dote in ipſo matrimonii noſtri contractu Nobis aſſignatâ, ceteriſque apparatibus ac ornamentis, quibus ſtatui Noſtro convenienter elocabimur, à modò contentas Nos pleneque pro omnibus Juribus, actionibus ac prætenſionibus cujuscunque nominis ſint, quæque Nobis ex qualicunque demùm cauſa, uti ſupra competere poſſint, ſatisfactum Nobis eſſe declaramus, quo usque nempe Proles unius alteriusque ſexûs à ſua Majeſtate Cæſarea Regio-Catholica procreatæ ac deinceps procreandæ earumve Poſteri & deſcendentes pariter utriusque ſexûs in vivis ſuperabunt.

Quod ſi verò (quod Deus æternùm prohibeat) omnes utraque tam feminini quam maſculini ſexûs proles à Sua Maj progenitæ vel deinceps procreandæ unà cum omni earum poſteritate pariter maſculina & feminina extingui ac prorſus deficere unquam accideret; In eum caſum, qui nobis aditum ad capeſſendam paternam avitamque hereditatem, vel ex ipſo Primogenituræ inſtituto, præſertim verò vi præcitatæ declarationis de die 19. menſis Aprilis anni 1713. juxta ſtabilitum in ea ſucceſſionis linealis ordinem recluderet, Nobis noſtriſque poſteris & deſcendentibus tàm maribus quàm feminis Jus omne omnesque actiones ad ſuccedendum in dictis Regnis, Principatibus, Ditionibus ac Provinciis ex Jure Dominii, hypothecæ vel alio quocunque competentes vigore præſentium ſolemniſſimè & pleniſſimè per expreſſum reſervamus, ita ut quæ facta à Nobis eſt pro poſteritate Suæ Majeſtatis Cæſareæ utriusque ſexûs tàm feminini quàm maſculini renunciatio illa tunc & in eo caſu ceu non facta aut pro non emiſſa haberi, neque obſtare ea Nobis, heredibus aut poſteris maribus ſeu feminis aut ullum ad ſucceſſionem obicem facere poſſe cenſeri debeat, quam ipſam tamen reſervationem noſtram de iis duntaxat heredibus & poſteris noſtris maſculis & feminis intellectam volumus, qui & quæ Catholicam Apoſtolicam Romanam Religionem eveniente caſu profitentur, cum omnes, qui alicui alteri, quam Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ Religioni addicti vel addictæ eſſent ab omni ſupradicta ſucceſſione ex nunc in perpetuum pro excluſis & inhabilibus habendi ſint, prout & eos easque pro perpetuo excluſis & inhabilibus hiſce habemus ac declaramus. Excipimus præterea ab hac renunciatione velut in illa minimè comprehenſas eas hereditates, quas Nobis per latus maternum ſeu aliunde quam ex Auguſta Domo fortè obvenire continget: Quò autem iſthæc noſtra renunciatio majorem vim atque vigorem plenamque firmitatem ac robur ſuum obtineat, Nos deſponſata Maria Joſepha Archi-Duciſſa de voluntate, autoritate & aſſenſu præfatorum Noſtrorum reſpectivè colendiſſimi ac dilectiſſimi Sponſi, Domini Friderici Auguſti, Principis Regii & Electoralis jam Majoris facti ac quoad hunc actum à patria poteſtate emancipati, nec non Suæ Regiæ Majeſt. Domini Friderici Auguſti Poloniæ Regis, Magni Ducis Lithuaniæ & Saxoniæ Electoris, Patris & futuri Noſtri Soceri hanc ipſam renunciationem pro Nobis noſtriſque Poſteris, heredibus & ſucceſſoribus in tantum ſpontè absque ulla vi aut perſuaſione, ex certa ſcientia in finem ac intuitum, uti præmiſſum eſt, deliberatè fecimus, verum & pro Nobis dictisque noſtris Poſteris, heredibus & ſucceſſoribus coram Deo ejusque curia cœleſti ſacroſanctè pollicemur ac promittimus, Nos ea, quæ in hocce renunciationis Inſtrumento ejusque Articulis, punctis & clau-

clauſulis continentur, & in eo ex antiquis ordinationibus, pactis & diſpoſitionibus, præſertim verò ex declaratione ſupra ſæpius repetita & 19 Aprilis anni 1713. edita ceu baſi & fundamento hujus noſtræ renunciationis & reſpective acceptationis allegata, clarè deducta, proviſa, ſtipulata ac promiſſa ſunt & propediem in univerſis Suæ Cæſareæ Regiæque Catholicæ Majeſtatis regnis & provinciis ceu lex fundamentalis, Sanctio Pragmatica ac pactum Auguſtæ Familiæ promulgabuntur, ſincerè, fideliter ac accuratè obſervaturas neque iis ulla ratione via aut modo ſive directe ſive indirecte contraventuras, ſed & neque admiſſuras eſſe, ut iis à quocunque alio ſub qualicunque demùm prætextu aut colore unquam tempore contraveniatur. Nos Maria Joſepha nata Regia Princeps Hungariæ, Bohemiæ ac utriusque Siciliæ Archi-Duciſſa Auſtriæ vovemus ac juramus Deo omnipotenti pro Nobis, omnibusque noſtris heredibus, poſteris ac Succeſſoribus, quod hocce renunciationis & reſpectivè adhæſionis Inſtrumentum Nobis jam prælectum & à Nobis propriâ manu ſubſcriptum in omnibus punctis, articulis & clauſulis fideliter obſervare debeamus & velimus. Ita nos Deus adjuvet, ſine macula concepta benedicta Dei Mater Maria & omnes Sancti. A quo ad Deum omnipotentem ſic depoſitô graviſſimô Juramentô in vinculo verbi ac honoris noſtri promittimus, quod abſolutionem à ſummo Pontifice, ſive à quocunque alio ſub qualicunque prætextu excogitabili nec petituræ ipſæ neque etiam ultro oblatam unquam ſimus accepturæ neque ad hoc prodeſſe aut ſuffragari nobis unquam poſſit, aut debeat ulla argutia ſeu reſtrictio mentalis, ſed & neque exceptiones ullæ Juris & facti, eæ in ſpecie, quæ deſumi poſſent ex capite renunciationis & Juramenti invalidi, læſionis ultra dimidium, metûs reverentialis, coactionis vel doli, rei aliter geſtæ quam ſcriptæ, ignorantiæ, obſervantiæ antiquæ Legum vel conſuetudinum regnorum & provinciarum: Poſtremum nec illa beneficia & indulta Sexui feminino à Jure Civili & Canonico aliàs tribui & competere ſolita, de quibus utpote Nos Maria Joſepha Archi-Duciſſa peculiariter, diſtinctim plenèque inſtructæ ac certioratæ exiſtimus, quibus adeò omnibus & ſingulis aliisque ejusmodi quacunque induſtriâ & ingeniô excogitabilibus ſuffugiis, oppoſitionibus & exceptionibus, Nos deſponſata Maria Joſepha Archi-Duciſſa de aſſenſu & autoritate, ut ſupra ex certa noſtra ſcientia animôque deliberatô, ultrò juratò renunciavimus, ſincerè, ſemotô omni dolô.

In cujus rei fidem, robur ac perpetuum monumentum hocce renunciationis, abdicationis, ceſſionis & reſervationis Inſtrumentum à Nobis deſponſata Maria Joſepha, Regiaque Hungariæ, Bohemiæ, utriusque Siciliæ Principiſſa, Archi-Duciſſa Auſtriæ propriis manibus ſubſcriptum & appreſſo noſtro ſigillo munitum atque firmatum fuit, Viennæ die decima nona menſis Auguſti anno poſt Chriſtum incarnatum milleſimo ſeptingenteſimo decimo nono.

(L. S.) Maria Joſepha.

Præſentes ac teſtes fuerè Celſiſſimi Dominus Antonius Florianus Princeps à Lichtenſtein in Nicolsburg, Sacr. Cæſar. Majeſt. ſupremus Aulæ, nec non ejusdem quà Regis Hiſpaniarum ſupremus ſtabuli Præfectus, Aurei Velleri Eques: Dominus Eugenius Princeps Sabaudiæ & Pedemontium, Conſilii bellici Præſes, Sacr. Cæſar. Majeſtatis Locumtenens Generalis, Belgii Gubernator, Aurei Velleris Eques: Dominus Joannes Leopoldus Donatus Princeps à Trautſohn, Comes de Falckenſtein, Aurei Velleris Eques: Dominus Adamus Franciſcus Sacri Rom. Imperii Princeps à Schwarzenberg ſupremus Aulæ Cæſ. Mareſchallus, Aurei Velleris Eques.

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Dominus Philippus Ludovicus Sacr. Rom. Imp. Theſaurarius hereditarius, Comes à Sinzendorff, Aulæ Cæſareæ ſupre-

ſupremus Cancellarius, aurei Velleris Eques: Dominus Gundacarus Thomas Comes à Staremberg, aurei Velleris Eques: Dominus Erneſtus Fridericus Comes de Windiſchgrätz; excelſi Conſilii Imperialis aulici Præſes, Aurei Velleris Eques: Dominus Leopoldus Comes ab Herberſtein, Conſilii bellici Vice-Præſes, Equeſtris Prætoriæ Cohortis Præfectus: Dominus Leopoldus Joſephus Comes à Schlick, Supremus regni Bohemiæ Cancellarius: Dominus Fridericus Carolus Comes à Schönborn Sacr. Rom. Imper. Pro-Cancellarius, Coadjutor Bambergenſis: Dominus Aloyſius Thomas Raymundus Comes ab Harrach, Statuum inferioris Auſtriæ Mareſchallus, Aurei Velleris Eques: Dominus Don Franciſcus Antonius Fölch de Cardona Archi-Epiſcopus Valentiæ, ſupremi Conſilii Hiſpanici Præſes: Dominus Carolus Joſephus Comes de Paar, ſupremus Aulæ nec non in hereditariis Regnis & Provinciis Veredariorum Generalis Præfectus, Aurei Velleris Eques: Dominus Rudolphus Sacr. Rom. Imp Theſaurarius hereditarius, Comes à Sinzendorff Sacri Cubiculi Præpoſitus, Aurei Velleris Eques: Dominus Joſephus Ignatius Comes a Paar, Aulæ Auguſtiſſimæ Rom. Imperatricis Wilhelminæ Amaliæ viduæ ſupremus Præfectus: Dominus Carolus Ludovicus Sacr. Rom. Imp. Theſaurarius hereditarius Comes à Sinzendorff, excelſi Conſilii Imperialis Aulici Vice-Præſes: Dominus Sigiſmundus Fridericus Comes à Kevenhiller, Regiminis inferioris Auſtriæ Præſes ac Locumtenens: Dominus Franciſcus Wilhelmus Comes à Salm, Auguſtæ Rom. Imper. Amaliæ viduæ ſupremus ſtabuli Præfectus: Dominus Michael Joannes Comes ab Althan, Sacr. Rom. Imp. hereditarius Pincerna, S. Cæſ. Maj. ſupremus ſtabuli Præfectus, Aurei Velleris Eques; Reverendiſſimus Dominus Emericus Eſterhazi, Epiſcopus Zagrabienſis; Dominus Franciſcus Ferdinandus Comes a Kinski, regni Bohemiæ Cancellarius; Dominus Joannes Martinus Gſchwind de Peckſtein, Sacr. Cæſ. Maj. Campi Mareſchallus; Dominus Franciſcus Sebaſtianus Comes de Thierheimb, Campi Mareſchallus & Generalis belli Commiſſarius; Dominus Hieronymus Capece Marchio de Roffrano, è Conſilio ſupremo Hiſpanico, & Veredariorum per Italiam & regnum Neapolitanum ſupremus Præfectus, è Proceribus Hiſpaniæ primæ Claſſis; Dominus Rochus Stella Comes de S. Cruce, è Conſilio ſupremo Hiſpanico Generalis Campi Sub-Mareſchallus, Patritius Neapolitanus; Dominus Gotthardus Helfridus Comes de Welz, Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Eliſabethæ declaratæ Gubernatricis Tyroleos, ſupremus Aulæ Præfectus; Dominus Georgius Chriſtophorus Comes de Styrgkh, Aulæ Cancellarius; Dominus Joſephus Franciſcus Comes de Würben; ſupremus in curia feudali regni Bohemiæ Judex; Dominus Adolphus Bernardus Comes de Martinitz, Auguſtæ Roman. Imper. Magdalenæ Thereſiæ Viduæ ſupremus ſtabuli Præfectus; Dominus Otto Chriſtophorus Volckra, Comes de Haidenreichsſtein, Liber Baro in Steinabrum; Dominus Michael Wenceslaus ab Althan, liber Baro de Goldburg & Mahrſtetten; Dominus Franciſcus Antonius Comes de Walſegg, Cameræ Aulicæ Præſes; Dominus Gundacarus Poppo Comes de Dietrichſtein, Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani Eques, Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Mariæ Joſephæ ſupremus Aulæ Præfectus.

Omnes S. Maj. Cæſ. Regio-Catholicæ Conſiliarii Status actuales intimi.

Dominus Ladislaus Adamus Comes Erdödy, Epiſcopus Nitrienſis vice ac nomine abſentis Domini Comitis Nicolai Illyeſchazii, regni Hungariæ Aulæ Cancellarii; Dominus Baro Joannes Joſephus Bornemiſza de Kaſzon, Pro-Cancellarius Aulico-Tranſylvanicus, ſedium ſcientialium Eſik, Giergio & Kaſſon ſupremus Judex Regius; Dominus Raymundus de Villana Perlas, Marcheſius de Rialp, Secretarius Status Expeditionis Hiſpanicæ.

Præfatam renunciationem & adhæſionem uti præmittitur coràm Sereniſſimo, Potentiſſimo ac Invictiſſimo Principe ac Domino, Domino noſtro Carolo VI. divinâ favente clementiâ electo Romanorum Imperatore, ſemper Auguſto, Germaniæ,

niæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæque Rege &c. Archi-Duce Auſtriæ P. P. adſtantibus Auguſtis Romanorum Imperatricibus regnante & viduâ, Eliſabethâ Chriſtinâ & Wilhelminâ Amaliâ à Sereniſſima deſponſata Regia Principiſſa Maria Joſepha Archi-Duciſſa Auſtriæ, die 19 menſis Auguſti anni milleſimi, ſeptingenteſimi decimi noni, Viennæ in horto Cæſareo ſuburbano Favorita dicto, in Aula ejusdem majore, quo loco aliàs ſecretiora conſilia agitari ſolent, emiſſam ab ea ſubindè propriâ manu ſubſcriptam & tactis S. S. Evangeliis ſolenni Juramento, appoſitoque ſigillo, advocatis ſupra nominatis Cæſareis Conſiliariis Status intimis, aliisque miniſtris confirmatam fuiſſe, atteſtor propriâ manus ſubſcriptione & ſoliti ſigilli mei impreſſione Viennæ die & anno quo ſupra.

(L. S.) *Ego Joannes Georgius de Buol, Sacr. Regiæque Cathol. Majeſtatis Conſiliarius Aulicus Secretarius Status ac pro Auſtria ſuperiori & anteriori Referendarius Intimus, & adhuc actum autoritate Cæſareâ & Archi-Ducali creatus Notar. Publicus,*

Præſens exemplum ſuo Originali in omnibus & per omnia, factâ diligenti utriusque collatione, conſonum eſſe atteſtor.

Signatum erat

(L. S.) *Antonius Schneller, Sacr. Cæſ. & Cathol. Majeſt. Cancellariæ Status Aulici intimæ Regiſtrator.*

* * *

Acceſſio & Confirmatio renunciationis à Sereniſſima Archi-Duciſſa Maria Joſepha, die 19. Auguſti 1719. factæ per Sereniſſimum Principem Fridericum Auguſtum, Regium Principem Poloniæ &c. &c. Electoralem Saxoniæ.

NOs Fridericus Auguſtus Dei Gratia Regius Poloniæ & Lithuaniæ ac Electoralis Princeps, Dux Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium, nec non Angriæ & Weſtphaliæ, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ, ut & ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Comes Princeps Hennebergenſis, Comes Marcæ, Ravensbergæ & Barby, Dominus in Ravenſtein, Notum teſtatumque hiſce facimus ad perpetuam rei memoriam univerſis: Cum Deo propitio factum ſit ut Sereniſſimus & Potentiſſimus ac Invictiſſimus Princeps ac Dominus Carolus divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator, hujus nominis Sextus, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniarum ac Indiarum nec non Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, utriusque Siciliæ Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ & Wirtenbergæ, Comes Tyrolis &c. pro poteſtate & authoritate, quâ pollet, de voluntate & adſenſu Sereniſſimæ ac Potentiſſimæ Romanorum Imperatricis Dominæ Amaliæ colendiſſimæ tunc temporis Sponſæ, nunc Conjugis Noſtræ Genetricis, Nobis perdilectiſſimam ſuam ex Fratre Neptem Sereniſſimam Dominam Mariam Joſepham Regiam Principem Hungariæ, Bohemiæ, utriusque Siciliæ &c. Archi-Duciſſam Auſtriæ &c. &c. prævio quoque ejusdem conſenſu, ſub die 10. Auguſti a. c. in futuram Conjugem deſponſarit, eâ diſertâ Lege & conditione, ut Dilectio ſua pro ſumma centum millium florenorum Rhenenſium dotis nomine eidem in contractu matrimoniali conſtitutæ, ſtatutôque tempore numerandæ, omni paternæ avitæque ſucceſſioni & hæreditati juxta morem in inclyta Domo Auſtriaca jam dudum receptum, & ſubindè per pacta ac ſubſecutas declarationes, & in ſpecie per declarationem die 19. Aprilis 1713. vim Legis,

San-

Sanctionis pragmaticæ & pacti familiæ perpetui obtinentem ac propediem in omnibus Regnis, Principatibus & Provinciis Suæ Majeſtatis Cæſareæ Regio-Catholicæ promulgandam, dilucidatum magis magisque obfirmatum ritu ſolemni renunciaret, ipſa verò id non modò Viennæ ſub die 19. Auguſti a. c. acceptante, iſtamque acceptationem in animam noſtram jurejurandô confirmante noſtrô Procuratore Magni Ducis Lithuaniæ ſtabuli præfectô, Regiæ Suæ Majeſtatis Poloniæ Campi Mareſchallô, ſecretioris Conſilii Directore, actuali Conſiliariô intimô, & arcani Conſilii Bellici Præſide, Domino Jacobo Henrico Comite à Flemming, ſcientibus ac conſentientibus Nobis ante conſummationem matrimonii actu præſtiterit, ſed & eandem renunciationem hic Dresdæ hodiernô die infra ſcriptô, Nobis præſentibus, volentibus, conſentientibus & appromittentibus iteraverit, cujus tenor ſequens eſt.

Inſeratur Renunciatio à Sereniſſima Archi-Duciſſa Maria Joſepha Viennæ facta.

Quod Nos Fridericus Auguſtus Regius Poloniæ & Lithuaniæ ac Electoralis Princeps, iſtam à Dilectione ſua perdilectiſſima Conjuge noſtra ita factam, iteratamque renunciationem, cui velut pravia conditioni, ipſe matrimonii Contractus innititur, ſicque & non aliter initus fuit, per omnia in omnibus ſuis punctis, clauſulis & articulis acceptaverimus, adprobaverimus, laudaverimus & confirmaverimus, prout eandem hiſce literis noſtris ſub præmiſſa Lege, pacto & conditione acceptamus, adprobamus, laudamus & confirmamus, eamque voluntate, adſenſu, & conſenſu noſtro authorizamus, atque etiam adſtipulantibus Nobis ritè ac validè perfectam fuiſſe profitemur pro Nobis heredibusque noſtris ac Succeſſoribus promittentes & caventes Nos præfatam renunciationem juxta Primogenituræ in inclyta Domo Auſtriaca inter maſculos jam dudum receptas, & ſubindè per pacta & recentiores declarationes Nobis apprimè cognitas, ad feminas diſertè extenſas, atque vim Pacti familiæ perpetui obtinentes, emiſſam atque iteratam in omnibus & ſingulis punctis, articulis & conditionibus, tàm quoad ordinem ſuccedendi in eo ſtatutum, quàm quoad ſtabilitam in eo unionem perpetuam, ac omnimodam omnium Regnorum, Provinciarum, Principatuum ac Ditionum à Sua Majeſtate Cæſarea Regio-Catholica in præſens poſſeſſarum aut in futurum poſſidendarum indiviſibilitatem & inſeparabilitatem ratam, gratam, probatamque, habere, ſemperque habituros, neque ulla in re illi unquam contraventuros, aut, ut à quocunque contraveniatur, paſſuros eſſe. In cujus rei majus robur iſtam à Nobis factam renunciationis acceptationem ac ratificationem, ejusque perpetuam obſervationem Juramento firmavimus atque in ejus teſtimonium præſentes manibus noſtris ſubſcriptas ſigillo noſtro muniri fecimus. Dresdæ die 1. menſis Octobris anni 1719.

(L.S.) *Fridericus Auguſtus.*
R. P. P. & L. E. S.

* * *

Acceſſio & Confirmatio renunciationis à Seren. Archi-Duciſſa Maria Joſepha, die 19. Aug. 1719. factæ per Sereniſſimum Principem Auguſtum, Regem Poloniæ & Electorem Saxoniæ.

Nos Auguſtus Secundus, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ, Samogitiæ, Kioviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernicoviæque; Dux Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, nec

nec non Angriæ & Weſtphaliæ, Sacri Rom. Imp. Archi-Mareſchallus & Elector, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, ut & ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Burggravius Magdeburgenſis, Comes Princeps Hennebergenſis, Comes Marcæ, Ravensbergæ & Barby, Dominus in Ravenſtein, Notum teſtatumque hiſce facimus ad perpetuam rei memoriam univerſis: Cùm Deo propitiô factum ſit ut Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dominus Carolus, Romanorum Imperator hujus nominis Sextus, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniarum & Indiarum nec non Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, utriusque Siciliæ Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtenbergæ, Comes Tyrolis &c. pro poteſtate & autoritate, quâ pollet; de voluntate & adſenſu Sereniſſ. ac Potentiſſimæ Roman. Imperatricis Dominæ Amaliæ, colendiſſimæ Sponſæ genitricis dilectiſſimo Filio noſtro Sereniſſ. Principi Domino Friderico Auguſto Regio Poloniæ & Lithuaniæ, itemque Electorali Principi, Duci Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, ut & ſuperioris ac inferioris Luſatiæ, Comiti Principi Hennebergenſi, Comiti Marcæ Ravensbergæ & Barby, Domino in Ravenſtein, perdilectiſſimam ſuam ex fratre Neptem Sereniſſ. Dominam Mariam Joſepham Regiam Principem Hungariæ, Bohemiæ, utriusque Siciliæ &c. Archi-Duciſſam Auſtriæ &c. prævió quoque ejusdem conſenſu, ſub die decima Aug. a. c. in futuram Conjugem deſponſarit, eâ diſertâ Lege & conditione ut Dilectio ſua pro ſumma centum millium florenorum Rhenenſium dotis nomine eidem in contractu matrimoniali conſtitutæ, nobisque ſtatutô tempore numerandæ, omni paternæ, avitæque ſucceſſioni & hereditati, juxta morem in inclyta Domo Auſtriaca jamdudum receptum, & ſubindè per pacta & ſubſecutas declarationes, & in ſpecie per declarationem die 19. Aprilis 1713. vim legis ſanctionis pragmaticæ & pacti familiæ perpetui obtinentem, ac propediem in omnibus Regnis, Principatibus & Provinciis Suæ Majeſt. Sereniſſ. ac Potentiſſimi Roman. Imperatoris promulgandum, dilucidatum magis magisque obfirmatum, ritu ſolemni renunciaret; Ipſa verò id non modò Viennæ ſub die 19. Aug. a. c. acceptante, iſtamque acceptationem in animam noſtram jurejurandô confirmante noſtro Procuratore, Magni Ducatus Lithuaniæ ſtabuli Præfectô, noſtrô Campi Mareſchallô, ſecretioris Conſilii Directore, actuali Conſiliario intimo & arcani Conſilii bellici Præſide, Jacobo Henrico Comite à Flemming, ſciente ac conſentiente dilectiſſimô Filiô noſtrô Fridericô Auguſtô, Sponſô, ante conſummationem matrimonii actu præſtiterit, ſed & eandem renunciationem hic Dreſdæ hodiernô die infra ſcriptô Nobis Rege Auguſtô, & Filiô noſtrô Principe Fridericô Auguſtô præſentibus, volentibus, conſentientibus & appromittentibus iteraverit, cujus tenor ſequens eſt:

Inſeratur renunciatio à Sereniſſima Archi-Duciſſa Maria Joſepha Viennæ facta.

Quod Nos Auguſtus Secundus, Dei Gratiâ Rex Poloniæ &c. Iſtam à dilectione Sua perdilectiſſima Nuru noſtra ita factam iteratamque renunciationem, cui, velut præviæ conditioni, ipſe matrimonii contractus innititur, ſicque & non aliter initus fuit, per omnia in omnibus ſuis punctis, clauſulis & articulis acceptaverimus, adprobaverimus, laudaverimus & confirmaverimus, prout eandem hiſce literis noſtris ſub præmiſſa lege, pacto & conditione acceptamus, adprobamus, laudamus & confirmamus, eamque voluntate, adſenſu & conſenſu noſtro autori-

thori-

thorizamus, atque etiam adſtipulantibus nobis ritè ac validè perfectam fuiſſe profitemur, verbo Regio & Electorali pro Nobis, Heredibusque noſtris ac Succeſſoribus promittentes ac caventes, nos, præfatam renunciationem juxta Leges Primogenituræ in inclyta Domo Auſtriaca inter maſculos jamdudum receptas, & ſubindè per pacta, recentiores declarationes Nobis apprimè cognitas, ad feminas diſertè extenſas, atque vim pacti familiæ perpetui obtinentes, emiſſam atque iteratam in omnibus & ſingulis punctis, articulis & conditionibus, tàm quoad ordinem ſuccedendi in eo ſtatutum, quàm quoad ſtabilitam in eo unionem perpetuam ac omnimodam omnium Regnorum, Provinciarum, Principatuum ac ditionum à Sua Majeſtate, Sereniſſ. & Potentiſſimo Romanorum Imperatore in præſens poſſeſſarum, aut in futurum poſſidendarum indiviſibilitatem & inſeparabilitatem ratam, gratam probatamque habere, ſemperque habituros, neque ullà in re illi unquam contraventuros, aut ut à quocunque contraveniatur, paſſuros eſſe. In cujus rei majus robur iſtam à Nobis factam renunciationis acceptationem ac ratificationem ejusque perpetuam obſervationem juramento firmavimus. Atque in ejus teſtimonium præſentes manibus noſtris ſubſcriptas ſigillo noſtro muniri fecimus. Dreſdæ die 1. menſis Octobris anni 1719.

Auguſtus Rex.

G. Comes de Werthern B. de Zech.

* * *

Iterata Confirmatio renunciationis ab Archi-Duciſſa Maria Joſepha, Dreſdæ facta cum annexo Juramento.

Cùm in pactis conjugalibus inter Sereniſſimum Principem Dominum Fridericum Auguſtum Regium Poloniæ ac Lithuaniæ, itemque Electoralem Principem, Ducem Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium Angriæ & Weſtphaliæ, Landgravium Thuringiæ, Marchionem Miſniæ ut & ſuperioris ac inferioris Luſatiæ, Comitem Principem Hennebergenſem, Comitem Marcæ, Ravensbergæ & Barby, Dominum in Ravenſtein & Sereniſſimam Principem Dominam Mariam Joſepham Regiam Principem Hungariæ, Bohemiæ utriusque Siciliæ &c. Archi-Duciſſam Auſtriæ &c. die 20. Auguſti a. c. initis Art. III & V. conventum & à Regia Sua Majeſtatis Poloniæ, Suaque Serenitatis Principis Regiæ Procuratore, Magni Ducatus Lithuaniæ ſtabuli Præfecto, Regiæ Suæ Majeſtatis Campi Mareſchallo & ſecretioris Conſilii Directore, actuali Conſiliario intimo & arcani Conſilii bellici Præſide Jacobo Henrico Comite à Flemming, vigore ſpecialis mandati promiſſum fuerit, ut ſolennem ceſſionem, renunciationem & abdicationem, quam prædicta Sereniſſima Regia Princeps ſuper omnibus & ſingulis à Sua Cæſarea ac Regia Catholica Majeſtate in & extra Germaniam modò poſſeſſis, aut alias de Jure ad eam ſpectantibus Regnis hæreditariis, Archi-Ducatibus, Principatibus, Ditionibus aut Provinciis quocunque demùm nomine ea veniant, ac ſuper ejusdem veris aut putativis ex quocunque titulo provenientibus Juribus fecit, atque Juramento corporali ante conſummationem matrimonii Viennæ die 19 præfati menſis Auguſti firmavit, non ſolùm memorata Sereniſſima Regia Princeps Maria Joſepha Archi-Duciſſa Auſtriæ hic Dreſdæ præſente Suæ Cæſareæ ac Regiæ Catholicæ Majeſtatis ad hunc actum ſpecialiter ablegato Miniſtro, iterare ac denuò juramento firmare, ſed etiam Sereniſſimus & Potentisſimus Princeps & Dominus Auguſtus ſecundus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernicoviæque; Dux Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium nec non Angriæ & Weſtphaliæ, Sacri Rom. Imperii Archi-Mareſchallus & Elector, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, ut & ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Burggravius Magdeburgenſis; Comes Princeps Henneber-

nebergenſis, Comes Marcæ, Ravensberga & Barby, Dominus in Ravenſtein, una cum anteſato Sereniſſimo Principe Regio Polonia & Electorali Saxonia Friderico Auguſto probare & acceptare, eamque pro valida & obligatoria agnoſcere, nec non ad perpetuam firmamque obſervantiam veterum recentiorumque diſpoſitionum divorum Romanorum Imperatorum, videlicet Ferdinandi, de dato 10 Maji anni 1621 & 8 Auguſti anni 1635. nec non Leopoldi gl. m. de dato 12 Sept. anni 1703. praecipuè verò & nominatim juxta declarationem à ſua modò feliciter regnante Caeſarea Regiò-Catholica Majeſtate, quoad ſucceſſionem ejusque modum & ordinem deinceps in Auguſta Domo obſervandum die 19. Apr. anni 1713. in vim Sanctionis Pragmaticae ac legis perpetuò valiturae emiſſam depoſito ad Deum ejusque ſanctum Evangelium ſolenni Juramento ſe obſtringere velint ac debeant, jamque à Cæſarea Sua Majeſtate ad hunc actum actualis ejusdem Conſiliarius intimus, Cubicularius Regius locumtenens & ſupremus Burggravius Pragenſis Joannes Joſephus Comes de Wyrby, huc ſpeciali mandato inſtructus miſſus fuerit.

Hinc Nos Maria Joſepha Regia Poloniae ac Lithuaniae itemque Electoralis Saxoniae Princeps, nata Regia Princeps Hungariae, Bohemiae, ac utriusque Siciliae &c. Archi-Duciſſa Auſtriae &c. ea quae in ſupra citata renunciatione ejusque articulis, punctis & clauſulis continentur, & in ea ex antiquis jam allegatis ordinationibus, pactis & diſpoſitionibus, praeſertim verò ex declaratione iſta 19 April. anni 1703. edita ſeu baſi & fundamento noſtrae renunciationis & reſpectivè acceptationis allegata, clarè deducta, proviſa, ſtipulata, promiſſa ac Juramento die quo ſupra firmata jam fuerunt, ſincerè, fideliter & accuratè obſervaturas, neque iis ullâ ratione, viâ aut modo ſive directè ſive indirectè contraventuras, neque ut ab iis à quocunque alio, ſub qualicunque demum praetextu aut colore, ullo unquam tempore contraveniatur, admiſſuras eſſe denuò promittimus, Deoque omnipotenti pro Nobis, omnibusque noſtris Heredibus, Poſteris & ſucceſſoribus vovemus ac juramus, quod ſaepius memoratam renunciationem & reſpectivè adhaeſionem, cujus inſtrumentum Nobis Viennae die 19 Aug. a. c. praelectum, & à Nobis propriâ manu ſubſcriptum fuit, in omnibus punctis articulis & clauſulis fideliter obſervare debeamus & velimus.

Ita Nos Deus adjuvet, ſanctum ejus Evangelium & omnes ſancti.

Itemque Nos Fridericus Auguſtus Regius Poloniae & Lithuaniae, nec non Electoralis Saxoniae Princeps, iſtam à perdilectiſſima Conjuge noſtra Sereniſſima Principe Regia Poloniae & Lithuaniae itemque Electorali Saxoniae, nata Principe Regia Hungariae, Bohemiae, ac utriusque Siciliae &c. Maria Joſepha Archi-Duciſſa Auſtriae &c. factam & à ſupra nominato Procuratore noſtro Comite à Flemming in animam noſtram Juramento ſolemni jam Viennae firmatam renunciationem & adhaeſionem in omnibus ſuis punctis, clauſulis & articulis acceptamus, adprobamus, laudamus & confirmamus eamque voluntate, adſenſu & conſenſu noſtro autorizamus atque etiam adſtipulantibus Nobis ritè ac validè perfectam fuiſſe profitemur, Deoque omnipotenti pro Nobis heredibusque noſtris ac ſucceſſoribus vovemus ac juramus quod praefatam renunciationem juxta Leges Primogeniturae in inclyta Domo Auſtriaca inter Maſculos jamdudum receptas, & ſubindè per pacta & recentiores declarationes nobis apprimè cognitas, ad feminas diſertè extenſas, atque vim pacti Familiae perpetui obtinentes, emiſſam atque iteratam in omnibus & ſingulis punctis, articulis & conditionibus ratam, gratam, probatamque habeamus fideliterque obſervare debeamus & velimus.

Ita Nos Deus adjuvet, ſanctum ejus Evangelium & omnes ſancti.

Nosque Auguſtus Secundus, Dei gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Dux Saxoniae & Elector &c. à Dilectione ſua perdilectiſſima Nuru noſtra Sereniſſ. Principe Regia Poloniae & Lithuaniae, itemque Electorali Saxoniae, nata Principe Regia Hungariae, Bohemiae, utriusque Siciliae &c. Maria Joſepha, Archi-Duciſſa Au-

Auſtriae &c. im factam à Procuratore noſtro Comite à Flemming, noſtro nomine Viennae acceptam, Juramentoque in animam noſtram confirmatam & jam nobis & perdilectiſſimo Filio noſtro Principe Regio Poloniae & Electorali Saxoniae Friderico Auguſto praeſentibus volentibus, conſentientibus & adpromittentibus hic iteratam renunciationem per omnia acceptamus, laudamus & confirmamus, eamque voluntate adſenſu & conſenſu noſtro autorizamus, atque etiam adſtipulantibus Nobis ritè ac validè perfectam fuiſſe profitemur, Deo omnipotenti pro Nobis Heredibusque noſtris & Succeſſoribus voventes & jurantes, iſtam renunciationem juxta Leges Primogeniturae in inclyta Domo Auſtriaca inter Maſculos jamdudum receptas, & ſubindè per pacta & recentiores declarationes Nobis apprimè cognitas ad feminas diſertè extenſas, atque vim pacti familiae perpetui obtinentes, emiſſam atque iteratam in omnibus & ſingulis punctis, articulis & conditionibus, à Nobis hodiernâ die ſolemni Diplomate ratihabitam, gratam, probatamque habere, nec ulla in re illi unquam contravenire, aut, ut à quocunque contraveniatur, pati velimus aut debeamus.

Ita Nos Deus adjuvet, ſanctum ejus Evangelium, & omnes ſancti.

In fidem hujus reiteratae renunciationis, adhaeſionis, & acceptationis inſtrumentum hoc propriis manibus à Nobis Auguſto Secundo, Rege Poloniae &c. Electore Saxoniae &c. Nobis Regio Poloniae ac Lithuaniae, itemque Electorali Saxoniae Principe Friderico Auguſto, & Nobis Regia Principe Maria Joſepha, ſubſcriptum ſigillisque noſtris munitum eſt

Dreſdæ prima menſis Octobris anni milleſimi Septingenteſimi decimi noni.

(L.S.) *Auguſtus Rex.*

(L.S.) *Fridericus Auguſtus, R. P. P. & L. E. S.*

(L.S.) *Maria Joſepha, R. P. P. & L. E. S. & A. A.*

Renunciatio Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Mariæ Amaliæ, deſponſatæ Sereniſſimo Carolo Alberto Principi Electorali Bavariæ &c.

NOs Maria Amalia, Hungariæ, Bohemiæ, nec non utriusque Siciliæ Regia Princeps, Archi-Duciſſa Auſtriæ &c. agnoſcimus & profitemur pro Nobis noſtrisque poſteris, hæredibus & ſucceſſoribus, univerſisque, quorum intereſt aut futuris unquam temporibus intereſſe quomodocunque poterit, notum teſtatumque facimus tenore præſentium ad perpetuam rei memoriam. Poſtquam Sereniſſimus Potentiſſimus ac Invictiſſimus Princeps ac Dominus, Carolus Dei favente clementiâ electus Romanorum Imperator hujus nominis ſextus, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniarum ac Indiarum, nec non Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, utriusque Siciliæ Rex, Archi-Dux Auſtriæ, colendiſſimus Dominus Patruus noſter, Nos paternâ planè in Nos curâ ad amicam petitionem Sereniſſimi Principis Domini Maximiliani Emanuelis, utriusque Bavariæ Ducis, Comitis Palatini Rhenani, Landgravii Leuchtenbergæ, S. R. I. Archidapiferi & Electoris &c. perdilecto ſuæ Dilectionis Filio, Sereniſſimo Principi, Domino Carolo Alberto, Electorali Principi &c. accedente imprimis noſtrâ voluntate & conſenſu, annuente & ſuadente quoque Sereniſſima & Potentiſſima Romanorum Imperatrice Amalia, colendiſſima ac perdilectiſſima Genetrice noſtra, obtenta prævia diſpenſatione Sanctiſſimi Patris, Domini Innocentii XIII. Romanæ atque univerſalis Eccleſiæ Pontificis, quæ data eſt Romæ die 24 Aug. anni 1722. in Sponſam & futuram Conjugem adpromiſit: porrò in Tractatu deſuper habito articulô ejusdem

Digitized by Google

tertiô inter cætera id primò locô actum, diſertisque verbis cautum proviſumque fuerit, ut nos intuitu iſtius matrimonii juxta ac præviè utrinque placitum ac conventum fuit, antecedenter ad noſtrum conſenſum & nuptias juxta regulas ſucceſſionis primogenialis in Auguſta Domo jamdudum radicatæ, ſed quæ ab Imperatore Ferdinando hujus nominis ſecundo, colendiſſimo quondam Atavo noſtro glorioſiſſ. memoriæ in ſuo die 10. Maji anni 1621. confecto teſtamento conditisque deſuper die 8. Aug. anni 1635. codicillis quoad ordinem ſucceſſionis inter hæredes ſuos maſculos dilucidata magis ac firmius ſtabilita fuit, quæque ſubindè ex diſpoſitione paterna à Sereniſſimo quondam, Potentiſſimo ac Invictiſſimo Principe ac Domino, Domino Leopoldo Romanorum Imperatore, colendiſſimo Avo noſtro, inter filios ſuos, Sereniſſimos quoque & Potentiſſimos tunc reſpectivè Romanorum & Hiſpaniarum Reges, Dominum Joſephum & Dominum Carolum Archi-Duces ſucceſſivè Romanorum Imperatores colendiſſimos ac perdilectiſſimos noſtros Genitorem & Patruum die 12. Sept. 1703. ipſis ſcientibus, volentibus, ſtipulantibus & acceptantibus facta ad Fœminas ex linea in Germania regnante deſcendentes extenſa, ac deindè die 19. Aprilis anni 1713. convocatis ad id Suæ Cæſ. Catholicæ Majeſtatis Conſiliariis Status arcanis Regnorumque ac Provinciarum ejuſdem Cancellariis, uberius explicata in publicum & perpetuum Sereniſſ. Domus Auſtriacæ Pactum, quin in Legem fundamentalem & ſanctionem pragmaticam abiit, omnibus noſtris Juribus, actionibus & rationibus, quæ vel quas in Regna, Ditiones, Principatus & Provincias à Sua Majeſtate Cæſarea nunc feliciter regnante poſſeſſas vel de Jure quomodocunque ad ſe ſpectantes competere nobis noſtrisque olim poſteris ac hæredibus utriusque cùm maſculini tùm fœminini ſexus quacunque demum de cauſa poſſent, in favorem & commodum non ſolùm univerſorum maſculorum è dicta Auguſta Domo legitimè oriendorum Archi-Ducum, ſed in præcipuum quoque ac prælationem fœminarum Archi-Duciſſarum à Sua Majeſtate Cæſarea hodiè glorioſè imperante progenitarum ac deinceps naſciturarum earumque poſteritatis ac hæredum pariter utriusque tàm fœminini quàm maſculini ſexus, quin inſuper & amplius in prælationem & favorem quoque, dilectiſſimæ Senioris noſtræ Sororis conſanguineæ Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Mariæ Joſephæ, Hungariæ, Bohemiæ, nec non utriusque Siciliæ natæ Regiæ Principis, Regii Poloniæ & Electoralis Saxoniæ Principis, Domini Friderici Auguſti in præſens Conjugis, prout & ejusdem poſteritatis non maſculinæ tantùm ſed & fœmininæ juxta ordinem ſucceſſionis primogenialis in Auguſta Domo pro utroque ſexu ſtabilitum atque in Regnis, Archi-Ducatibus, Provinciis & Ditionibus ejusdem actu tum promulgatum atque ab iis pro ſingulorum more receptum ſolemniter renunciemus, cedamus & abdicemus, quod Nos ad majorem Dei omnipotentis honorem & gloriam, incrementum majus populorum atque ut Regna & Provinciæ à Sua Majeſtate Cæſarea Regio-Catholica in præſens poſſeſſæ ac deinceps poſſidendæ perpetuis futuris temporibus indiviſibiliter & inſeparabiliter inter ſe penes unum eundemque hæredem juxta ſucceſſionis ordinem ſtabilitum unitæ permaneant, ordinationibus, inſtitutis ac diſpoſitionibus præfatis, præſertim verò Declarationi allegatæ & nobis unà cum reliquis productæ de die 19. April. 1713. uti ſupra promulgatæ inhærentes ac de re, de qua agitur, ritè plenèque edoctæ, de conſilio, voluntate & aſſenſu prædicti Sereniſſimi Principis Electoralis, dilectiſſimi Sponſi noſtri annuente quoque & conſentiente Sereniſſimô Dominô Electore, Ejusdem Genitore (prout ex inſtrumento eorum Ratificationis, tum ex mandato procuratorio diffuſius conſtat) ex certa noſtra

noſtra ſcientia animoque benè deliberato, omnibus juribus, prætenſionibus, actionibus, & rationibus, quæ nobis ſive jure ſanguinis & nativitatis, ſive ex uſu & obſervantia olim in Auguſta Domo uſitata ſive etiam ex pacto præallegato de die 12. Sept. anni 1703. ſive aliô quocunque demum nomine aut excogitabili titulô in regna, principatus, ditiones & provincias, quæ ab alte fata Majeſtate Sua Cæſarea colendiſſimo Domino noſtro Patruo actu in præſens poſſidentur aut poſſideri de jure poſſent ac deberent, competunt aut competere poſſent, ſponte, liberrimâ voluntate nullâ vi aut coactione callidâve perſuaſione, aut metu etiam reverentiali inducta, pro Nobis noſtrisque Poſteris, omnibus heredibus tam maſculini quam fœminini ſexus ceſſerimus, & renuntiaverimus, prout eisdem vigore præſentium de conſenſu, uti ſupra in optima & ampliſſima juris forma, animô deliberatô ac ſpontaneô ultrò cedimus, renunciamus & abdicamus, idque non ſolùm in favorem, commodum & prælationem poſteritatis & hæredum maſculorum, quos numeroſos Majeſtati Suæ à Deo precamur, prout & fœminarum Archi-Duciſſarum à Majeſtate Sua jam progenitarum & deinceps naſciturarum omniumque eorum poſterorum, hæredum & ſucceſſorum utriusque ſexus ex legitimo thoro procreatorum & non legitimatorum, ſed & inſuper in prælationem quoque favorem & commodum præfatæ Senioris noſtræ Sororis Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Mariæ Joſephæ ejusdemque poſterorum & ſucceſſorum maſculorum pariter & fœminarum ex legitimo thoro procreatorum & non legitimatorum, adeò, ut quamdiu ex his Majeſtati Suæ Cæſareæ deſcendentibus proles unius alteriusve ſexus, vel iis (quod abſit) prorſus deficientibus ex præfatæ Sereniſſimæ Sororis noſtræ corpore legitimè deſcendentibus proles aliqua ſive maſculina ſive fœminina, quocunque demùm gradu ſupervixerit, neque Nos neque Filii, Poſteri & Hæredes noſtri neque quisquam alius eorum nomine ullam unquam ſucceſſionem aut ſuccedendi jus in dicta regna, principatus, ditiones & provincias, vel etiam aliquam illorum illarumve partem, licet minimam, utpote lineæ Cæſareæ Regiæ Carolinæ nunc regnatrici, & in ea deſcendentibus maribus & fœminis, & iis, (quod Deus avertat) penitùs deficientibus, lineæ antefatæ Senioris Sororis noſtræ, Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Mariæ Joſephæ & in ea deſcendentibus pariter maribus & fœminis legitimis, non legitimatis, jure Primogenituræ in infinitum inſeparabiliter & indiviſibiliter affectas prætendere velimus, poſſimus aut debeamus: declarantes ac ſeriò profitentes, quod nos prælibatum in Auguſta Domo receptum, avitâque providentiâ ſtabilitum, & per ſupra citatam declarationem obfirmatum magisque dilucidatum primogenituræ jus, nec non præſcriptum in ea cùm maribus tùm fœminis ſuccedendi ordinem linealem ceu normam & legem fundamentalem ejusdemque pro Nobis noſtrisque poſteris & hæredibus utriusque ſexus reſpicere, tenere, obſervare eique firmiter inhærere, nec, ut contra ejusdem tenorem & diſpoſitionem à Nobis vel ab hæredibus & poſteris noſtris, cujuscunque ſexus ſint, aut à quovis alio noſtro aut illorum nomine, quibuscunque demùm de cauſis, quas omnes & ſingulas irritas, vanas, invalidas & injuſtas ex nunc pro tunc pronuntiamus, agatur, committere unquam aut pati velimus, quin potius obreſtamur atque etiam ſacroſanctè pollicemur, quod ſi unquam (quod abſit) aliquam vel aliquod ex dictis ditionibus, regnis, principatibus aut provinciis in totum vel in partem ultrò nobis deferri aut nos ad aliquam ſeu eorum aliquod à quocunque qualicunque demum ſub prætextu aut colore vocari aut ſolicitari contingeret, nos non tantùm ejusmodi damnabiles donatus pernicioſaque conſilia ac molimina perpetuò conſtanterque rejecturas, nedum illis aures, aſſenſum,

opem vel auxilium ullum præbituras, aut ut id ab alio quocunque tantùm fiat, paſſuras, ſed ut potius in debita legitimo ſucceſſori unius alteriusve ſexus fide & obedientia perſeverent, omnes vires eſſe impenſuras, atque adeò eâ dote in ipſo matrimonii noſtri contractu, nobis aſſignatâ cæteriſque apparatibus ac ornamentis, quibus ſtatui noſtro convenienter elocabimur, à modo contentas Nos plenè pro omnibus juribus, actionibus & prætenſionibus, cujuscunque nominis ſint, quæque nobis ex qualicunque demùm cauſa, uti ſupra, competere poſſent ſatisfactum nobis eſſe declaramus; Quousque nempe proles unius alteriusve ſexus à Sua Majeſtate Cæſarea Regio-Catholica procreata ac deinceps procreandæ earumque poſteri ac deſcendentes pariter utriusque ſexus, vel iis (quod abſit) prorſus deficientibus proles legitimatæ unius alteriusve ſexus ex ſæpe fata Seniore Sorore noſtra Sereniſſima Maria Joſepha Archi-Duciſſa Auſtriæ, Regia Poloniæ & Electorali Saxoniæ Principe deſcendentes in vivis ſupererunt: quodſi verò (quod Deus in æternum prohibeat) omnes utriusque tàm fœminini quàm maſculini ſexus proles à Sua Majeſtate vel (caſu & ordine Succeſſionis, uti præmittitur, eveniente) à Sereniſſima-Archi-Duciſſa Maria Joſepha Seniore Sorore noſtra progenitæ vel deinceps procreandæ una cum omni earum poſteritate pariter maſculina & fœminina extingui ac prorſus deficere unquam accideret, in eum caſum, qui nobis aditum ad capeſſendam paternam avitamque hæreditatem vel ex ipſo primogenituræ inſtituto, præſertim verò vi præcitatæ declarationis de die menſis Aprilis anni 1713. juxta ſtabilitum in ea ſucceſſionis linealis ordinem recluderet, Nobis noſtrisque poſteris & deſcendentibus tàm maribus quàm fœminis jus omne omnesque actiones ad ſuccedendum in dictis regnis, principatibus, ditionibus ac provinciis ex jure dominii, hypothecæ, vel aliò quôcunque competentes vigore præſentium ſolenniſſimè ac pleniſſimè per expreſſum reſervamus, ita ut quæ facta à Nobis eſt pro poſteritate ſuæ Majeſtatis Cæſareæ & ſubindè ſuæ dilectionis Dominæ Sororis noſtræ utriusque ſexus tàm fœminini quàm maſculini renunciatio illa tunc & eô caſu, ceu non facta aut pro non emiſſa haberi neque obſtare ea Nobis, Hæredibus & Poſteris noſtris maribus ſeu fœminis, aut ullum ad ſucceſſionem obicem facere poſſe, cenſeri debeat, quam ipſam tamen reſervationem noſtram de iis duntaxat hæredibus & Poſteris noſtris maſculis ſeu fœminis intellectam volumus, qui & quæ Catholicam Apoſtolicam Romanam religionem eveniente caſu profitentur, cùm omnes, qui alicui alteri, quam Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ religioni addicti vel addictæ eſſent, ab omni ſupradicta ſucceſſione ex nunc in perpetuum pro excluſis & inhabilibus habendi ſunt, prout eos easque pro perpetuò excluſis & inhabilibus, hiſce habemus ac declaramus, idque ad exemplum & imitationem ſæpius nominatæ dilectiſſimæ Senioris Sororis noſtræ Sereniſſimæ Archi-Duciſſæ Mariæ Joſephæ, quæ vi pactorum dotalium & in inſtrumento ſuæ renunciationis die 19. Auguſti anno 1719. Viennæ factæ & à Sereniſſ. Rege Poloniæ & Electorali Saxoniæ Principe Friderico Auguſto ejus reſpectivè Socero & Marito approbatæ & utriusque juramentô per omnes clauſulas, conditiones & articulos corroboratæ, omnes pariter ſuos hæredes, ſucceſſores & poſteros qui quæve eveniente caſu aliquam quamcunque à Religione Catholica Apoſtolica Romana alienam fidem profitentur, à prædicta ſucceſſione & hæreditate ceu inhabiles diſertis verbis excluſit & pro inhabilibus & perpetuò excluſis nunc pro tunc habuit & declaravit, adeò, ut in eum caſum jus & ordo ſucceſſionis ad cæteros ſuos hæredes Religioni Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ addictos, vel ſi eô tempore nulli ejusmodi extarent, vi dictorum Pactorum ad Nos noſtrosque poſteros devolvi

&

